

AB ERYCE QVODAM) Diodorus præfectum Aphricen appellar, & fortasse binominis fuit.

ERYCEN INTEREME RVNT) Siculus: Eotempore Indus quidam Aprices cum CClOO CCIO ex exercitu & XV. elephantibus illis in locis subsistebat. Hunc quidam interemere, atque interenti capite ad Alexandrum delato, incolmitatem sibi munere isto compararunt.

HONOREM DENEGAVIT EXEMPLIO) Quod Ioum ipsi ducem interemissent; sicut Spitanis vxori. nullus enim honos proditoribus habendus, quantumvis hosti vtilibus.

CAPVT XXII.

ARGUMENTVM.

Omphim seu Taxilem regem in fidem recipit; certant muneribus, quibus offensi Macedones.

Hinc ad flumen Indum sextis castris peruenit, omniaque, ut praeceperat, ad traciendum præparata ab Hephestione reperit. Regnabat in earegione Omphis, qui patri quoque fuerat auctor de dendre regnum Alexander: & post mortem parentis legatos miserat, qui consularent eum, regnare se interim vellet, an priuatum opperiri eius aduentum permisso: ut regnaret, non tamenius datum usurpare sustinuit. Is benigne quidem exceperat Hephaestionem, gratuitum frumentum copijs eius admensu, non tam ei occurserat, ne fidem ullius, nisi regis, experiretur. Itaque obuiam venientem cum armato exercitu egressus est; elephanti quoque per modicam interwalla militum agmin immixti procul castellorum fecerant speciem. Ac primò Alexander non socium, sed hostem aduentare credebat. Iamq; & ipse arma milites capere, & equites discedere in cornua iussierat, paratos ad pugnam. At Indus cognito Macedonum errore, iussis subsistere ceteris, ipse concitat equum quo vehebatur. Idem Alexander quoque fecit: sine hostis, sine amicus occurreret, vel sua virtute, vel illius fide turus: coiere, quod ex virtusq; vultu posset intelligi amicis animis. Caterium sine interprete non poterat conscri sermo. Itaque adhibito eo, barbarus occurrisse se dixit cum exercitu, totas Imperij vires protinus traditurum, nec expectasse dum per nuncios daretur fides. Corpus suum & regnum permittere illi, quem sciret gloria militantem, nihil magis quam famam timere perfidia. Latus similitate barbari rex, & dextram fidei sua pignus dedit, & regnum restituit. LVI. elephanti erant, quos tradidit Alexander, multaq; pecora eximia magnitudinis, tauros ad III. millia, preciosum in earegione, acceptumque animis regnantum armentum. Quarant Alexander plures agricultores haberet an milies: cum duobus regibus bellantisibi, maiore militum quam agrestium manu opus esse respondit. Abisares & Porus erant. Sed in Poro eminebat auctoritas. Vterq; ultra Hydassen annem regnabat, & belli fortunam, quisquis arma inferret, experiri decreuerat. Omphis permittente Alexander & regnum insigne sumit, & more gentis sue, nomen quod patris fuerat, Taxilem appellauere populares, sequente nomine imperium, in quemunque transiret. Igitur cum per triduum hospitaliter Alexandrum accepisset, quarto die & quantum frumenti copijs, quas Hephaestion duxerat, prebitum a se esset, ostendit; & aureas coronas ipsi amicisque omnibus; præter hac signati argenti LXX. talenta dono dedit. Qua benignitate eius Alexander miratus, & quæ is dederat remisit, & mille talenta ex præda quam vehebat, adiecit, multaq; alia coniugalia ex auro & argento vas. plurimum Persicæ vestis, XXX. equos ex striis cum hisdem insignibus, quis assueverant, cum ipsum veherent. Quæ liberalitas sicut barbarum obstrinxerat, ita amicos ipsius vehementer offendit, à quibus Meleager super cenam largiore vino usus gratulari se Alexandro dixit, quod saltem in India reperiisset dignum talentis mille. Rex haud oblitus, quam agrè tulisset quod Clitum ob lingue temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit, inuidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta.

SEXTIS DEG. CASTRIS) Sexto nempe decimo die ab Aorno & Ecbolimis ad Indum peruenit, quamuis Indus Aorni radices lambat, ut suprà ostendi. Traiecit autem Indum Alexander ad urbem Peucolaitidem (ut auctor est Strabo) quæ procul adest ab Aorno.

OMNIAQVE, VT PRAECEP, AD TRAIIC. PRAEPARATA AB HEPHAESTIONE REPERIT) Hæc ex Diodoro Curtius: Hinc, inquit, ad Indum progressus, naues quæ à triginta remorum vsu triaconteres appellant, constructas, & fluum ponte iunctum inuenit. Vbiq[ue] statius per triginta dies ad recreandum exercitum habitus magnifica dijs sacra peregit. Hephaestionis ergo diligentia laudanda, qui quæ in mandatis accepérat, tam accuratè & expeditè executus est. Idem paucis etiam Arrianus: Alexander ubi ad Indum peruenit, pontem iam ab Hephaestione perfectum reperit, multaque minor a nauigia, duas verò naues triginta remorum. Sed quærit deinde alio loco Arrianus, quomodo pons ille confectus fuerit: Quonam autem modo Alexander Indum annem ponte iunxerit, neque Aristobulus, neque Ptolemaeus, quos ego maximè secutus sum, scribunt. neque ego certi aliquid affirmare ausim, an nauigis pons iunctus fuerit, quem admodum Helleponitus à Xerxe & Bosphorus ac Danubius à Dario: an verò continuus pons fluminis impositus fuerit. Mibi certè probabilius videtur nauibus iunctum fuisse. neque enim pontem iaci pateretur annis altitudo, neque adeo brevis temporis spacio tam ingens opus perfici potuisset. At si omnino nauigis pons iunctus fuit, an è rudentibus colligata atque ita in ordinem ducta ponti iungendo susfecerint (vt Herodotus testatur, Helleponum ponte stratum fuisse) an verò ea ratione qua Romani Danubium aut Rhenum Celticum ponte iunxerunt, & per Euphraten ac Tigrim quoties necesse fuit pontem duxerunt, ne hoc quidem ipsum compertum habeo. Porro facillima expeditissimaque fuit Romanorū, quod norim, struendorum pontium ratio, quam quidem ego, quod commemoratu digna est, hic recensabo. Naves dato signo in annem demirabantur, non quidem recta, sed tanquam pupibus inhibita. atque has quidem subducit (vt par est) cursus fluminis: remigiorum verò impulsus retinet, donec ad statum locum peruenient, tum crates vimineas in pyramidum modum extructas, selectas ad id saxis oppletas, ad proras singularum nauium demittunt, ad imbibendum flumen sufficiant, eadem operis ratio seruatur. Ad vtrumque verò pontis caput amplos gradus ligneos assigunt, quod tutior sit equorum atque currum traiectus. Breui porrò tempore, totum opus perficitur, neque suis operi in speciem tumultuorio ordo deest. & gubernatorum per singulas naues telefismata, atque illorum quæ seigniores in officio sunt obiurgationes nihil impediunt, quo minus mandata confessim auribus excipiuntur, opusque summa celeritate conficiatur. atque hanc quidem veteres Romani rationem tenuerunt. Quonam verò pacto Indus annis ponte iunctus fuerit, mihi non constat. neque enim qui cum Alexandro militarunt, ullam eius mentionem fecerunt. putarim tamē eos proximè ad hanc rationem accessisse. Si verò alia quapiam arte vñfuerint, illa valeat.

* Multa exemplaria habent

Toxilius Toxilos non, o scriptores est In- & & ibid. Ad quem locum Eustathius Scholastes: ὄλε, inquit, καὶ πολλὰ τὸν ἀντεργάφων, * Toxilius χράφυτο διπτ. Est & Ιδικὸν εἴνει. Καὶ δὲ οἱ Γεωγράφοις ταξιλες χράφει, διατέλε α, καὶ Ταξιλα τὴν κατὰ αὐτοὺς πόλιν μεγάλην αὐτὴν ciuitatis Taxiles εὐδαίμονα καὶ ἐνόμιστατην.

Magna & illatos appellat, & per se, Horum autem (fluviorum) medij habitant Sabe atque Taxili.

bit. Est & Ιδικὸν εἴνει. Καὶ δὲ οἱ Γεωγράφοις ταξιλες χράφει, διατέλε α, καὶ Ταξιλα τὴν κατὰ αὐτοὺς πόλιν μεγάλην αὐτὴν illa. ibid.

1.15. Taxilem Strabo inter Indum & Hydasphem imperasse tradit, cuius regionem à fertilitate omferax opti- niumque rerum vbertate commendat. Plutarchus, in Alexandro, tam latum obtinuisse regnum misque le. alt, quam tota fuerit Aegyptus, Strabo etiam maius Aegypto. Nominis prioris ratio hæc est: gibis insti. Mophis Taxilæ regis filius erat: Taxiles autem commune regis in ea prouincia nomen est, Mophis proprium. vt enim apud Aegyptios omnes ante Ptolemaeum Pharaones; in Parthia Arlacæ; in ulteriore India Pori; in Europa Cæsares, ita Taxilæ seu Taxili apud Indos & Pori, in suo quis-

p. 36. hoc lib. c. 22. que regno vocabatur. Hinc est quod idem Mophis seu Omphis post mortem patris, & ipse Taxiles audiuit. Proinde Siculus addit, *Latus* hoc barbari facto Alexander regnum illi restituit, eumque deinceps amicum & socium constantem Taxilem cognominatum fuit expertus. Et Curtius infrà: Omphibis permittente Alexander & regum insigne summis, & more genti sua nomen; quod patris fuerat: Taxilem appellauere populares, sequente nomine imperium, in quemcumque transiret.

Qui PATRI QVOQVE AVCTOR FVERAT DEDENDI REGNUM ALEXANDRO) hoc declarat Siculus, Tractus inde copijs res insolens nec inopinata illi contigit. Taxili, qui illic locorum regnauerat, pridem defuncto Mophis filius in regnum successerat. Is iam ante a legatione ad Alexandrum in Sogdiana harentem missa, contra Indos regi obstaturos armorum societatem obtulerat. Sed ex tunc per legatos regnum se ipsi traditurum spondidit.

CVM ARMATO EXERCITU EGRESSVS EST) Idem Diodorus: *Iamque XXX stadia (paulo minus milliari germanico) rex aberat, cum ille exercitu ad bellum instructo, elephantisq; velut ad pugnam adornatis, amicos simul adducens, regi occurrit. Quare tam numerosum aduentare exercitum instruta acie ubi vidit Alexander, fraudem pollicitis Indum subtexere credens, nempe ut imperatores hoc pacto Macedones opprimeret, pugna signum tubicines dare iubet: explicataq; acie obuiam Indus procedit, at Mopis repentina Macedonum commotione intellecta, cum quid rei esset, facile ratiocinari posset, insisis subfistere copys, cum paucis concitato equo excurrit, omnemq; Macedonibus errorem exemit: dum se & exercitum (regni vires) regi in fidem tradit,*

OCCVRRISE SE DIXIT) Plutarchus amicam planc salutationem & colloquium inter p. 582. Alexandrum & Taxilem refert: *Taxiles, inquit, perhibetur Indiae obtinuisse, Aegypto non angustior rem laxitate portionem, pabulo autem latam secundamque fructibus imprimis, ac vir ipse sapiens fuisse, atque cum salutaret Alexandrum dixisse, Quid bellis inter nos & pralio Alexander opus est, quum neque aquani nobis ademptum, neque victum necessarium veneris? pro quibus soli neesse habent homines sani decertare. Reliquis opibus & facultatibus quas vocant, si ego abundantior sum, impertiar tibi libens: si inferior, non recuso accipere abs te grato animo beneficium. Delectus ea oratione Alexander, illumque complexus, Antu, inquit, pugna arbitriis ex tali sermone & comitate colloquium fore immunitat nihil profici, quippe contendam tecum & depugnabo beneficis ne, me superes benignitate.*

LVI. ELEPHANTI ERANT) Certatum inde inter duos reges regijs donis: Arrianus tam tum triginta ponit; boues tamen etiam tria millia, & addit decem millia ouium.

PRECIOS. IN EA REG. ACCEPTVM QVE ANIMIS REGNANT. ARMENTVM) Inde tradit noster Sacchinus in 5. hist. Soc. Iesu de Monopotaparum Indorum rege. Vici sim è Consal. p. 221. no sciscitur, quantum auri, quantum agri & pradiorum velit, postremo quam multos boues. Quippe bobus apud eam gentem haud minus quam auro pretium ferunt esse, an quod animas defunctorum ex Pythagora & Brachmanarum disciplina in boues credant immigrare. Maffeius rer. Ind. I. Elephantis etiam religionem numinis tribuunt. Bobus autem eo maiorem, quod hominum vita functionum animos in eam maximè belluam immigrare opinantur. Hinc etiam crevit honor bobus, quod apud Indos, ut idem Maffeius est auctor, Daemon in forma bouis adoraretur, ut apud Aegyptios bos Apis.

PLVRES AGRICVLTORES) Iam suprà demonstrauimus, quot genera hominum, & quam diuersis studijs dedita alat India. inter quæ agricolarum tribus erat, qui, totis regnis bellorum incendijs flagrantibus, ipsi tamen extra periculorum aleam & sortem erant, omnes sacrolati, omnibusque per euntibus salvi, nec ferrum nec hostem timebant, vtili sanè omnium gentium documento, ut qui nocerent nemini, prodeſlent omnibus, à nemine etiam laederentur, ab omnibus defenserentur, ut hostes & amici haberent unde viuerent.

ABISARES ET PORVS) De his duobus regibus cap. sequenti:

VLTTRA HYDASPEN) Intra Gangem tamen: nam longè lateque patebat India etiam illatantum intra Gangem & Indiam conclusa. Hydaspes fluum ipse Curtius infra cap. xxiii. describit, vbi in quatuor stadia diffusum ait, profundo alio speciem vasti maris referentem.

CVM PER TRIDVVM HOSPITALITER ALEXANDRVM ACCEPISSET) Taxilis hoc factum, quæ vrbs regni Taxila caput erat. *Transmissa ita Indo, inquit Arrianus, Alexander dñs patris more sacrum facit, atque inde profectus Taxilam urbem populosam atque opulentam peruenit. Est enim hac omnium, quæ inter Indum & Hydaspem sunt, opidorum maxima: Taxiles quique in vrbe erant Indi amicè eum exceperunt: Alexander ijs tantum finitima regionis, quantum petierit, adiecit. Ead. ferè Geographus, Inter Indum & Hydaspem Taxila est magna ciuitas, & legibus optimis constituta. Circumtantes regio praelata & valde ferax, iam campis vicina eius incolæ & Taxilus eorum rex per humaniter Alexandru suscepserunt, ac plura ab illo receperunt, quam ipsi præbuerent: adeò ut Macedones inuidia correpti dicerent, Quasi verò Alexander non habuisset, quibus benefaceret, priusquam Indum trayceret. De eadem vrbe Philostratus l. 2. c. 9. Taxila verò altitudine ab antiqua Nino multum differt, & grecō more adificata est.*

AMICIS OMNIBVS) Sapienter hoc Taxiles; nam quodd Orsines nobilissimus Persarum vnicum ex amicis indonatum præteriisset, insidijs sceleratissimæ Bagoë eunuchi circumuentus, morte luit. c. 3. l. 10. adi.

SIGNATI ARGENTI TALENTA LXXX.) Signatū argenteum est pecunia; rude, vel in massis & laminis; elabouratum in poculis, phialis, crateribus & mensæ apparatu. octoginta talenta efficiunt quadraginta octo millia philippæorum. Arrianus ducenta fuisse memorat, quæ essent centum viginti millia coronatorum, seu philippæorum.

REMISIT) En nobile regiae liberalitatis certamen. Satis fuit Alexandro animum Taxile erga le liberalem experiri, sed Alexander præstitit quod apud Plutarchum promiserat. Nihil inquit, Macedo, profici, quippe contendam tecum & depugnabo beneficis, ne me superes benignitate.

MILLE TALENTA) quæ sexcenta millia sunt nostratum philippæorum.

CVM IISD. INSIGNIBVS) Phaleris, frænis, stragulis, habenis regijs, & Macedonicis & Persicis.

MELEAGER) Hic infelix Meleager inter principes Alexandri amicos, post mortem Alexandri; Perdicce in fidei interceptus miserè perit. lib. 10. c. 12.

AMICOS OFFENDIT) idem testatus, ut audisti, Strabo. cui adde Plutarchum, Ac muneribus multis acceptis, datusque pluribus, denique mille talentum argenti signati ei propinavit. Quare torcit amicos acriter, sed barbaros multos sibi reddidit mansuetiores.

CLITVM) Regredere ad caput 3. huius libri.

INVIDOS HOM. NIHIL ALIVD QVAM IPSORVM ESSE TORMENT.) Idem testatur epigrammatographus quisquis ille est,

Ο φθόνος έτσι κάκιον, ἔχει δέ τοι καλὸν τὸ αὐτό

Τόξει γάρ φθονεῶν δύματα καὶ κραδίην,

Grande malum liuor, tamen est bonitatis in ipso

Non nihil, oſorum lumina corq[ue] vorat.

Et quod eiusdem lententiae monostichon,

Ο φθόνος αὐτος εὔνοια βελέος ιδαμάζει

Telis ipsa suis se domat inuidia.

Multa alia extant in anthologiæ primo περὶ φθόνου, Sed hæc maximè hoc faciunt.

Accinit his Pindarus ---- σάθμας

Δέ λιγότερον οὐκόμενος

περισσός, ἐνέργειαν ἔλ-

καὶ οὐδινα ποὺ τοι πρόσθε καρδία

πρὸς οὐδα φροντί μηχανῆται τοχεῖν

Qui facultate alicuius tangitur abundantē

Inflixit vlcus suo ante animo

Quām quo secum corde molitus assequatur.

Optime Alciatus finxit, depinxit & descriptis Inuidiam cultu habituque fæminæ, quæ lumenib[us] oculis, pallenti viperam ore mandit, cor manu, dextra gerit scipionem, sinistra è paliuro sciplamique vulnerat, cui hoc tetraistichon subiungit:

Squallida vipera as manducans fæmina carnes

Cuiq[ue] dolent oculi, quæq[ue] suum cor edit.

Quam macies & pallor habent, spinosaq[ue] gestat

Tela manu: talis pingitur Inuidia.

Ad hæc multa Claudio Minos Alciati Scholia stet.

CAPVT XXIII.

ARGUMENTVM.

Abilares rex deditur. Porus bellum cogitat. Defectores quidam capti ducuntur; ad Hydaspen Alexander Porum habet obuium cum octoginta quinque elephantis, CCC. curribus, XXX. milibus peditum. Describitur ipse Porus, & Hydaspis & insulæ in illo.

Dosterò die legati Abisara aditere regem, omnia ditione eius, ita ut mandatum erat, permittebant, firmataque in iure fide remittuntur ad regem. Porum quoque nominis suis fama ratus ad ditionem posse competi, misit adeum Cteocharem, qui denunciaret ei ut stipendium penderet, & in primo finium suorum aditu occurseret regi. Porus alterum ex his facturum se respondit, ut intranti regnum suum presto esset, sed armatus. Iam Hydaspen Alexander superare decreuerat, cum Barzaentes defectionis Arachosij auctor vincetus, xxx que elephantis simul capti perducuntur, opportunum aduersus Indos auxilium. quippe plus in beluis, quam in exercitu spei ac virium illis erat. Gamaxusque

usque rex exigue partis Indorum, qui Barzanti se coniunxerat, vincitus adductus est. Ingur transfuga & regulo incustodiam dato, elephantis autem Taxili traditis, ad amnum Hydaspen peruenit. In cuius ulteriore ripa Porus confederat transitu prohibiturus hostem. LXXXV. Elephantos obiecerat eximio corporum robore, ultraque eos currus CCC. & pedium xxx ferè millia: in quibus erant sagittarij (sicuti ante dictum est) grauioribus telis, quam ut apte excutio possent. Ipsius vehebat elephantus super ceteras beluas emines, armag, auro & argento distincta corpus rara magnitudinis honestabant. Par animus roboris corporis, & quanta inter rudes poterat esse sapientia. Macedonas non adspectus hostium solum, sed etiam fluminis quod transendum erat, magnitudo deterribat. Quatuor in latitudinem Itadis diffusum, profundo alueo, & non quam vada aperiente, speciem vasti maris fecerat. Nec pro spatio aquarum late stagnantium impetum coercebat, sed quasi in aratum euentibus ripis torrens & elsum ferebatur, occultaq; saxa inesse ostendebant pluribus locis vnde reperisse. terribilior facies erat ripa, quam equi virique compleuerant. Stabant ingentes vastorum corporum moles, & de industria irritata horrendo stridere aures fatigabant. hinc amnis, hinc hostis capacia quidem bona spectatrix. & sapè se experta improviso tamen paurore percussarent: quippe instabiles rates nec dirigi ad ripam, nec tutò applicari posse. Erant in medio amne insulae crebrae, in quas & Indi & Macedones nantes levatis super capita armis transibant. Ibi leuia pralia conservabantur, & veterque rex paruæ rei discrimine, summa experiebatur euentum.

A B I S A R E) Ambisarum alibi Arrianus, alibi Abissarem, & Abiasarem appellant: Eo loci, inquit, legati ad Alexandrum ab Ambisaro montanorum Indorum rege cum ipsis. Ambisari fratrem alijs aliquot primoribus comitato venerunt. Mira de draconibus in his montibus spelæis stabulantibus ex Onesicrito Geographus: Suprà hanc Taxila regionem in montibus est Abisari (ita Strabo vocat) regio, apud quem legati ab eo misi nunciauerunt, duos dracones nutririri, alterum octoginta cubitorum longitudine, alterum centum quadraginta, vt Onesicritus refert. Alter ergo ad centum viginti, alter ad ducentos decem pedes porrectus erat. cubitum enim sequi pedem complectitur. Diodorus hunc Abisarem seu Ambisarum, Embisarum dixit, Poroque auxilia portasse, nec militum numero Poro inferiorem fuisse. Sed antea prælum cum Poro commissum, quam Embisarus accederet. nam tardius cum Poro coniunctus, illo victo territus vltro victori manus dedit, & conditiones accipit, vt infra idem Siculus docet.

P O R V M) quæ sequuntur in octavo libro Curtij omnia, paucis demis, ad res ab Alexandre cum Poro gestas, pertinent. de quo mox plura.

C L E O C H A R E M) Huius nomen extra Curtium apud neminem alium, nisi me fallit memoria, nec alias apud ipsum Curtium legi, ex quo facile intelligo, eum non fuisse ex majorum gentium ordine, numero & loco.

S T I P E N D I V M P E N D E R E T) Hoc est, se victum ante victoriam, & seruum Alexandri satseretur, & Alexander ad fines tanquam è subiectis occurreret. Respondit Porus, se posterius satserum, sed vt regem, & parem, & armatum occurserum, deque virtute, regno, vita decertaturum. & hoc tanè regi Porus, ad regem.

B A R Z A E N T E S) de hoc suprà lib. 6. Satrapa Drangarum, Hac, inquit, manu adiecta, Drangas peruenit. bellicosa natio. Satrapes erat Barzaentes sceleris in regem suum particeps Beslo. is superfliorum, quæ meruerat metu, profugit in Indiam. Hic ergo Alexandre, ab ipsis ad quos transfugebat Indis, vincitus Alexandre ficitur. Arrianus in 3.

I P S E A L E X A N D E R) vna cum ijs qui cum Cratero reliqui erant in zarangos profectus, eò peruenit, vbi gentis illius regia erat. Barzaentes vero qui tum eam regionem obtinebat, vnu ex ijs qui Darium in fuga oppresserant, cognito Alexandri aduentu ad Indos, qui cis Indum flumen incolunt, fugit, quem Indi comprehensum ad Alexandrum mittunt. Alexander illum ob perfidiam, qua erga Darium usus fuerat, interfici iussit. est eiusdem mentio apud Siculum in xvii.

G A M A X V S Q U E R E X) Nihil admodum de hoc regule cognoui; nihil enim Arrianus, Plutarchus, Siculus, Strabo, alij. imperfectus haud dubie cum Barzaente hoste Alexandre, cum quo se coniunxerat.

I N U L T E R I O R E R I P A P O R V S C O N S E D E R A T) Hic locus est, vt de Poro magno Indorum rege (cuius serus successor itidem Porus Augusti æuo sexentis regibus imperitabat) narremus. Nemo ferè celebrium scriptorum, qui è veteribus aliquid de Indis post Alexandri æuum prodidere, præsertim è Græcis, Porum silentio transmisit. Laudat hunc Geographus, laudat Siculus, Philostratus, Arrianus, Plutarchus ex ipsis Alexandri epistolis, Eustathius. è Latinis præter Curtium Iustinus, Orosius, Galterus poeta. Singulos suo quenque loco ad testimonium citabo.

TRANSITV PROHIB. HOSTEM) non poterat commodiore loco, vbi simul cum vndis & hoste pugnandum erat. Alexandro.

ELEPHANTOS LXXXV. OBIEGERAT) Arrianus vbi vniuersum Pori exercitum recenset, quo occurrit Alexandro, equitum ponit quatuor millia, currus trecentos, elephantos ducentos, peditum triginta millia. Addit Arrianus, præter hos ex elephantis aliquot cum firmo præsidio in castris relictos, qui Crateri equitatum in aduersa ripa stantem transitu prohiberent, ipse eum toto reliquo exercitu in Alexandrum pergeret. Siculus peditum quinquaginta millia, equitum tria millia, currus mille & amplius, elephantos centum triginta. Reliqui scriptores numerum prætereunt. Sed multo maiores copias Alexander sub signis habebat, qui cum centum & xx. millibus, vt suprà demonstratum est, Indiæ fines est ingressus.

GRAVIORIB. TELIS) binum cubitorum sagittis inhabili pondere. reuolue c. 17.

IPSVM VEHEBAT ELEPHANTVS) de hac belua plura, capite extremo.

CORPV S RARAE MAGNITUDINIS) De proceritate & magnitudine corporis Pori cōplures meminere. Siculus. Hoc agmine impressione in hostes facta, prolixam edit c. adem, ed potissimum, quod viribus corporis omnes secum militantes superabat. Nam cubitos quinque longus erat, crassitudine autem tanta, vt lorica eius duplo excederet loricas aliorum, qui robore excellerent. Quamobrem verutis ab eo proiectu tanta vi inerat, vt non multum circa catapulta iactum subsisterent. Quod de statura quinque cubitorum dicit Siculus; sciendum cubitum unum continere sesquipedem; quinque cubitos autem, septem pedes & semis. Eustathius ad Periegetem multos apud Indos ait πενταπηχοις reperiri. Porum autem διπενταπηχοι excelsissime modum quinque cubitorum affirmat, hoc est, ad octo pedes geometricos accessisse. Idem Arriagus: Poro obuiam iuit. Alexander, magnitudinem Pori (erat enim quinque cubiti procerior) & pulchritudinem simus admiratus est. Itaque reor Plutarcho inesse mendum, qui in vita Alexandri, Porum palmo tantum quatuor cubitos superasse. Verba Plutarchi: οἱ δὲ πλεῖσι τῶν συγγράφεων διαλογίσται τὸν Ἐλέφαντα τετράποδον πενταπηχὸν αὐθαῦν τὸ μῆκος, ἵπποτά μηδὲν ἀποδεῖν πρὸς τὸν ἐλέφαντα συμμετρία διὰ τὸ μέγεθος, καὶ τὸν δύχον τὸ σώματος κατὰ μέγιστον ὃν ὁ ἐλέφας. Porum plerique scriptores consentiunt quatuor cubitos palmo excedentem, ob corporis eminentiam & molem, elephantu, quantumvis fuerit grandis equitis portione respondisse. Itaque cum reliqui scriptores πενταπηχοι χωρὶς πενταπηχοι fuisse tradiderint, pro reuolue πενταπηχοι legem ego πέντε πενταπηχοι. Philostratus, τοιχον τὸν Ινδὸν τετραπόδον γενέσαι δέ φασιν αὐτὸν καλλισον Ινδῶν, χωρὶς μῆκος, δοσον εὖτω τινὰ ἀνθερωπων μετὰ τοὺς τρεις καὶ δύος, τοιχον δέ κομιδὴν νεονότερων Αλεξάνδρῳ ἐπολέμη. Talem igitur hunc Indū historicireferunt, aiunte illum pulcherrimum omnium Indorum fuisse: proceritate autem corporis tanta, quanta post Troiana tempora nemo extitit, fuisse quoque admodum adolescentem, quando cum Alexandro pugnauit. Galterus de eiusdem immensa mole:

— sed in illis maximus oris

Solus Aexandro Magno certamine Porus

Obuimus ire parat, veluti cum parte reuulsa

Alpini lateris, ruit alta per aqua rupes

Obuia confringens sinuoso turbine saxa.

Si verò Stygios penetrans radice recessus

Instarei montis occurret saxa moles,

Fit frigor, & magnis configunt montibus ambæ.

Et infra.

Humaniq, modum transgressum corporis auro

Arma tegunt Regem, nubo distincta metallo

Par animus membris, & quanto corpore cunctos

Excedit, tanto est reliquis praestantior Indis.

FLVMINIS) Hydaspis, quod hic flumen Curtius accurate describit, & quatuor stadia latum, hoc est, octauam partem milliaris Germanici, ac tam altum, vt nusquam vada aperirentur, quæ Galterus ita carmine conclusit, vt sermè etiam verba Curtij tantum in numerum coacta retineret:

Terruerat Gracos non tantum turbidus hostis.

Sed vehemens fluuij rate traiecta vorago

Iustar erat mari vndisoni, speciesq, profundi

Quatuor in latum stadijs diffusus Hydaspes

Aluem altus erat, nusquam vada, transitus ergo &c.

Contra Onesicritus apud Plutarchum affirmit, Macédones relictis ratibus eluuiem fluminis sub armis superasse, pertingente ad pectus vnda, tam nihil vnum referunt scriptores, Arrianus per æstatem negat vado transiri posse in hieme, quod illa tempestate flumina decrescant, æstate solutis niuibus inflentur & intumescant, sed tunc in æstiuo solstitio alicubi reperta vado transitum inuenisse. Auctor de fluminibus, qui Plutarcho falso inscribitur, cum nominis etymon, seu fabulam potius de rege se in flumen iniicientis exposuit, ex Dercyllo 3. de montibus refert

refert montem flumini subiectum appellari elephantem hanc ob causam. Alexandro cum exercitu Indiam inuadenti vi sum incolis armis occurrendum esse. Pori verò terrarum illarum regis elephas quo vehebatur repente astro percitus tumulum Solis concidit, ibique humana voce * dñ 77
vulnus, Domine rex, inquit, qui genus * ab Gegasio ducis, nihil contra Alexandrum moliare, est enim loue natus; & cum dicto occubuit. Quo Porus audito, trepidus, ad Alexandri genua accidit, pacemque oravit, qua potitus montem à belua elephantem appellauit, quemadmodum in 3. de montibus Derbyllus narrat. Hæc auctor de fluminibus, quem Latinè nondum vidi: locum è Græco trastruli, totum tamen librum fabulis aspersum reperio. Nos ad certiora vertamur.

TERRIBILIOR FACIES ERAT RIPÆ) Idem Arrianus, sed multo luculentius noster Curtius, præ quo frigidus est Græcus, quantumvis se Atticè loqui glorietur. Latina tantum apponam, ex quibus de Græcis quoque neruis & cultu poteris existimare: Prolixius tamen ille & copiosius, ut ferè Græci solent. Porus, inquit, in aduersaria cum omni exercitu cōspiciebatur, elephantum stipatus, qui quidem qua parte Alexandrum castra posuisse videbat, ipsemet transitum tuebatur: ad reliquas verò fluminis partes, quæ facilius transiri posse videbatur, praesidia mittebat, ducesque singulos preficiebat, qui Macedones transita fluminis prohiberent. Hac animaduertens Alexander, sibi quoque exercitum in varias partes mittendum esse statuit, ut Pori consilia turbaret, dubia que redderet. Diuiso itaque in multas partes exercitu, alii alio atque alio dimissi, partim quacunque hostilia erant vastans, partim contemplans qua commodius transmitti flumen posset: ducum etiam alios atque alios mandatis additis in varias partes dimisit. Multum præterea frumenti ex omni regione Hydaspes sita in castra convehebatur, ut Pori fides fieret Alexandrum ibi ad ripam hasurum, donec aqua fluminis per hyemem subiente facultas ei diuersis partibus transfeundisferet. Nauigia etiam in aliam atque aliam partem ducta, & pelles tentorium stramentis replete, toraq. ripa equitat u pariter ac peditatu obessa, anxiū atq. solicitorum Porū tenebant: neq; si quid consilij quod ad ripa custodiā expediret capisset, id omnino exequi si nebant. Accedebat huc, quod eo tempore omnes India fluvii multam eamq; turbulentiam aquam trahabant, & rapido cursu ferebantur. Erat enim per id anni tēpus Solsticium & iuū; quo quidem tēpore creberimi imbræ ē celo in Indorum regionem ruunt, & Caucaſi niuibus (quo in mōte multi fluviorum fontes oriuntur) astu solutu amnes summopere augmentur. hyeme verò rursum & niues sese continent, amnesq; minores purioresq; sunt, ac nonnullis in partibus vado transiri possunt, excepto Indo & Gange, & fortassis alio aliquo. Hydaspes certè vado transiri potest. hoc itaque anni tempus expectaturum se Alexander vulgauerat, si tum temporis transitu prohiberetur. nihilominus tamen insidas locarat, ea spe, ut alibi clam hostibus celeriter flumen transmitteret. Quumque ea quidem parte qua Porus castra posuerat ad ripam Hydaspis transiri posse diffideret, cum ob multitudinem elephantorum, tum quod ingens exercitus in duas copias flumen egredientes imperum facturus esset: præterea quod existimaret se equos ipsos difficulter in ulteriore ripam perducturum, elephantis occurrentibus, qui ipso aspectu & clamore equis terrorum incussuri essent. Sed ne ipsos quidem equos apud pelles iuxta flumē contineri posse suspicabatur, sed statim atque elephantos in aduersaria positos, confexissent attonitos annem: petituros.

CAPACIA BONAE SPEI PECTORA) de Macedonibus loquitur, aspectu elephantorum & equitum armatorumque in aduersaria tamquam turre & cautes consistentium territis. Diodorus breuissime nō tam de ripa, quam ipsa Porus acie: Tota igitur acies, vrbis speciem exhibebat. nam elephantorum statio turribus, & militum inter hos ordines extenti, muris erant assimiles.

CAPUT XXIV.

ARGUMENTVM.

Duorum iuuenum infelix audacia. Alexander stragemate Hydaspem superat.

AETERUM IN MACEDONUM EXERCITU TEMERITATE ATQUE AUDACIA INSIGNES fuere Hegesimachus & Nicanor nobiles iuuenes, & perpetua partium felicitate ad spemnendum omne periculum accensi. Quis ducibus promissimi iuuenum lanceis armati modo tranauere in Insulam, quam frequens hostis tenebat multisq; Indorum nullare melius, quam audacia armati interemerunt. Abire cum gloria poterant, si vnumquam temeritas felix inueniret modum. Sed dum superuenientes contemtim & superbe quoq; expetant, circuuenti ab his qui occulti enauerat, eminus obruti telos sunt. Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt, aut vorticibus impliciti, eaq; pugna multum fiduciā Portæ erexit

erexit cūctacernentis è ripa. At exāder inops cōsiliū tandem ad fallēndū hostē talem dolū intēdit. Erat insula in flumine amplior ceteris. silvestris eadem, & tegendus insidys apta. fossa quoque præalta h[ab]aud procul à ripa, quām tenebat ipse. non pedites modō, sed etiam cū equis viros poterat abscondere. Igitur ut à custodia huius opportunitatis oculos hostium auerteret, Ptolemaeū cum omnibus turmis obequitare ius sit procul insula, & subinde Indos clamore terrere, quasi flumen tranaturus foret. Per complures dies Ptolemaeū id fecit. eoque consilio Porum quoque agmen suum ei partit, quam se petere simulabat, coegit aduertere. Nam extra conspectum hostis in insula erat. Alexander in diuersa parte ripa statui suum tabernaculum ius sit, assuet amque comitari ipsum cohortē ante tabernaculum stare, & omnem apparatum regia magnificentia hostium oculus de industria ostendit. At talū etiam aqualem scī, & haud disparem habitu oris & corporis, utique cū procul viseretur, veste regia exornat; prabiturum speciem ipsum regem illi ripa præsidere, nec agitare de transitu. Huius consiliū effectum primō morata tempestas est, mox adiuuit, incommoda quoque ad bonos euentus vertente fortuna. Trajicere annem cum ceteris copys in regionem insulae (de qua ante dictum est) parabat, auerso hoste in eos, quicunq; Ptolemao inferiorē obcederant ripam, cū procella ingens imbre vix subiectis tolerabilem effudit: obrutisque milites nimbo interram refugerunt, nauigij ratibusque desertis. Sed tumultuatum fremitus obstrepenibus ventis ab hoste non poterat audiri. Deinde momento temporis, repressus est imber. Ceterū adeò spissae intendere se nubes, ut conderent lucem, vixq; colloquentium inter ipsos facie: noscitur aretur. Terruisset alium obducta nox calo, cum ignoto amne nauigandum esset, forsitan hoste eam ipsam ripam, quam cactatque improuidi, & ex periculo gloriam accersentes petebant occupante: obscuritatem, qua ceteros terrebant, suam occasionem ratus, dato signo ut omnes silentio ascenderent in rates, eam quā ipse vehebatur, primā ius sit expellit. Vaca erat ab hostibus ripa quā petebatur: quippe adhuc Porus Ptolemaeū tantum intuebatur. Vna ergo nauis, quam petra fluctus illiserat harente, ceterae euadunt. Armaq; capere milites, & ire in ordines ius sit.

AUDACIA INSIGNES FVERE HEGESIMACHVS ET NICANOR) Hanc iuuenum
audacissimorum narrationem præter Curtium & Galterum poetam, veterum scriptorum exe-
quitor nemo, vt sciri non poscit, vnde illam, vt & multa alia, Curtius hauerit, cuius pleraque
verbæ numeris illigauit Galterus, aliquidque adiecit de suo: sed propria iuuenum nomina cor-
rupit, cùm pro Hegesimacho posuit Symachum, primamq[ue] contra leges elisa altera litera cor-
ripuit, vt & in Nicanore cum Græcis υκάω prima perpetuò tendatur. Edita tamen in altero
habent Symmacho non Hegesimacho apponere versus Galteri, nisi vererer, ne delicato lectori
mouerem stomachum.

PERPETVA PARTIVM FELICITATE) ab Alexandri semper felicis, semper victoris partibus stabant, cum Alexandro domo eg. et si. Cæterum duo Nicanores à Curtio prædicantur, Parmenionis filius, & hic Nicanor, de Hegesimacho nihil præterea Curtius.

S I N V N Q V A M T E M E R I T A S F E L I X I N V E N . M O D U M) e d i t a p r i o r a , t e m e r i t a s i n f e-
l i x : f e d e m e n d a t i u s M S S *f e l i x* . s a m si temeritas, inquit Gruterus, infelix fuerit, eo ipso sibi vi-
t r o p o n a t modum necesse est. neque tam dicatur temeritas, quām infamia, & clades inde accepta
c a r e t f o l a t i o .

E A Q V E P V C N A M V L T V M F I D V C . P O R I E R E X E R A T) S e d i l l a n o n s u i t d i u t u r n a A -
l e x a n d r o ; q u a m u i s a n x i o , m o x t a m e n o f f e n s a m f u o r u m c o r r i g e n t e .

IN OPS CONSILII)cūm vix haberet aut videret, quo se verteret, à vi ad artes & dolos prouocauit.

— *Quid enim? dolus an virtus quis in hoste requirat?*

INSVL A ERAT) Arrianus de hoc dolo & insula paullò prolixius. Furiuo itaque transitu, inquit, vtendum fibi esseratus, ita rem instituit. noctu equitibus ad diuersas ripæ partes adductus, clamore sublato, & clauso cani iusso, omnibusque ad transitum preparatis ingens tumultus excitabatur. Porus contra ad eam partem qua clamor edebatur elephantos adducit. Alexander more suo se hostili aciei opposuit. Cumque multo tempore hoc fieret, neque aliud præter clamores ederetur, Porus ad equum incursiones moueri destitut. metus enim causa intellecta, eo loci vbi castra fixerat, mansit, speculatoribus per varia ripæ loca dispositis. Alexander vt iam Poro metum nocturnarum excursionum exemerat, huiuscemodi quid molitur. Rupes erat ad ripam Hydaspis sita, ex parte qua amnis sese magnopere flectit, arboribus varijs generis per frequens; iuxta rupem insula in medio amne erat siluosa, atque ob soli-

ob solitudinem inaccessam, quam cum animaduertisset ex aduerso rupis, & vtrinque silvestria loca quaque Macedones transitum tentantes oculere possent, hac parte exercitum transmittere statuit. Distabat ea rupes atque insula a magnis castris C. L. stadijs, porrò per omnem ripam custodias dispositas erant, tanto inter se spatio distinctae, ut alij alios cernere, facileq; mādata excipere posset. Plutarchus ex ipsius Alexandi epistola, ait; Porum interlabente vtraque castra Hydaspe elephantos semper infestos tenebat capitas Alexander transitum, ipsum verò Alexandrum strepitū in castris & tumultū quotidie ingentem excitasse, quo assuefaceret suos non formidare barbaros. hinc nocte brumali & obscura cum parte peditum & lectissimis equitibus procul se ab hostibus progressum, in insulam non magnam transmisso. Quod Plutarchus noctem brumalem, noli hiemem acciperē, quam fortasse interpres respexit: solstitio enim estiō omnia quae hic narrantur, Arriano teste, accidē: led noctem fœdam tempestatis, terribilem fulminum iactibus, tonitruum fragoribus, fulgetris, imbris, ventis: qualem denique Curtius infrā, & ipse Plutarchus describit.

Fossa quoque præalta) hanc rupes faciebat, quae non procul à ripa aberat, vt ex Arriano audili.

SILVESTRIS) iuxta rupem insula in medio flumine sinuosa, Ptolemæū cum omnibus turmis obequitare. Arrianus, Clamores etiam noctu varijs ex locis id multis noctibus edi, ignesque excitari iubet.

IAMQUE EXTRA CONSPECTVM HOSTIS INSULA ERAT) Ptolemæus enim procul ab insula ripa stantem abduxit, atque vt ibi Porum distineret Alexander in speciem suum tabernaculum fixit, & Attalum os humerosque sibi similem regia insignia & ornamenta comitatum, custodes corporis adhibere, & imitari regem ipsum iussit; vt Porus deceptus imagine falsa Alexandri, putaret in castris Alexandrum versari. apud Arrianum Craterus castris præficitur. plura ibid. Arrianus p. 108

ATTALVM ETIAM) de hoc paullò aliter Arrianus, Medio autē loco, inquit, inter insulā & castra apud quae Craterū reliquerat, Meleagrum atque Attalum & Gorgiam cum mercenarijs equitibus ac peditibus statuit, mandatis additi, vt diuisio in partes exercitu, quum Indos pugna implicitos cernerent, etiam ipse trajicerent. Ipse delecto amicorum agmine & equitatu Hephaestionis, Perdicce & Demetrij. Arrianus etiam & Sogdianis, & Scythis equitibus, & Daarum equestribus sagittarijs, ex phalange vero sumis argyra spidibus Clitique ac Cœni copys, & sagittarijs atque Agrianis, remotius nonnihil à ripa, ne ab hostibus ad rupem atque insulam (qua trajcere statuerat) se conferens cerneretur, exercitum duxit.

CVM PROCELLA INGENS) Alexander ipse testis apud Plutarchum, Ibi, inquit, imbre in. p. 583 gentibus procellis fuso, crebrisque in exercitum preteribus & fulguribus cadentibus, soluisse tamen, quamvis interire nonnullos & perstringifulmine videret, ex insula se ad ulteriore ripam contendisse. Hydaspen, cum ex illa tempestate torrens & tumidus ferretur, perrupisse grandi eluie ripam, magnamq; partem illac vnda decurrisse. Terram se intermedium cepisse nonstabilis pede, vt pote lubricam, quam vndique lacerabat vnda. Ibi dixisse autem eum, Quis credat, Athenienses, quanta pericula vestri præconij causa subeam?

Et Arrianus. Tum per noctem pelles iam multò ante eō allata stramentis implentur, accurateq; consuntur. largus etiam imber ea nocte è cælo effusus effectus, vt apparatus qui ad trajicendum siebat minus sentiretur, cum & tonitruorum & imbrum sonus strepitum armorum & clamores imperantium ducum interciperet. Diodorustantum conflctum describit, tempestatem declinavit.

QVA IPSE VEHEBAT VR) Pleraque etiam nauigia, inquit Arrianus, disjecta ad eum locum itaque vento pariter atque imbre sedato, equitatus ac peditatus, quantum aut pelles aut nauigia ferre potuerunt, in insulam euaserunt, ita vt non prius a speculatoribus, quos Porus ad ripā statuerat, conspecti sint, quā præterita in insula, iam non procul ab ripa abessent. Ipse consensa nauē XXX. remorum in ripam euaserit, vnaque cum eo Ptolemæus & Perdiccas ac Lysimachus corporis custodes, ex socijs etiam Seleucus cui postea regnare contigit, & argyra spidum dimidia pars, reliquos argyra spidas alia naues triginta remorum vixerunt. simulac vero exercitus insulam prægressus est, conficiente iam hoste in ripam cotendeant. Ex hac narratione animaduertis distinuisse Curtium ab Arriano, qui Ptolemæum ait cum Alexandro traecisse: Curtius, distinuisse eum ad alium ripæ locum Porum, incertum cui magis credas, Græco an Latino, cūm accurate etiam scriperit Græcus. Alexander ipse apud Plutarchum ait, Macedonas relictis ratibus & nauibus, sub armis eluuiem illam superasse, pertingente ad pectus vnda.

CAPVT XXV.

ARGUMENTVM.

Prœlrium Alexandercum Poro committit, vincit,
fugientem capit, capto parcit, maioremq; regem
efficit.



AM QVE agmen in cornua diuisum ipse ducebat, cum Poro nunciatur armis virisque ripam obtineri, & rerum adesse discrimen. ac primo humani ingenij vitio spei sua indulgens, Abisarem bellis socium, & ita conuenerat, aduentare credebat. mox liquidiore luce aperiēte hostem, c. quadrigas & i v millia equitum venienti obicit. Dux erat copiarum, quas præmisit, Hages frater ipsius. summa virium in curribus senos viros singuli vehebant, duos stypeatos, duos sagittarios ab utroque latere dispositos: aurigæ erat ceteri, haud tanè inermes: quippe iacula & plura ubi cominus praliandum erat, omnis habenis in hoste ingerebat. Ceterū vix ullus usus huius auxilij eo die fuit. namque, ut supra dictum est, imber violentius quam alias fusus, campos lubricos & inequitabiles fecerat: grauesque & propemodum immobiles currus illuvie ac voraginibus hærebant. Contrà Alexander expedito ac leui agmine strenue inuestus est. Scytha & Daha primi omnium inuasere Indos. Perdicca deinde cum equitibus in dextrum cornu hostium emisit. Iam undique pugna se mouerat, cum y qui currus agebant, illud ultimum auxilium suorum rati, effusis habenis in medium discremen ruere cœperunt. anceps id malum virisque erat. Nam & Macedonum pedites primo impetu obterebantur, & per lubrica atque inuia immisi currus excutiebant eos a quibus regebantur. aliorum turbati equi non in voragini modo lacunasque, sed etiam in amnem precipitauere curricula. Pauci tenus hostium exacti penetraueré ad Porum acerrimè pugnam carentem. Is ut dissipatos tota acie currus vagari sine rectoribus vidi, proximus amicorum distribuit elephantes. Post eos posuerat peditem ac sagittarios tympana pulsare solitos. Id pro cantu tubarum Indi erat, nec strepitu eorum mouebantur, olim ad notum sonum auribus mitigatis. Herculis simulacrum agmini peditum præferebatur. Id maximum erat bellatibus incitamentum: & deseruisse gestantes militare flagitium habebatur. Capitis etiam sanxerant pœnam ijs qui ex acie non retulissent, metu quem ex illo hoste quondam conceperant, iam in religionem venerationemque conuerso. Macedonas non beluarum modo, sed etiam ipsius regis aspectus parumper inhibuit. beluae disposita inter armatos speciem turri procul fecerant. Ipse Porus humana magnitudinis propemodum excesserat formam. Magnitudini adycere videbatur belua qua vehebatur, tantum inter ceteras eminenſis, quantum alijs ipse præstabat. Itaque Alexander contemplatus & regem & agmen Indorum, tandem, inquit, par animo meo periculum video. cum bestijs simul & cum egre- gis viris reſest. intuensque Cœnon, Cum ego, inquit, Ptolemæo Perdicca que & He- phæstione comitatus in lauum hostium cornu impetum fecero, videri que me in medio ar- dore certaminis, ipse in dextrum moue, & turbatis signa infer. Tu Antigone, & tu Leonate, & Tauron inuehimini in medium aciem, & urgebitis frontem. hastæ nostra prælōgæ & valide nō alijs magisquam aduersus beluas rectoresq; earum usus esse poterunt. deturbate eos qui veheuntur. & ipsas confodite. anceps genus auxilij est, & in suos acrius furit: in ho- stem enim imperio, in suos pauore agitur. Hac elocutus, concitat equum primus: iamque, ut destinatum erat, inuaserat ordines hostium, cum Cœnus ingenii vi in dexterum cornu inuehiur. Phalanx quoque in medium Indorum aciem uno impetu perrupit. At Porus quæ equitem inuchi senserat, beluas agi iussit: Sed tardum & penè immobile ani- male equorum velocitatem aquare nō poterat. nec sagittarum quidem ullus erat barbaris usus: quippe longas & prægraves, nisi prius in terra statuerent arcu m̄ hanc satis apte & commode

commode imponunt. tum humo lubrica, & ob id impedit conatum, molientes ictus, celeritate hostium occupantur. Ergo spredo regis imperio (quod ferè fit) ubi turbatis acris metus quā dux imperare cœpit, totidem erāt imperatores, quo agmina errabant. alius iungere aciem, alius diuidere, stare quidam, & nonnulli circumuehi terga hostiū iubebant. nihil in medium cōsulebatur: l'orus tamen cum pacis, quibus metu potior fuerat pudor, colligere dispersos, obuius hostiū ire pergit, elephantesq; ante agmina suorū agi iubet. magnum belua iniecere terrorem, insolitusq; stridor nō equos modò tam pauidum ad omnia animal, sed viros quoque ordinesq; turbauerat. iam fuga circumspiebant locū paullò antè victores, cùm Alexander Azrianos & Thracas leuiter armatos meliore concursatione, quā cominus militem, emisit in beluas. ingentemq; vim telorum iniecere, & elephantis & regentibus eos. phalanx quoque instare constanter territis cœpit. Sed quidam audius persecuti, beluas in se met irruerūt vulneribus, obtriti ergo pedibus earum, ceteris ut parciūs instarent, fuere documentum præcipue terribilis illa facies erat, cùm manus arma virosque corriperent, & super se regentibus traderent. anceps ergo pugna nunc sequentium, nunc fugientium elephantes, in multum diei variū certamen extraxit, donec securibus (id namque genus auxiliū præparatum erat) pedes amputare cœperunt. Copidas vocabant gladios leuiter curuatos, falcibus similes, quis appetebant beluarum manus. nec quidquam inexpertum non mortis modò, sed etiam in ipsa morte noui supplicij timor omittiebat. ergo elephanti vulneribus tandem fatigati suos impetus sternunt: & qui rexerant eos, præcipitati in terrā ab ipsis obtrebantur. Itaque pecorū modo magis pauidi, quā infesti, ultra aciem exigebantur; cùm Porus destitutus à pluribus tela multò antè præparata in circumfusos ex elephato suo cœpit ingerere, multisq; eminus vulneratis, expositus ipse ad ictus, undig, petebatur. nouemq; iā vulnera hinc tergo, illinc pectore exceperat, multoq; sanguine profuso languidis manibus, magis elapsa, quam excussa tela mittebat. nec segnius belua in instanti abie, nōdum saucia, inuicibatur ordinibus, donec rector belua regem conspexit fluentibus membris, omis̄isq; armis vix compotem mentis. tum beluam in fugā concitat sequente Alexandro. Sed equus eius multis vulneribus confossus deficiensq; procubuit, posito magis rege quā effuso. itaq; dum equū mutat, tardius insecurus est. Interim frater Taxilus regis Indorum præmissus ab Alexandro monere cœpit l'orum, ne ultima experiri perseveraret, dederetq; se victori. at ille, quanquam exhausta erant vires, deficiebatq; sanguis, tamen ad notam vocē excitatus, agnosco, inquit, Taxilus fratrem imperij regnique sui proditorem, & telum quod unum fortè non effluxerat, contorsit in eum: quod per medium peitus penetravit ad tergum. hoc ultimo virtutis opere edito fuge re acris cœpit, sed elephantis quoque, qui multa exceperat tela, deficiebat. Itaque sistit fugam, peditemque sequentiū hosti obiecit. Iam Alexander consecutus erat, & per inacta Poricognita, verabat resistentibus parcit. Ergo undique & in pedites, & in ipsum Porum tela congesta sunt, quis tandem grauatus labi ex belua cœpit. Indus qui elephantum regebat, descendere eum ratus, more solito elephantum procumbere iubet in genua: qui ut se submisit, cateni quoq; (ita enim instituti erant) demisere corporam terrā. Eares & Porū, & cateros victoribus tradidit. rex spoliari corpus Pori. intererūtum esse credens, tuber: & qui detraherent loricam vestemq; concurreré, cum belua dominum tueri, & spoliantes cœpit appetere, levatumq; corpus eius rursus dorso suo imponere. ergo telis undig, obruitur, confossoq; eo in rebiculum Porus imponitur. quem rex ut vidit alleuantem oculos, non odio sed miseratione commotus, Quia malum, inquit, amentia te coegit, rerum mearū cognita fama, bellī fortunam experiri, cum Taxilus esset in deditos clementia meā tam propinquum tibi exemplum? At ille, Quoniam, inquit, percontaris, respondebo ealibertate quam interrogādo fecisti. Neminem me fortiorē esse censebam. meas enim noueram vires, nondum expertus tuas fortiorē esse te, bellū docuit euentus. Sed ne sic quidem parū felix sum. secundus tibi Rursus interrogatus quid ipse victorem statuere debere cēseret? Quod hic, inquit, dies tibi suadet: quo expertus es quā caduca fælicitas esset. Plus monēdo proficit, quā si precatus esset: quippe magnitudinem animi eius interritam, ac ne fortuna quidem in fractam, non misericordia modò, sed etiā honore excipere dignatus est. degrum curauit haud secus, quā si pro ipso pugnasset. confirmatum contraspem omnium in amicorum numerum recipit. mox donauit ampliore regno, quā tenuit. Nec sanè quid-

quam ingenium eius solidius aut constanter habuit, quam admirationem vere laudis & gloriae. Simplicius tamen famam estimabat in hoste, quam in ciue: quippe a suis credebat magnitudinem suam destrui posse: eandem clariorum fore, quo maiores fuissent quos ipse viciisset.

Sequitur ultimum nobilissimi huius libri caput, & ultimum simul felicium Alexandri opus, nam quae duobus extremis libris describuntur, nil ferè nisi luctus & editiones, funera, discordias, & demum ipsius Alexandri tristissimam mortem, totiusque stirpis excidium continent, paullum subinde adhuc quasi interlucente fortuna, cum Liberi patris cum exercitu redeunte imitatus est triumphum, & Suis nouos celebrauit nuptiarum cum amicis pompas. cætera plerique omnia, r̄gymnara & funestissima, non sine luctu & dolore ipse cognoscet: quamquam sit & quædam flere voluptas, & tristia non sine delectatione legantur.

Suaue, mari magno turbantibus aquora ventis

E terra magnum alterius spectare laborem,

Non quia vexari quemquam, est iucunda voluptas,

Sed quibus ipse malis careas, quia cernere suaue est.

Ita spectamus & legimus non sine voluptate, Tragicorum dramata, quantum uis tristia.

CVM PORO NVNCIATVR) Arrianum hic interpretem adhibe. p. 109. 110.

HUMANI INC. VITIO SPEI SVAE INDVLGENS) Spes enim omnium ultima afflictionis deserit. Tardius credimus aduersa quam secunda. Spem Porus in Abisaris auxilijs posuerat, sedis non nisi serum auxilium tulit, adeoque se & socium perdidit.

CENTVM QVADRIG. ET QVAT. MILL. EQVIT. HOSTI OBIECIT) Cum pulsisteret nebris illustrior dies Poro Alexandrum hostem, non Abisarem amicum ostendisset, tum ad eum præpediendum Hagen fratrem cum centum quadrigis & IV. millibus equitum misit. Mira hic scriptorum rursus dissensio, aliud Curtius, Plutarchus, aliud Aristobulus, aliud Ptolemaeus apud Arrianum narrant; quos ipse adibis.

HAGES FRATER) at qui Ptolemaeus, Aristobulus, & ipse Arrianus aiunt Pori filium, nulla fratris facta mentione aduersus Alexandrum filiumque Pori, in pœlio occubuisse.

VIX VLLVS VSUS HVIVS AVX. EO DIE FVIT) vitio tempestatis, qua terra cenno miscuit, vt currus in luto hærerent. Idem narrat Siculus: ονομένης δὲ μάχης τὸ μὲν πρῶτον τοῖς ιππεῦσιν ανατραχόδον τὰ ἀρματα τῶν Ιδών δε φθάρη. Conflictu ergo ab equitibus primum inito, statim currus Indorum ferè omnes fracti periisse. Aristobulus apud Arrianum ait, currus esse captos, quod tardiores essent in fuga, & limus cursum impeditret.

SCYTHAE ET DAHAE) qui in castris Alexandri pro Alexandro pugnabant.

PAVCI TENVS HOSTIVM EXACTI) ita chirographi libri: editi veteres tamen pro tenus habent. sensus est, pauci ex curribus & aurigis ex hostibus elapsi ad Porum properarunt, ex tota hostium acie exacti, seu in fugam coniecti.

TYMPANA PVLSARE SOLITOS) Arrianus in Indicis: Primus etiamen Dionysius, id est Bacchus, boves aratis iunxit, & plerosque Indorum ex pastoribus aratores fecit, Martysque armis armavit, & cultum cum aliorum deorum, tum suipius docuit, quem tympanorum & cymbalorum pulsus fieri iussit, adeo ut ad Alexandri usque tempora cymbalis & tympanis prælia inierint. Diodorus in II. Biblioth. de Libero patre locutus: Fœminarum quoque agmen in exercitu circumduxisse, & in acie tympanis cymbalisque tuba nondum reperta usum memorant. Strabo: Post urbis praefectos, inquit de Indis, est terrarium collegium, quod circa rem militarem versatur ad eundem modum in quinterniones sex diuisum, quorum unum adiungunt classis praefecto, secundum qui bobus praebent: idem ministros praebent, qui tintinabulum utuntur: item stratores & machinarum fabros, & horum famulos, quos pabulatum ad tintinabulum emittit, imo regem ad venationem egredientem præcedunt etiam tympana & tintinabula.

HERCVLIS SIMVLACRVM) huius rei testem Curtius vix inueniat ex ijs qui hodie leguntur.

QVEM EX ILLO HOSTE) Hercule, quem vt hostem primo horruere, postea vt Deum coluere.

BELVAE DISPOSITAE) Quo ordine & loco & modo fuerint in exercitu Pori collocati, mox infra in icona & totius aciei dispositione tabulis expressa spectabis & intelliges.

PORVS HVM. MAG. PROP. EXCESS. FORMAM) iam supradixi ad quinque cubitos & palmum ipsius altitudinem fuisse, hoc est, septem pedes & temis cum palmo. Goliathus in 2. regum, uno cubito & palmo excelsit Porum, octo pedes longus cum palmo: & pedes hic accipio geometricos, non communem hominis. nam alioquin quisque hominum qui iusta symmetria constat, & non est mendax, septem pedes est longus & latus brachijs extensis, sui pedis dimensione, siue sit infans, siue puer, siue vir, siue mulier, positusque in umbilico, qui medium hominis

minispunctum & cārdinem occupat, circuli pes alter circumductus extrems pedum & manuum articulos attingit, non secus atque angulos rectos in corpore ad unguem quadrato. Iam pes geometricus communem hominis communis pedem longè excedit. Ceterum, ex quois articulo hominis iusti, potest illius magnitudo colligi, non secus quam ex pede Herculis, stadium ipsius, vel potius ex stadio illius, ipse Hercules. quod doctiores statuarij, pictores & architecti probè norunt.

MAGNITUD. ADIIC. VIDEB. BELVA QVA VEHEBATVR.) Elephantum dicit Pori tāto maiorem reliquis elephantis suis, quanto Porus ipse maior reliquis hominibus erat. Accipe quid Philostratus de hoc elephanto tradat: Elephantum, inquit Morellus doctissimus interpres, l.2.c.10. quo in pugna vti debebat, coram adductum gubernator ostendens. Iste, inquit, ô rex teferet: imo vero, inquit Porus, ego ipsum feram, si vir mibi similis ero.

TANDEM, INQVIT, PAR ANIMO PERIC. VIDEO) Antehac cum Persis & fēminis pugnauī, nunc in parem mihi virum incidi, nec virum tantū, sed immanissimas feras, cum quibus simul certandum est.

IN LAEVVM HOSTIVM CORNV.) Nemo diligentius exercitus compositam & dispositam aciem Pori describit, quā Arrianus, quem hoc loco pro interprete Curtii adducam, vt intelligatur, quo ordine vtriusque regis exercitus constiterit. Descriptioni subiiciam ideam & formam copiarum vtrinque ad praeium paratarum. ergo Alexandri acies, vti apud Curtium legis, ita stetit. Alexander cum suo equitatu obuersus fuit cornū lāuo Pori: Cōenus dextro: Antigonus, Leonnatus, Tauron in medio contra frontem & medianam aciem Pori, hoc est, contra elephatos constitere, & hi omnes equites quos à tergo phalanx est secuta, cuius latera sagittarij & Agriani tegebant. Arrianus Alexandri aciem non adeò explicatē tradit, multò clarius Pori ex- p.109.f. ercitum disponit, Agmen, inquit, equitum ad dextrum cornu, Alexander nempe, traduxit, delectus optimis quibusque equitum praefectis. Sagittarios vero equites vniuerso equitatui proposuit. peditum autem primos argyrapidas regios, quos ducebat Selenus, equitatui adiunxit. proximē his agmen regium. exinde reliquos argyrapidas, prout singulis praefectura contigerant. ab viro que phalangis latere sagittarios atque Agrianos & iaculatores constituit. acie ita instruta, peditatum sex circiter millium ordine & sensim sequi tubet. Ipse, quod equitatus superior futurus videretur, equitum solummodo V. milibus assumis, celeriter contendit, Taurone sagittariorum praefecto sagittarios ad equitatum festinanter adducere iussit. Explicatus vt vides Curtius hanc partem; led illam Pori Arrianus; Ipse assumto vniuerso equitatu (qui quatuor millium erat) & curribus CCC. elephantis CC. peditibus vero qui usui esse possent XXX. milibus, aduersus Alexandrum contendit; cumque ad campum minimè luto sum venisset, quem arena planum firmumque fecerat, & ducendo circumagendo equitatui idoneum, exercitum hoc pacto instruit. Elephantos primum in fronte collocat, centum pedum spatio inter se distantes, qui ante vniuersam peditum phalangem exorrecti starent, metumque Alexandri equitibus incuterent. neque enim putabat quemquam hostium per illa elephantorum interstitia penetrare ausurum, sed ne equites quidem, equitum metu: pedites vero multo minus, quod & armati milites eos ex aduerso ferentes propulsatur & elephanti proculaturi essent. Post hos collocati erant pedites, non quidem in eadem cum elephantis serie, sed secundo post elephantos ordine, adeò vt ferè ipsis interstitijs interiecta essent agmina. Adhac ad cornua aciei pedites elephantis imposuerat. vtrumque vero peditum latus equitatu cinxerat: equitatum vtrinque curribus munierat. atque hec quidem Pori acies erat.

S. culus ad eundem fere modum eandem Pori aciem collocat, nisi quod interuallis inter elephantos immisceat pedites, quos Arrianus primū post elephantos collocat: Quem (Alexandrum) simul ac imminere sensit Porus, ordines ita explicauit, vt equitatum in cornua distribueret; elephantes autem ad terrorem hostium instructos, in fronte paribus interuallis, collocaret, interque ipsos gravis armatura militibus locum assignaret. His vt belas tarentur, & missilium à latere iactus prohiberent, imperatum fuit. tota igitur acies vrbis speciem exhibebat; nam elephantorum statio turribus, & militum inter hos ordines extenti, ordines extenti, muris erant assimiles. qua hosti exercitus ordinatione considerata Alexander suas contrā, vtris exposcere videbatur, copias disponit.

TV IN DEXTERVM MOVE) Malè accipit hoc loco Glareanus Curtium, quasi nihil pensi habuerit quod scriberet, adeoque paucis versibus pugnantia tradidisse: primum, inquit, initio hu- p.322.
ius pugnae Perdiccam cum equitibus in dextrum cornu hostium mittit. Hic cum Ptolemaeo Hephaistione ac ipso Alexandro, qui in dextro sui exercitus cornu erat, in leuum cornu hostium impetum facit: rursus Cænus hic iubetur dextrum hostium cornu mouere. at mox post aliquot versus, idem Cenus ingenti vi in leuum cornu inuehitur. Ita videmus (nisi in codicū errores omnia reiycere placet) quā nihil pensibuerit, quid scriberet. quod in quinto libro de Darij exercitu ac eius ordinatione conquesisti sumus. Arrianus plane Cœnum ducem, non leuum, quemadmodum hic perperam scriptum putamus, sed dextrum in uasisse hostium cornu scripsit. Bona verba Glareane, parcus ista viris; si Curtij verba accuratius expendisses, & mentem perspexisses, alia omnia de Curtio & sensibus & scriptisles. nam quod ait, initio pugnae Perdiccam in cornu dextrum illum, postea in sinistrū cū ipso Alejandro mouisse; nihil est quod offendat, nec quicquam à Curtio est peccatum. Sed tu non affectus, quod narra-

uit Curtius, ipse tibi rā & avaria & somnia fingis: Nam Curtius de duabus diuersis pugnis loquatur, id quod debebas didicisse, primum ad ripam Hydaspis, in quam evaserat Alexander; in quem cum curribus praemissus est Hages frater Pori, cum quo primum initum est primum, & in hoc dextrum Hagis coru iuslus est inuadere Perdicca. Hage autem cum curribus fuso & dissipato, itum est rectè aduersus ipsum Porum, qui cum omnibus copijs Alexandrum in amplissimo & equitabili campo expectauit. In hunc cum iret Alexander, suam aciem aliter direxit, & Perdiccam secum retinuit, cum quo lauum Pori ipsius cornu est agg-essus, sicut Cœnus dextrum, vitiola enim & mendosa scriptura codices occupauit, qui lauum post aliquant verbas pro dextro proferunt, vitio vel antiquiorum, nam & chirographi lauum habent, vel operarum. Solet autem usu venire, ut librarij omne eundem errorem sequantur, quod & in Lexicographis saepius deprehendimus, non lecus atque oves arietem in ignes aut aquas insilenter certatum, etiam cum exitio suo, sequuntur. Quis enim credit Curtium accuratissimum & nobilissimum scriptorem intra paucos versus sibi contraria & pugnantia scripsisse, vt mirer, quomodo criticus Acidalij stilus hoc mendum non effoderit, aut faltem non animaduerterit. De quinti libri dubia scriptio-ne suo loco dictum est. Illud vero quod Modius neglexit, iuste restituit Acidalius, *in dextrum moue, non, dextrum moue. nam Alexander ipse dextrum mouebat in lauum Pori; Cœnus autem sinistrum mouebat in dextrum Pori.*

p.157.

IN VEHIM. IN MED. ACIEM ET VRGEBITIS FRONTEM) Iraisci meritò possis & tu apud eum, & tu & ubadeis Modij, qui etiam hunc Curtij locum sanum & integrum in prauum detor sit, dum particulam & pugnam, non, adiecit, quæ totum Curtij locum & senum corruptit & c uertit: & tamen sibi arridendo hi: miris modis plaudit. Risi, inquit, scripturam vulgariam, quæ erat, (inuehimini in medium aciem & vrgebitis frontem) risi inquam, sed ita, ut non minus indig narer interim, nam cuius foret patientia tam supinam quorundam oscitantiam aliter ferre? inuehi potest quisquam in medium aciem & frontem vrgebitum ille profecto nobis Amphitruonis Plautina exemplum renouavit, & quod factum est nunquam, neque potest adeo fieri, unus faciet. verum mittamus ista sic sunt homines, quibus harum rerum cura commissa est.

p.157.f.2.

Hæc Modius. Acidalium illi respondit, item audi, qui negationem meritissimo ut re & sensus poscebat, omisit. Tu Antigone, & tu Leonate & Tauron inuehimini in medium aciem (non in medium aciem, habet Modius) & vrgebitis frontem: Ita omnino rectè, inquit verè Acidalius, satis ex superioribus liquet; neque mihi liber vel in explicando ultra Curtio, vel exagitando Modio tempus hoc abuti. Meruerat totidem & eadem, quæ hic in alios ipse iacit; nisi beneficij reliquis non hanc modò noxam, sed plures redimeret: apud me sanè facillimè nec difficulter, apud alios quos oro etiam ipse rā aqui illi velint esse, quam sibi quisque quemque velit in simili errore. Homines sumus & humani (quid humanius autem quam labi?) nihil à quoquam alienum. Hæc Acidalius. Ignoscamus ergo Modio, qui nobis etiam ignorantia volumus, & meminerimus nos homines esse. Interim aduerte, lector, triplicem aciem veluti cum cornigero animantis capite componi, ut enim extrema bubuli capitum cornua occupant, & quod inter cornua est, frons est. & dicitur, ita in triplice acie sinistra & dextra acies cornua, media frons dicitur. Hoc Modius ex lib. 4. Curtij c. 18. poterat discere, ubi eod modo triplex acies instruta & appellata; Alexander, inquit Curtius, phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte (hoc est in medio) constituit; dextrum cornu Nicianor Par menionis filius tuebatur, & quæ sequuntur. in lauo quod ad mare pertinebat, Craterus & Parmenio erant. equites ab utroque cornu locati.

Iconisimum adiunxi, ut quod calamus docuit, hoc Chalcographus oculis subiiceret.

Est & apud Liuium lib. 37. n. 39. non diffinilis aciei dispositio ab Antiocho aduersus Romanos facta, quam cum hac doctus lector poterit componere; ubi videbis duo cornua, medium au tem aciem in fronte, etiam cum elephantis, quid clarius & certius? nec pluribus opus.

li.3.c.24.
p.70.

VRGEBITIS FRONTEM) Medium Pori aciem, quæ ex elephantis, ut in iconisimo spectat, constabat, proinde subiicit apud Curtium Alexander: Hastæ nostra prælongæ & validæ aduersus bellas, his gubernatores & magistros beluarum detubandos esse.

Cognosces etiam ex Vegetio quomodo Romani se contra elephantes defendent in acie, qui busque armis eisdem oppugnarint.

ANCEPS AVXILLI GENVS EST) Ita Liuius de falcatis curribus locutus: Eumenes, inquit, haud ignarus pugna, & quam anceps esset auxiliū genus. Sed hic de elephantis loquitur, quod item & vel maximè anceps auxiliū genus est, nec rarius ferè in suis quam in hostes desauiere ele phanti.

Lucretium nobis accinentem audi l. 5.

Vt nunc sape & boues Luca, ferro male macta
Diffugiunt, ferat facta suis cum multa dedere,
Sic fuit ut facerent. Sed vix adducor ut ante
Non quierint animo præsentire atq; videre
Quam commune malum fuerat, fædumq; futurum.

En com-

* ita ele
phantos
vocat.

En commune malum vocat auxilia elephantorum, tam suis, quam hostibus perniciosum; proinde ab scriptoribus communes hostes appellati sunt. De hac re Stevvechius: Illud, inquit, p. 267. certe silentio prætereundum non est, sapè communis partis virtusque periculo productos in campum elephants. testis mihi Hirtius de bello Africano, Plutarchus in Pyrrho, Q. Curtius l. 8. eo quod bestia in suis frequenter se conuerterent. testis Appianus de bellis Punicis. luculentissimum quoque eiusdem testimoniū laudandum puto ex libro de bello Hispaniensi. Vnus, inquit, elephantorum graui percussus saxe de muro caput, furere atque effrenate ferri cœpit inque amicos horrendo clamore furens se coniecit, quemuis obuiam trudens ac proterens, similiter & reliqui elephanti, illius clamoribus exterriti fecerunt. quod quidem sapienter solent, cum insaniant, quemuis ut inimicum accipientes, ob quam eorum perfidiam à quibusdam communes hostes appellati.

Arrianus certè ita etiam in hoc prælio vsu veniale docet in §. Belua verò, inquit, cum iam in angustum redactæ essent, non minus danni suis quam hostibus inferebant, multis dum vexantur atque agitantur, protritis. Idem Sicus narrat, ed multis ante Macedonibus elitis. Plinius l. 8. c. 9. idem minimo sui stridore terrentur, vulneratique & territi retro semper cedunt, haud minore partium pernicie. Et Curtius ipse mox infra, Ergo elephanti vulneribus tandem fatigati suos impetu sternunt, & c. 17. & 23. qui rexerant eos, precipitati in terram ab ipsis obtrebantur.

PRIMVS) Vbique primus Alexander: quæ res mirificè duces omnes & milites ad gloriam bellicam incitauit. vix vnum Casarem Alexandro parem in hoc genere inuenias.

COENVS INC. VI IN DEXTRVM CORNV) Ita ex mente Curtij, si non ex calamo, certissimò legendum, non in lauum. ita etiam Arrianus. Cænum ad dextrum cornu mittit.

PHALANX IN MEDIAM ACIEM) cuius frontem nudare cœpit Porus elephantis in equites & Alexandrum auersis. Itaque phalanx in pedites medios impetum fecit. Sed Poro res male cessit ob tarditatem elephantorum ab hostibus occupato.

NEC SAGITTARVM VLLVS BARBARIS VSUS ERAVIT) Quia pondere graues erant & inhabiles, vt iupræ demonstrarant; grauioribus, inquit, telis, quam vt commode excuti possent. Accede- cap. 23. bant hinc duo incomoda, quod arcus humi statuere cogerentur, cum neruum vellent adducere & tela excutere, quæ res longæ moræ erat; deinde quod humus imbris irrigata solum instabile & lubricum fecisset.

TURBATIS ACRIVS METVS, QVAM DVX IMPERARE COEPIT) Idem senarius hinc credo natus:

Timor magis turbatis quam dux imperat.

TOT IMPERATORES QVOT AGMINA) Imò quot milites; rebūs enim turbatis omnes imperant, nemo paret. ita infrāl. 9. c. 16. actum in dissipata per æstum clasæ, & quæ sequuntur.

ALIVS IVNGERE ACIEM, ALIVS DIVIDERE) Quinque formas hic generales compendorum ordinum attingit Curtius, vel cum due acies diuersæ in unam iunguntur; vel contra, cum iunctæ diuiduntur; vel cum aliæ stare, aliæ in hostem ire; vel denique cum hostem à tergo circumuenire iubentur. & hæc facile capiuntur. Sunt aliæ multiplices copiarum dispositiones, iugationes, conuerstiones, euolutiones, de quibus copiosè Aelianus lib. de instruendis aciebus.

PORVS TAMEN CVM PAVCIS) Perturbatis omnibus, solus cum paucis è suisibi constituit, nec de fugi, sed inuadendo hoste, cogitauit, ac dissipatos quoad potuit, collegit.

MAGNUM BELVAE INIECERE TERREM) Porus præ se agi elephantos præcepit, quibus ira terruit equos virosque hostium, vt victores ipsi de fuga circumspicerent: cum Alexander mox restituit, em.

AGRIANO ET THRACAS) Equites sagittarios, qui miris modis, concursationibus, & ve- litationibus, nunc concurrendo, nunc refugiendo, moxque redeundo fatigabant hostem. hi ergo elephantos imbre telorum ingruente conterruerunt: territis phalanx sarissis instabat & acriter vrgebat.

OBTRITI PEDIBVS) Siculus, Conflictu ergo ab equitibus inito statim currus Indorum fere omnes confundi pereunt. Post, cum mole corporum & roboris impetu elephantis in loco uterentur, Mace- donum alij beluarum incursu obtriti, vna cum armis simul comitatis intereunt.

CVM MANV ARMA VIROSQUE CORRIPERENT) Diodorus, Alij manibus ($\pi\varphi\omega\mu\alpha\jmath\alpha\jmath\sigma\jmath\sigma\jmath$) correpti, inque altum eleuati solo rursum alliduntur, indignaque mortem opperunt. multi etiam in- flictu dentium per totum corpus sauciati illico iacturam faciunt. Arrianus multis verbis totam hanc pugnam describit, quem videbis.

MANV) Cicero lib. altero de natura deor. Veget. l. 3. c. 24. manum, Plinius ex Aristotele pro- boscidem appellat, quo nomine & Oppianus vtitur. Siculus cum Philostrato $\pi\varphi\omega\mu\alpha\jmath\alpha\jmath\sigma\jmath\sigma\jmath$, μυριπο- etiam Aristoteles, Suidas $\pi\lambda\varphi\alpha\pi\tau\theta\pi\alpha$ πρία, anguimanos, Lucretius in §. vocat elephantos & 2.

Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus

In genere anguimanos elefantes, India quorum

Millibus è multis vallo munitur eburno
Ut penitus nequeat penetrari, tanta ferarum
Vix est —

Quibus, inquit Lambinus, manu est tortilis, flexilis, lubrica, volubilis, serpentis in morem.

ANCEPS ERGO PVGNA) ita & Arrianus ferè: At Macedones maiorem loci amplitudinem ex animi sententia nati, irruentibus in se beluis cedebant: contrà recedentes iaculis confodiebant. At Indi qui circum elephantes versabantur, maiore danno afficiebantur. postquam verò belua defatigata non iam amplius validos impetus facerent, sed agrè membra trahentes instar nauis puppi inhibit & pedem retro ferrent, Alexander repente omni equitatu hostibus circumfuso signo dato imperat, vt pedites inter se consertis scutis, consertissimaque phalange in eos ferrentur. atq; ita vndig, circumuenti Indorum equites omnes ferè in pugna cæsisunt.

* Ieum. IN MVLTVM DIEI CERTAMEN EXTRAXIT) Alexander ipse apud Plutarchum testatur octo horis pugnatum: Beluarum, inquit, & hostium multitudinis metu in alterum * cornu inuenitum se, ceteros misisse omnes in dextrum, utroque cornu auerso eos, qui premebantur, globo facto ad bestias semper se recepisse. inde promiscue pugnatum, & vix octaua hora hostes terga dedisse. Hæc ipse prælia auctor recensuit in epistolis. ita Plutarchus locutus est de Alexandro, ex Alexandri epistolis.

SECVRIBVS PEDES AMPVT. COOPERVNT) quinque genera armorum in elephantes parauerant Macedones: prælongas hastas equites gerebant, hæste, inquit Alexander ad equites, vestræ prælongæ & valida, non alias magis quam aduersus beluas rectoresque earum usui esse poterunt. Sarissas quibus phalangitæ vsi aduersus median aciem in qua elephanti erant, tela & iacula quorum magnam vim Agriani & Thraces in beluas coniecerunt: secures & copidas; & securibus, elephantorum pedes amputabant, copidibus proboscides recidebant. atque his armis viæ procubuere beluæ, vel extra aciem pecudum ritu tam innoxiae exigebantur. De securibus & copidibus adhibitis nulla hic apud alios scriptores mentio, nec apud Vegetum, qui tamen ex instituto de instrumentis & machinamentis aduersus beluas adhibitis & adhibendis disputauit, cuius verba paullò ante attulimus. Et quidem secures notum genus ferri.

COPIDAS VOCABANT) has ipse Curtius describit. vox est græca à κόπιᾳ. κέρατα in medio, vnde κοπίδης gladius in modum falcis inflexus: laudatur in Xenophontebis, ter, in Cyri-pædia qui Sagarim, machæram & copidem pro eodem ponit, sicut copidem & machæram coniungit Polybius de arte equestri. Est eiusdem mentio apud Plutarchum in Alexandro, & Aristidem qui Persas in Platæensi pugna copidibus vlos ostendit. Et Polemon in Callimachi epitaphio κοπίδα τερπονυμον appellat. Quod verò nonnulli ex hoc Curtij loco docent copidem & securim idem esse teli genus, mihi falli videntur: Curtius enim disertè copidas à securibus distinguit, & his osseos & duros elephantorum pedes infractos, qui falcibus levioribus non poterant tam facile incidi, manus autem seu promiscides erant molles, flexiles & tortiles, & nullo negotio gladijs & falcibus, vt & Vegetius refert, amputabantur. Infrâ l. 9. c. 5. Secures & falces coniungit, quibus ait vasta beluarum corpora debilitata & mutilata cum securibus pedes infracti, falcibus promiscides amputatae, vt copidas videatur falces interpretatus.

NOVI SUPPLICII TIMOR) terruerant Macedones elephanti, cum aliis pedibus obterrent, alios proboscide arreptos humo sublimes tollerent, soloque afflictos eliderent, vel necandos suis rectoribus traderent. Nihil ergo intentatum reliquere Alexandri milites, quo seras vel conficerent, vel exacie ejicerent.

CVM PORVS DESTITUTVS A PLVRIBVS) tandem tota belli moles plerisque Indorum iam aut cæsis, aut fugatis incubuit, qui sanè non primus è prælio vt Darius, sed ultimus editis ante multis virtutis facinoribus exacie excelsit. Multus est Curtius in Pori laudatione, multus Philostratus, Arrianus, Plutarchus, vt mox videbis, nec minus eius elephantus celebratur.

NOVEM IAM VULNERA, HINC TERGO, ILLINC PECTORE EXCEPERAT) ante suam: nam expositus omnium telis ab alijs iaculans, ab alijs ponè iaculis impetebatur; Arrianus tam non nihil à Curtio diuertit, & tantum in dextro humero vulneratum ait: Porus qui in ea pugna, inquit Arrianus, rem præclarè gesserat, non ducis solum, verum etiam strenuus militis officio functus, conspecta equitum cæde, cumque elephantorum alios prostratos, alios absque rectoribus & saucios errare, peditatus etiam maximam partem interisse cerneret: non tamen veluti magnus ille rex Darius, qui ex suis fugam primus inierat, trepidus fugit, sed quādiu partem aliquam Indorum pugnantem vidit, etādiu etiam ipse confixit. cum verò in dextro humero, quem quidem solum in pugna nudum ferebat, vulnus accepisset (nam à reliquo corpore thorax facile tela propulsabat) ipse alioqui insigni & robore & membrorum conuenientia præditus, vt postea eius conspectus docuit, conuerso elephante recessit. Scilicet egregiè: Magna hinc perturbatione exorta. Porus, cum quo loco res foret animaduerteret, elephantum præstantissimum in fidens, de beluis XL. nondum consternatas circum se confisteret iubet. Et hoc agmine impressione in illa, prolixam edit cædem, eo potissimum, quod viribus corporis omnes secum militantes superabat. Hæc virtutis in Poro eminentia Macedonibus, contra illum in acie statibus non nihil ter-

terroris iniecerat sagittar̃s igitur & leuis armaturae ordinibus accitus, Alexander edicit, ut omnes ipsum Porum telis incessant. Hi quod iusfi erant per agunt. ergo dum crebra in Indum missilia congeruntur, nec, quod tam crassa istib⁹ moles exposita esset, ab errant: Porus tandem, cum heroicē depugnasset, p̃ multitudine vulnerum ex sanguis animo deficit, & viribus infractis ē belua ad terram delabitur.

NEC SEGNIVS BELVA INSTINCTA RABIE NON DVM SAV. INV. ORDINIBVS) Plutarchus locum Curtij illustrabit, Mirificam soleritiam hęc belua demonstrauit & solicitudinem pro rege. Quę cum adhuc valentem adorientes animosę exceptit & reiecit, ut verò telorum & vulnerum vi sensit conjectum, veritus ne desfueret genibus leniter humi demisit se, & promiscide singula iacula sensim ex corpore eius evulsit.

SED EQVVS EIVS) Bucephalus omnium prop̃e literis monumentisque celebratus, cuius memorię & nomini Alexander pro maulleo & cenotaphio urbem * Bucephalem dictam, vt * Bucephalib⁹. c. 7. Curtius memorat, condidit. Testantur idem alij: Onesicritus tamen & Arrianus tenio lan. conjectum sine vulnere defecisse memorant. Alia aliorum est narratio, ē quibus Plutarchum Bucephaliam audiamus: Ex p̃ alio cum Poro commisso Bucephalus mortuus est, non extemplo, sed post, ut plerique produnt, sub vulnerum curatione: vt Onesicritus est autor, ob senium labore conjectus. nam tr̃iginta annorum etate ait eum decessisse. morrem eius tulit Alexander grauiter: non aliter existimans quām si familiarem & amicum amisisset. In memoriam eius sup̃r Hyd. appen condidit urbem, quam appellavit Bucephaliā. Arrianus plura p. II 4. Diodorus idem breuissimè de Nicæa & Bucephale. p. Iura de Bucephalo in nostris prolusionibus.

FRATER TAXILIS) Arrianus non fratrem regis, sed ipsum regem Taxilem fuisse misum tradit, hec occitum à Poro, sed fuga elapsum declinasse hastæ iustum.

ELEPHANTVS QVOQVE) Addam hic scholion pro scholis. Sosipater Carisius antiquus & nobilis grammaticus, negat ab Latinis elephantem dici tertio ordine, Elephas elephantis; sed secundo tantum, elephantus elephanti, ita vt ē secundo casu Græcorum Latini formarint rectum. Sed contra Carisium & Stevvechium, qui Carisium sequitur, non Plinium tantum, sed M. Tulium principem latinitatis testes excitare possis, qui libro de sententiis secundo calu dixit, elephantis, atque ne dubites, ipsa tibi verba Ciceronis adnumerabo: Non plus, inquit, quām adolescens vires tauri aut elephantis desiderabā. Plinio indiscriminatim lib. 8. c. 1. & seq. nunc elephas, nūc elephantus seu elephanti dicuntur, tertia & secunda inflexione. Lucretius optimus & ipse cultissimus scriptor, nunquam dixit in recto, elephas, nisi cum de morbo elephantiasi loquitur, sed semper elephantus, vel qui inde casus descendunt. Cicero alibi semper elephantus, nūc quam elephantis elephanti. Ille autem locus de sententiis, videtur in codicibus mendosus, ut & in ora annotatum est, elephanti. Plinium, Martiale, & hoc genus veluti sequioris aui scriptores Græcorum calu usurpantes, cum recentioribus nihil moror. adeoque Carisij edictum videtur sequendum.

PROCUMBERE IVSSIT IN GENVA) de Elephantorum indole, docilitate, ingenio, intellectu iuxta dictum; & habes apud Plinium, lib. 8. multis à principio capitibus, & Lipsium singulari epistola. Sed de hoc Pori elephantio iam ex Plutarcho cognouisti, quomodo regi in terram demissi ē vulneribus tela seorsim & leuiter extraxerit. Audi quę de eod. tradat Philostratus nullo modo prætermittenda, mira lāne & memoranda. De Elephantorum, inquit, etate, & quod longissima vita sunt, ab alijs pluribus scriptum est: veruntamen hi penes Taxila urbem, omnium urbium, quę apud Indos sunt, maximam, elephantum inuenisse perhibent, quem inungebant, & virtus ac myrtis coronis indigena ornabant: afferentes vnum ex his esse qui pro rege Poro aduersus Alexandrum pugnauerat, quem propterea quod in pugna primitissimè versatus esset, Alexander Soli dedicauit. esse autem illi torques aureos circa dentes, seu potius cornua libeat appellare, & in torquibus literas Græcas insculptas hęc verba referre: ALEXANDER IOVIS FILIVS AIACEM SOLI. hoc enim Aiaci nomen ipse elephanto imposuit, magnum magno nomine exornans. Coniunct autem indigena annos quinqua- ginta supra trecentos ab ea, quam diximus, pugna, ad ea tempora intercessisse: cum tamen scire non pos- sint, quot fuerit natus annos, quando pugna interfuit.

Multa alia de elephantis & hoc capite, & superiore Philostratu, præsertim de puero & elephanto pueri.

TELIS VNDIQUE OBRVITVR) elephantus quod Porum defendebat, telis est obrutus & occisus, vt hic Curtius narrat. Philostratus videtur eum superstitem credidisse, & adhuc, ut audiisti, trecentos quinquaginta amplius annos vixisse; sed non disertè hunc ipsum ait fuisse, qui Porum gestauit, sed vnum ex illis qui cum Poro in acie verlati sunt, & cum illo capti, de quibus ipsi etiam hic Curtius: Ea res Porum & ceteros (elephantos intellige) victoribus tradidit. dixe at enim procumbente in genua Pori elephanto, ceteros omnes regem cingentes, corpora, prout instituti erant, in terram demisisse.

ALLEVANTEM OCULOS) quem interētum crediderat, cum eius corpus spoliari ante iussisset, sed belua, quoad ipsa concideret, prohibuisset.

QVAB,

QVAE, MALVM, AMENTIA TE COEGIT) Quomodo captus sit Porus, paullò aliter narrat Arrianus: Alexander, inquit, ne hanc quidem ob causam (quod Taxilem regem ab Alexandro missum voluerit occidere) Poro succensebat, sed alios atque alios nibilominus subinittebat, & in ijs Meroëm hominem Indum, quod veterem ei cum Poro amicitiam intercedere accepisset. Porus Merois oratione audita, & quod vehementi siti premebatur, cum elephanto substitut, atque ex eo descendit. Cumque bibisset, ac nonnihil respiasset, continuò illum ad Alexandrum adducit. Alexander ut eum appropinquare intellexit, nonnihil ante aciem progressus, amicis aliquot comitatus, Poro obuiam iuit, equumque stens, magnitudinem Pori (erat enim quinque cubitos altus) & pulchritudinem si nul admiratus est, quodque nullum adhuc seruitutis animo concepta specimen praeserre videretur, sed ut generosius cum alio generoso viro congressus, pro regno suo aduersus alium regem decertasset. Tum Alexander prior eum compellans, quid sibi fieri cuperet dicere insit, cui Porum respondisse ferunt, ut meregit tractes Alexander. Porrò Alexander ea oratione delectatus, hoc tibi, inquit, Pore, mea causa continget, tu quod tua causa tibi gratum sit postula, cui Porus omnia ijs quæ dixisset, contineris respondit.

QVOD HIC DIES TIBI SVADET) ante obitum neminem dicendum esse beatum, quod antè Cræsus ab Solone doctus Cyrus docuerat, & Cyrus à Tomyri cum omnibus copijs delatus, serius verum esse expertus est. Est enim

Felicitas hoc fluxior, quo rastior. Nam,
Felicitatis gnata est infelicitas.

Curtius Plutarchus cum Arriano simpliciter tradit rogatum ab Alexandro Porum, respondisse regi seu regaliter, atque in eo esse omnia multo elegantior & urbanior est narratio Curtij.

p. 585. **P. 214.** **DONAVIT AMPLIORE REGNO QVAM TENIT**) Suffragatur Plutarchus: Igitur, inquit, non pristinum modò ei regnum sub satrapo nomine restituit, verum etiam adiecit liberorum ibi populorum quos subegit, regionem, in qua nationes quindecim, urbium non mediocrium quinque millia, & viacos quamplurimos memorant fuisse. Arrianus, Quo responso latior Alexander, Poro regnum Indorum restituit, & ultra pristinum imperium aliam ei regionem vetere ampliorem adiecit, atque ita & regie hominem generosum tractauit, & fido in posterum amico ad omnia est vsus.

ADMIRATIONEM VERAE LAUDIS) Nobile totius libri epiphonema, cum eximia commendatione Alexandri, ut qui temper in hoste etiam virtutem sit admiratus; quod non nisi ab generosissimo, laudisque veræ cupidissimo proficiscitur.

SIMPLICIVS TAMEN FAMAM AESTIM. IN HOSTE QVAM IN CIVE) Sincerius & candidius iudicabat de fama ab hoste collecta, quam à suis, quos experimento saepius cognorat obrectare laudibus suis: documento erant Clitus, Callisthenes, Polypercon, præter Philotam, Hermolaum, Hegelochum & alios. Quamuis enim & suis admirationi esse poterat, tamen suspecta erant præconia, an è sincero pectore proficerentur, nihilque admixta adulacionis aut simulationis haberent, Accedebat quod Macedones omnes illi subiecti essent, neminemq; è suis sibi parem sciret aut ferret.

QVO MAiores) maximam è victoria Pori laudem sibi quæsisce vultus est, quem regum & hostium maximum & potentissimum videri voluit, cum dixit, tandem par animo meo periculum video. Atque hæc de prælio cum Poro, in quo ex Diodori sententia è Pori exercitu cecidere supra CCCD CIC CIC, hoc est, duodecim millia, inter quos duo fuere Pori filii, summiq; exercitus præfecti & ducum clarissimi, capti nouem millia cum octoginta elephantis. Ex Macedonibus equites trecenti, pedites septingenti. Arrianus auget numerum, & pedites ait prope virginis millia, equites tria millia cæsos, currus omnes dissipatos, duos Pori filios interemptos. Spitarchem præsidem regionis, curruum & elephantorum præfectos omnes. ex Alexandri peditatu tantum octoginta desideratos: ex omni equitatu ducentos triginta. Multa & præclara Philostratus de Poro & hac pugna, lib. 2. c. 10. p. 81. denarrat le & tu sanè dignissima & memoranda, ad quem lectorem, quod locus sit longior, ablegamus. Multa enim de dictis Pori, de eius proceritate, corporis, de pugna hac in templo postea condito depicta, de morte ipsius Alexandri, & quomodo Porus illam tulerit, nec unquam se regem appellari voluerit, donec Alexander moreretur, ibid. traduntur.

Tarik: Mircond Persa. Addam huic libro coronidem ex * Taricio Mircondo Persa, cuius de rebus Persarum historia magnopere laudatur, in Hispanum sermonem à Petro Teixeira nobili Lusitano translata, è qua hæc decerpta sunt: Alexander (qui Persis Ascaner est) Indiam ingressus, ex regibus Iudorum potentissimum accepit esse Porum (qui Indis For appellatur) cui per legatos imperauit, uti suum Alexandri imperium agnosceret, & imperata faceret. cui Porus cum armatus occurrisser, ab Alexandro vinctus profugit. Sed collectis viribus Alexandrum rufus aggressus, ipsis viginti diebus cum eodem velitatus est, & cum Macedo videret le viribus Poro imparem & vinctum, id singulare certamen Indum prouocauit: nec Porus duellum detrectauit. In patenti ergo campo paribus armis & animis congressi; cum in medio conflictu ingens ex Pori castris clamor accidet, miratus quid esset, respexit; simulque vulnere ab Alexandro occupatus concidit. Cæso Poro cunctis diffugientibus, Alexander Indiam ingressus, illam suæ divisionis fecit. In hac Teixeiræ historia

EXPLANATIONES.

503

istoria, quædam vera, quædam fabulosa credi possunt, aut contra reliquorum scriptorum fidem. De secundo nempe p̄cilio & viginti dierum velitatione, quam tamen ad ripam Hydaspis ab utroque rege obseissam, & transitum tentatum possis referre. De duello Alexandri & Pori etiam non caret Teixeira suffragatore, quamuis non illico mortuum concidisse alij velint. Sed Alexandrum à Poro, non Porum ab Alexandre ad monomachiam prouocatum tradant. Iustinum in XII. audi: *Vnus ex regibus Indorum fuit Porus nomine, viribus corporis & animi magnitudine pariter insignis, qui bellum iam pridem audita Alexandri opinione in aduentum eius parabat. Coniuncto itaq; prælio exercitum suum Macedonias inuadere iubet; sibi regem eorum priuatum hostem depositit. nec Alexander pugna moram fecit, sed prima congreßione vulnerato equo cum præseps ad terram decidisset, concursus satellitum seruatur. Porus multis vulneribus obrutus capit. qui victum se adeò doluit, ut cum veniam ab hoste accepisset, neque cibum sumere voluerit, neque vulnera curari passus sit, ægreqñ sit ab eo obtentum, ut vellet viuere. Quem Alexander ob honorem virtutis incolunem in regnum remisit. Duas ibi vrbes condidit, vnam Nicæam: alteram ex nomine equi Bucephalen vocavit.*

Sed quo tempore, anno, ætate Alexandri hæc perpetrata? Annum & anni tempus signauit Arrianus, *Huiusmodi, inquit, exitum habuit pugna Alexandri aduersus Porum & Indo trans Hydas-* p. 114. *pen annem colentes, Archonte Athenis Hegemone, mensē Martio.*

At enim suprà idem Arrianus de hoc ipso tempore, quo Hydaspen traiecit, sui immemor, ut videtur, scripsit, fusile tum solstitium æstiuum ἦν γῆς, inquit, ὥρα ἔτεις ἡ μετὰ τρέπας μάλιστα τέλεται ὁ ἥλιος. Erat enim id anni tempus solstitium æstiuum. Et hic dicit hæc contigisse mensē Martio, quo est æquinoctium. Aequinoctium & solstitium in nullo cœli climate, nullo tempore, nullo loco, aut regione, simul concurrunt, quod omnis mathematicorum antiquitas, disciplina & monumenta docent. Itaque auctori conciliandam relinquo & remitto. Diodorus IX. De hoc anno vide c. hunc imperij annum Alexandri, & XXIX. ætatis Chremete archonte Athenis, non Hegemon, ut Arrianus scripsit; cum Diodoro facit ἀναγραφὴ ὀλυμπιαδῶν anno olymp. ΡΙΓ ΧΡΕΜΗΣ, 7. prolationum. Cū Poro congregatus est ætatis XXXI. regni XI. imperij VI.

Eandem pugnam & victoriam Alexandri canit heroo vel potius hexametro Galterus, quem hic prætero, simulque librum cum felicitate Ale- xandi finio.

FINIS LIBRI VIII.



Bbb

Q. CVR.

Q. CVRTII RVFI
HISTORIARVM
 MAGNI ALEXANDRI
 MACEDONIS
 LIBER NONVS.

SINOPSIS HVIVS LIBRI.



Nteriorem Indiam, vicitis paſſim gentibus, peragrat: Classem parat, ingentes in saltibus serpentes & rhinocerotes reperit, canes miro ingenio promunere accipit, hortatur militem ad futura bella suſcipienda, miles abnuit. Cœnus pro milite cauſam agit, Rex dat manus votis exercitus, aras finium, quos attigerat, monumentum ponit. Cœni mors. Nicaea & Bucephala urbes condit. Supplementum militum è Græcia accipit, per flumen Acesinem portat copias Oceanum aditus. Ad Sobios Herculis posteritatem peruenit. Oxydracas & Mallos expugnat, miles in seditionem rursus vertitur, quā sedat Rex. In oppido Oxydracarum ultimum vita discrimen adit, agraq; tādem eripitur, oppidum exscinditur, Rex curatur, amici hortātur, ne deinceps se tantis discriminib; obīciat, ab illius vita vitam pendere omnium: respondet Alexander, & gloria studium infinitum præ se fert, Græci Coloni circa Bactra & Scythes, relictis colonijs in patriam abeunt. Legatos diuarum gentium se dedentium audit. Dioxippus athleta pronocatorem vincit, deinde seipsum interficit. Variæ gentes se regis fidei permittunt, alia vi subiguntur. Ptolemai vulnus, periculum & curatio classis in ore fluminis ad Oceanū īgēns discrimen adit. Ad nauigant inde proximè Oceanum, & in fluminis insulis astu maris inundatis, omnes vita periclitantur. Rex aestum secutus **CCCC.** stadia prouehitur in mare, inde redit ad classem, qua adverso flumine reuecta militem exponit, Alexander complures urbes cōdit. Nearchus & Onesicritus nauarchi explorant Oceanum. Alexander copias terrestri itinere reducit. Incidunt in barbaros, & ultimam patiuntur famem, inde in morbos & mortes dantur multi. Rex commeatum aliunde curat, tandem omnis redit felicitas, imitatur rex Bacchi triumphum. Aspastem Carmania Satrapen interficit.

CAPVT

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Hortatur militem ad persequendum bellum spe prædæ, duas vrbes ad Hydasphem constituit, donat fortis præmijs, Abisares deditioñem reformidat. Rex ad interiorem Indianam transit

Alexander tam memorabili victoria latus, qua sibi Orientis fines apertos esse tenuerat, Soli victimæ casis, milites quoque, qui promptioribus animis reliqua belli obirent, pro concione laudatos docuit, quia quid Indis viri fuisset, illa dimicazione prostratum: ceteram optimam prædam fore, celebrataisque opes in earegione eminere quam peterent. Proinde iam via & obsoleta esse spolia de Persis: gemmis, margaritisque, & auro atque labore viaccioniam Graciamq; non suas tantum domos repleturum. Audi milites & pecunia & gloria simul, quia nunquam eos affirmatio eius fefellerat, pollicetur operam: dimissisq; cum bona spe, nauigia exadificari iubet; ut cum totam Asiam percucurisset, finem terrarum mare inuiseret. Multa materia naualis in proximus montibus erat, quam cædere aggressi, magnitudinis inusitatæ reperire serpentes. Rhinocerotes quoque rarum animali alibi, in ijsdem montibus erant. Ceterum hoc nomen beluis eis inditum à Gracis, sermonis eius ignari, aliud lingua sua usurpat. Rex duabus vrbibus conatis in utraque fluminis quod superauerat, ripa, copiarum duces coronis, & mille aureis singulos donat. Ceteris quoque proportione aut gradus quem in amicitia obtinebant, aut nauatae operæ honos habitus est. Abisares, qui prius quam cum Poro dimicaretur, legatos ad Alexandrum misserat, rursus alios misit, pollicentes omnia facturum quæ imperasset, modò ne cogeretur corpus suum de dere. Neque enim aut sine regio imperio victurum, aut regnaturum esse captiuum. Cui Alexander nunciare iussit, si grauaretur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum.

SOLI VICTIMIS CAESIS) Siculus: Solem præterea, cuius beneficio partes Orientis subegisset, sacrificio veneratur. O quanto sanctius auctori soli s, cuius instinctu in Asiam mouit, Darium vicit, regnum in potestatem adduxit, Indianam subiecit, sacrificasset: Sed in ipso Sole cæcutebat. Arrianum vide lib 5.

FRO CONCIONE LAUDATOS) Nihil gratius gloriosis illis pugnopolinicis accidit, quam cū ab Imperatore fortis viri victoresque appellantur: quos rex spe amplioris prædæ ad militiā præsequendam, totamq; Indianam subigendam prolexit. Et Curtius quidem operam pollicitos ait, sed Plutarchus segniores illâ cum Poro pugna redditos affirmat, vt abnuerent in ulteriorem Indianam expeditionem.

NAVIA EXAEDIFICARI IVBET) Siculus idem, quem videbis.

MAGNITUDINIS INVSITATAE REPERERE SERPENTES) Diodorus: Alebat hac regio mira vastitas serpentes ad xvi. vsg; cubitorum longitudinē, hoc est, quatuor & viginti pedes porretos. Idem Arrianus in Indicis testatur, qui tamen addit etiam multo maiores, ex Indorum narratione aperiri. Sed quid hac ad Strabonē, qui ex Onesicrito refert, in Abisari (ad quæ mox à Poro contendit Alexander) regione duos dracones nutritos, quorū alter octoginta cubitos, alter centū quadriginta longitudine æquaret, qui ducentos decem pedes efficiunt. Addit, quæ Plinius ex Megalibene accepit. In India serpentes in tantam magnitudinem adoleceret, vt solidos hauriant ceruos taurosque. Metrodorus circa Rhyndacum amnem in ponto, vt superuclantes, quamvis altè perniciterque alites haustu raptas abforbeant. Nota est in Punicis bellis ad flumen B gradam à Regulo Imperatore balistis tormentisque, vt opidum aliquod, expugnata serpens cxx. pedū longitudinis: pellis eius maxillæque vlique ad bellum Numantinum durauere Romæ in templo faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam amplitudinem exentes, vt Diu Claudio principe occise Vaticano solitus in alio spectatus sit infans, aluntur primo bubuli lactis succo, vnde nomen traxere.

Quæ Scholæ fæstè Strabone adducit, iam suprà collocauimus. sed errat ille, cum centum quadraginta, aut octoginta pedes longos fuisse docet, cum Strabo non pedes, sed cubitos nominaret, quorū incus fessi pedem efficit, ac proinde illum centum quadraginta cubitorum, fuisse ducentorum decem pedum ὀρθογωνία πηγῶν, & τετράγωνα τριγώνων.

c. 55. p. 96.

Polyhistor de Indicis serpentibus. Enormitas in serpentibus tanta est, ut ceroos, & animantium alia ad parem molem tota hauriant: quin etiam Oceanum Indicum, quantum est, penetrant, insulasq; magno spatio à continenti separatas, pavulandi petant gratia, idq; ipsum palam est, potètia amplissima magnitudinis fieri, ut per tantam sali latitudinem, ad loca permeent destinata.

p. 266.

Sed omniū narrationes vincit Maximus Tyrius dissertatione 38. Magnus autem Alexander deuictus iam Persis, Babylone expugnata, capto Dario, terram Indorum petiit, qua nūquā, vt dicebant ipsi, exercitum externum, præter quam Bacchī & ipsius Alexandri ad miserat. Graui eo tempore inter se contentione dissidebant duo reges, Porus & Taxilus: & Porus quidē vi pugnans capit: in fidem societatemq; a rege recipitur Taxilus. & ille quidem quidquid vel admiratione dignum in India, vel homini. Graco nūnum videri poterat, regi ostendit: fluuios maximos, aues varias, plantas odoratas. In his omnibus animal erat maximum Bacchos acrum, cui victimas quotidie Indi mactabant. hoc animal Draco erat, qui iuga-
ra terra quing; corpore aquaret: in deuexo in loco, anfractuoso, profundo, altissimis desuper muri circū-
septo alebatur. Diodorus, & Strabo, & alij eadem in regione & loco Cercopithacos, sive simias
caudatas miris modis veratione capi docēt; led cum apud Curtiū nulla mentio, ego quoq; taceo.

RHINOCEROTES) suprà l. 8. c. 17. negavit Rhinocerotes generari in India, sed aliunde illatos ali: hīc iisdem in montibus suis narrat, led nō addit, an inibi nasci, vel ex Aethiopia inferri soliti sint. De ipsa fera dictum ibi, & commentario ad Martialem.

INDITVM NOMEN A GRAECIS) à cornu quod è naribus extat dicti, vt suprà docui.

ALIVD LINGVA SVA VSVR PANT) Sandabenamet Indi vocant, vt doce: Gesnerus, Reem Hebræi, Karas Chaldei nominant, vel Karasas: Latinis Bos vel taurus Aethiopicus.

DVABVS VRBIBVS) Nicaea & Bucephala, de quibus insrā c. 7. pleniū, & tradunt vberiū Strabo, Diodorus, Arrianus, Plutarchus, qui terram Perittā à cane gratiore ibidē amissō dictā ait.

CORONIS) cum mille aureis coronis, vt victores; pecunia, donatiuo & honorario. nec dubito, quin coronæ quoq; aureæ fuerint. Idem Arrianus, Plutarchus, Diodorus, qui tamen nullum numerum addunt, nec coronas exprimunt.

ABISARES) dictum de hoc li. superiore c. 22. 3. & 5. Legatos ante pugnā miserat ad Alexandrum, qui regis nomine prouinciam illi dederent. post, mutato consilio, Poro auxilia promisit, quæ seriuū præstit. victo, rursus alios allegauit, qui omnia dederent, præter corpus regiū, quod timeret, ne Alexander memor incōstantię ipsius & perfidiæ, in ipsum corpus animaduerteret, aut certè le regno priuaret. Legationis etiani, Strabo * testis est: led quid Arrianus * & Sicus narrant, cognolces. Ex quibus discis quid illa sibi Alexandri verba apud Curtium velint: Si grauare-
tur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum, exitio nempe ipsius. Quibus territus Abilares, videtur ipse Alejandro se corām stitisce, quod Sicus * docet: De hinc, inquit, Embisarum (ita Abilarem appellat) qui auxilium Poro ferendum procrastinarat, Alexander terrore incusso ad imperata faciendū adegit. Arrianus tamen * morbo impeditum negat ad Alexandrum venisse: reconciliatum illi tamen, & in gratiam demum receptum: In hoc, inquit, rerum statu Araces, prouincia Abisari finitima præses, & frater Abisaris, alijq; amici ad eum venerunt, dona adferentes, quæ apud Indos censentur maxima: elephantos etiam ab Abisare missos triginta: Abisarem ipsum morbo impeditum venire non potuisse dicentes, quod cum legati qui ab Alejandro ad Abisarem misi fuerant, confirmarent, facile persuasus re-
ita se habere, Abisarem prouincia ipsius satrapam constituit, atq; Arsacem Abisaris imperio adiunxit.

CAPVT II. ARGUMENTVM.

Interioris Indiæ descriptio. rex multas gentes partim vi, partim vltro deditas recipit.

IN C Poro amne superato ad interiora Indiæ processit. Siluae erant propè in immensum spatiū diffusa, procerisq; & in eximiam altitudinem editis arboribus umbrose. Pleriq; rami instar ingentium stipitum flexi in humum, rursus quæ se curuauerat, erigebantur, adeò ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice generata. Cæli temperies salubris: quippe & vim solis umbra leuant, & aquæ largè manant è fontibus. Ceterum hic quoque serpentium magna vis erat, squamis fulgorem auri reddētibus. Virus haud ullū magis noxiū est: quippe mortis praesens mors sequebatur, donec ab incolis remedium oblatum est. Hinc per deserta ventū est ad flumen Hiarotim. Iunctum erat flumini nemus opacum arboribus alibi inusitatibus, agrestiumq; pauonum multitudine frequens. Castris inde motis, oppidum haud procul oppositum coronacapit, obsidibusq; acceptis stipendum imponit. Ad magnam deinde (vt earegione) urbem peruenit, non muro solum, sed etiam palude munitam. Ceterum Barbari vehiculis inter se iunctis dimicaturi occurserunt

* 1. is. p.
480.
* 1. s. p. 115.
vel p. 225.
* p. 560.
* in s. ex-
cromo.

rerunt. tela alijs hastae, alijs secures erant. transliebatque in vehicula strenuo saltu, cum succurrere laborari bus suis vellent. Ac primò insolitū genus pugna Macedonas terruit, cum eminus vulnerarentur. Dein spredo tam incondito agmine, ab utroque latere vehiculis circumfusis repugnantes fodere cœperunt. Et vincula, quis conserta erant, iussit incidi, quo facilius singula circumuenirentur. Itaque DCCC. suorum amissis, in oppidum refugerunt. Postremo die scalis undique ad motis muri occupantur. Paucis pernicietas saluti fuit, qui cognito urbis excidio paludem trauere: & in vicina oppida ingentem intulere terorem, inuictum exercitum, & deorum profecto, aduenisse memorantes. Alexander ad vastam amēam regionem Perdicca cum expedita manu missō, partem copiarum Eumeni tradit, ut is quoque Barbaros ad deditiōnē compelleret. Ipse cæteros ad urbem validam, in quam aliarum quoque confugerant incole, duxit. Oppidani, missis qui regem depreca- rentur, nihilominus bellum parabant, quippe ortas seditione in diuersa cōfilia diduxerat vul- gum. Alij omnia de ditione potiora, quidam nullam opem in ipsa esse ducebant. Sed dum nihil in commune consulitur, qui de ditioni imminebant, apertis portis hostem recipiunt. Alexander quamquam belli auctoribus iure poterat irasci, tamen omnibus venia data, & obse- dibus acceptis, ad proximam deinde urbem castra mouit. Obsides ducebantur ante agmē: quos cum ex muris agnouissent, ut potè gentis eiusdem, in colloquium vocauerunt. Illi clementiam regis, simulq. vim commemorando, ad de ditionem eos compulere: cæteras q̄ u- bes simili modo deditas in fidem accepit.

PORO AMNE SUPERATO) Omnes editiones Modianis antiquiores habēt, Poro amneq. supe- rato, quæ lectio, inquit Modius, ab ijs procul dubio manauit, qui amne etiā hoc nomine in India ignorabant. Sed velim discere ex Modio, apud quem geographum, aut historicū, aut scriptore, amnem Porum legerit? Ptolemaeus quidem Poruaros Indiæ populos laudat, sed de ipso flumine Poro nulla apud illum vox, nisi dicas Poruaros à Poro amne deriuari. In chirographo Constantiensi Poro amne superato scriptum est: quomodo legit etiam in suis MSS. Modius & edidit. Si Porus amnis non fuit, quero, quem amne victo Poro superauit, cum ante conflictū Hydaspen, ad quem castra habebat Porus, traiecerit, Pori autem nulla prius facta sit mentio. sequor ergo Mo- dium, quoad in meliorem rei cognitionem veniam. Diodorus etiam amnem non exprimit, sed in fertilem tantum regionē & silvas venisse narrat. Arrianus* Alexandrum rectā è Pori regno in * lib. 5. eir- Glaucaicas seu Glaucafias mouisse, nulla amnis mētione facta, affirmat: vrbes septē & triginta de- ca med. ditione receperisse cum compluribus & frequentibus pagis, eamq; totā regionem Pori regno ad- iecisse. Taxilemque à Poro, conciliante Alexandro, in gratiam & amicitiam receptum. Inde ad Acesinem amnem venisse, de quo noster infra cap. vii. Idem in Indicis docet, Alexandrum per Hydaspen'ad Acesinem ubi confluunt nauigasse, nauelque duxisse octingentas.

SILVAE ERANT PROPE IN IMMENSUM SPATIVM DIFFUSA E) nam pro magnitudine ar- borum, etiam siluae extendebarunt de arboribus autem sequitur: Procerisque & in eximiam altitu- dinem editiis arboribus umbrosa. Suffragatur his Siculus, cuius locum videbis lib. 17. p. 560.

Geropius quoque de his arboribus multa & mira ex Theophrasto a, Strabone b, Plinio, Soli- a li. de plā- no, putatque sicum fuisse, sub qua decerpserit exitiale sibi & generi humano malum, quod in- finita mundo mala inuexit: miri que modis exultat, quod aliquid præ cæteris scriptoribus dignū & memorabile ad litteras sacras explicanda siuenerit. ipsum hic sibi applaudenter, & simul ar- borem describentem subijcerē, nifiloci prolixitas deterrebat, quā non nimis onerandus est com- mentarius. Exrat p. 485. in Indoscythici, cuius cuius initium est, scripserunt in Genesim, & quæ sequuntur. Habes porro harum arborum iconisnum apud Carolum Clusium. Exotic. lib. 2. ubi hunc quoque Curtij locum adducit.

Diodorus Siculus Transmiso, inquit, cum copijs amne per regionem eximiè fertilem perrexit. nam insoliti hic generis arbores erant ad LXX. cubitos in altum editæ, & crassitie tanta, ut diffcultur 1. v. il- las viri complectentur, umbram verò ad tria plethra (ccc. pedes) de se proiectabant. Rhodomanus οὐλέθησεν cētū pedes vertit, recte vereque, nō, (ut alij) iugē, de quo vide comm. ad Mart. epig. I.

SERPENTIUM MAGNA VIS ERA T) testatur Siculus: In hoc etiā (inquit) tactu, magna vis ser- pentum erat, qui specie quidem exiles, sed varietate corporum insignes erant. nam alijs virgines enei colo- ri specie exhibebant: alijs densam pilum, hirsutam arrigebant cristam: tanta morsus efficiacitate, ut mors exempli sequeretur: si quis ictus esset, horrendis tortuebatur doloribus, & cruentus per totum corpus sudor profluebat. Macedones ergo contra hanc pestem se tutantes, lectos ex arboribus labentes suspensos, maiorem noctis partem insomnem ducebant: donec ab incolis de remedio veneni, radice quadam edociti, mali i- sti liberatis sunt.

AD FLVM HIAROTIM) Hydrotē Arrianus appellat: Hyarotidem Geographus, * l. 15. p. 501 qui cum Arriano Hyarotidem post Acesinem ponit, & hoc ordine transitos ab Alexandro am- nes dicit: Post Cophen, inquit, erat Indus, postea Hydaspes, inde Acesines, ab hoc Hyarotis, B b b 3 postrem

postremo Hypatis. ulterius progrederi cauit. Obserua ergo, Alexandrum non peruenisse ad Gangem, quod & Arrianus testatur, sed de hoc infra.

^{* p. 477.} ARBORIEVS ALIBI IN VSITATIS De his præter alios Geographus * in 15. Fructus arbo-
reos multos gigni, radices stirpium, præsertim magnarum arundinum, & natura, & decoctione dulces
ante med. vel pa. 787 esse, aqua à solibus tepes acta, tam cælesti, quam pluiali. Quodammodo igitur id videtur dicere eam, qua
apud alios & fructuum & succorum maturitas dicitur, apud illos concoctionem esse, qua tantum ad sua-
nitatem saporis conduceat, quantum ea quoque per ignem fit. Idcirco etiam ramos arborum flexiles esse dicit,
è quibus rotæ fiant, ob eandem causam, in quibusdam lanam innasci, ex qua. Nearchus ait sindonas sub-
tilis & reticulati operis texi, & Macedones ea pro tomento vsos, ac clitellis subiecisse: serica etiam eius-
dem generis esse, byssos scilicet ex coriticibus quibusdam excarinata, tradit idem arundinem mel sine api-
bus gignere, & cum non sit arbor fructifera, ex fructu tamen ebrium facere.

^{pag. seq.} Subiicit dein idem de arboribus iam suprà ex Theophrasto & ipso Strabone laudatis. Ad-
dit tamen ex Aristobulo arborem esse non magnam, qua magnas siliquas habeat fabarum similes, deno-
rum ditorum longitudine, mellis plenas, quas qui ederint, non facile euadant mortem. Qui dixerunt
trans Hyarotidem visam fuisse arborem, qua umbram in meridiem aceret quinque stadiorum, cunctorum
de arborum magnitudine sermonem excesserunt. Idem tradit lanigerarum arborem florem nucleum ba-
bere: quo exento reliquum, lana in morem, carminetur. Ante Strabonem Ctesias de Indicis arbori-
^{Ctesias p.} bus scripsit, ^{12. vel p.} Habent, inquit, Indi arbores cedro aut cupresso proceritate pares, quarum folia palma folijs
^{666. cū He-} paulo latiora, alioquin sunt simililia, & axillis carēt. Florem qualem laurus mas emittunt, sed fructum nul-
^{rodoto. e.} lum ferunt. nomen illū est Indicum, carpion: græcum, myrrhoda. sunt autem rarae. ex illis olei gutta distillant,
natas lana arbori impressa excipientes, in lapideos alabastros, illam exprimendo, infundunt. est au-
tem id subrubrum & crassuscum, adeoque fragrans, vt ad quinque stadia eius odor perueniat. Soli au-
tem regi eiusque propinquus id possidere conceditur, ex eo rex India ad Persarum regem misit: se que Cte-
sias id vidisse, & odorem qui nec dici, nec cuiquam alii assimilari possit, se perceperisse narrat.

^{I.20. Ornithol. p. 526.} AGRESTIVM QVE PAVONVM horum iconisnum spectabis apud Ulyssem Aldrovandū.
Græcis træs & ypros vocatur, latinis recentioribus Vanellus, Aristoteli & vulgare capella, Avis est
pulchra, columbina magnitudine, cristato capite, vt pauo, in collo viridi colore & lucente, reliquo corpore
varia. Turnerus sic describit, Cornice minor est, plumis fere viridibus nigris per totum dorsum & caput,
ventre albo, longa. & semper erecta in capite crista plumea, alis obscurioribus, plura Ornithologus, &
Bellionius cognitu tanè iucunda: sed haec nobis satis.

^{* lib. 5.} CORONA CAPIT Deinde quid sit urbem aut opidum coronâ capere, suprà exposuimus, cum inquam
totus exercitus virbi circumfunditur, quæ & simul ex omni parte oppugnatur, & simul expugna-
tur: opidum autem hoc ex Atriano * Pimprama fuisse arbitror, illa enim vrbis post Hydram tem-
traiectum prima occurrit Alexandre.

AD MAGNAM DEINDE, VT EA REGIONE, VRBEM PERVENIT Huic virbi nomen, vt
est apud Arrianum, Sangala fuit.

NON MVROR SOLVM, SED ETIAM PALVDE MVNITAM de eodem muro & stagno Ar-
rianus: Muru enim, inquit, in circuitu amplior erat, quam vt ab exercitu totus in orbē cingi posset: va-
cuis verò peditatu locis (vbi & stagnum quoddem non procul à muris situm erat) equitatum circumduxit,
sciens id stagnum parum profundum esse.

CAETERVM BARBARIVEHICVLIS INTER SE IVNGTIS DIMICATVRI OCCVR-
RERVNTE multò haec omnia explicatiū & prolixius Arrianus, p. 116. 117. 118. ego dictis faciam
compendium. Barbari illi Indi fuere Sangalani, Cathæi, Oxydraces, Malli. Adraistæ verò Pim-
pramani statim ditionem fecerunt, simul Alexander castra admouit. Sed Sangalani & Cathæi
collem armati occuparunt, & Alexandrum hostem expectarunt, & castra triplici curruum ordi-
ne munierunt. Quos contra Alexander aciem instruxit, eodem dilsipatis curribus in fugam cō-
iecit, qui omnes in urbem refugerunt. Quam Alexander mox obsidione cinxit, ac tandem fru-
strâ le hostibus subducere conantibus, urbem expugnauit. In qua XVII. millia cæsi, capti amplius
LXX. millia, currustrecenti, equites quingenti. Macedonum non plures centum tota obsidione
desiderati, mille tamen & quingenti vulnerati, inter quos Lysimachus corporis custos.

IUS SIT IN CTDI desunt opinor duo triaue hinc verba, vel fortasse unica vox (Rex,) nec enim
benè oratio haec cum superioribus aliquot versibus coniungitur. Quis enim iussit incidi? Alexá-
der certè. Sed is vbi est in proximis versibus, vbi quid hostes, quid ipsi Macedones egerint, narra-
tur. Legerim ergo interiecta unica voce, Rex, Et rex vincula quæ conserta erant, iusit incidi.

INVICTVM EXERCITVM ET DEORVM PROFECTO AD VENISSE ante id tempus enim ipsi
se inuictos credebant, vt quos nec Porus, nec Abisares coniunctis etiam copijs aggressi, expug-
nare poterant: quæ ipsa res illorum animos efferauit, vt auderent Alexandrum spernere, & obli-
dionem experiri.

EVMENI TRADIT hic domo Cardianus fuit, olim Philippi regis scriba, de cuius primis
officijs & negotijs multa Aemilius Probus in huius vita, quam ipse recognoscet.

Arrianus in V. Post hac Alexander, cæsis patro more sepultrus, Eumenem scribam ad duas vrbes, quæ
vnde

vna cum Sangalis defecerant, mittit, trecentis equitibus ei adiunctis, qui oppidanis denunciant, Sangala urbem abs se expugnatam, &c.

IPSE CAETEROS AD VALIDAM VRBEM DUXIT) triginta septem vrbes ordine ferè simul occupauit, vt Arrianus testatur. Et hoc est quod dicit in fine capituli hīc Curtius: ceterasque vrbes simili modo deditas in fidem accepit. Diodorus: Interea expeditione in Andrestarum gentes suscepta, vrbium alias vi, alias deditione subiungit. Iustinus * plura.

* p. 56r.
alia edit.
Glareani
p. 118.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

Sophitis regnum deditur. De canibus venaticis admiranda.

In regnum Sophitis peruentum est. Gens (ut barbari) sapientia excellit, bonisq; moribus regitur. Genitos liberos, non parentum arbitrio tollunt, alunt q; sed eorū, quibus spectandi infantū habiū cura mandata est: si quos insignes, aut aliquam mēbrorū parte inutiles notauerūt, necari iubent. Nuptijs coeūt, nō genere ac nobilitate cōiunctis, sed electa corporū specie: quia eadē estimarūt in liberis. Huius gentis oppidū, cui Alexander admouerat copias, ab ipso Sophite obtinebatur. clausæ erant portæ, sed nulli in muris turribusque je armati ostendebant; dubitabantque Macedones deseruisse urbē incola, an fraude secculerent: cū subito patefacta portarex Indus cū duobus adultis filijs occurrit, multiū inter omnes Barbaros eminens corporis specie. Vestis erat auro purpuraq; distincta, qua etiam crura velabat, aureis soleis inferuerat gemmas. Laceri quoque & brachia marginatis ornataverant. Pendebant ex auribus insignes candore ac magnitudine lapilli. Baculum aureum berylli distinguebant. Quo tradito precatus, ut soſpes acciperet, se liberosque, & gentem suam dedidit. Nobiles ad venandum canes in earegione sunt. Latratu abstinere dicuntur cū videre feram, leonibus maximē infesti. Horum vim ut ostenderet Alexander, in conspectu leonem eximia magnitudinis iussit emitti, & IV . omnino admoveveri canes, qui celeriter feram occupauerunt: cū ex ijs qui assueverant talibus ministerry, unius canis leoni cum alijs inhārentis crus auellere, & quia non sequebatur, ferro amputare cāpit. Nec sic quidem pertinacia victa, rursus aliam partem secare iſtituit, & inde non segniū inhārentem ferro subinde cādebat. Ille in vulnere fera dentes moribundus quoque infixerat, Tantam in illis animalibus ad venandum cupiditatem ingenerasse naturam memoria proditum est. Evidem plura transcribo, quam credo: Nam nec affirmo resuscineo, de quibus dubito, nec subducere quā accipi.

HINC IN REGNUM SOPHITIS) Græcis Σωπίθης, in secundo casu Σωπίθης apud Strabonem, Σωπίθης apud Arrianum, Σωπίθην in IV. casu apud Diodorum. vnde coniectura est, Latinis Sopithen non Sophiten dictum, nisi quod videatur Curtius mutatis literis ad Σωπία respexisse, quia à sophia sophitis sit appellatus, præsertim cum addat: Gens (ut barbari) sapientia excellit, bonisque moribus regitur. Geographus hunc vnum ex nomarchis & regulis illius regionis ap. lib. 15. pag. 802. pellat. Sunt, inquit, qui Catheam, Sopithē regionem, qui vnuſ fuit ē nomarchis, hoc est, prouinciarum certarum regulis, inter hos amnes locauerunt huius regionem Gandaridem vocant.

BONIS MORIBVS REGIT VR) Idem Siculus affirmit: hinc, inquit, ad vrbes Sopithæ addidas exercitum adduxit, quæ cum legibus optimè constituti regantur, inter alia. &c.

GENITOS LIBEROS NON PARENTVM ARBITRIO TOLLVNT) Strabo de eadem gente, & ejusdem moribus & consuetudine ex Onesicrito ait, puerum post duos à partu menses publicè iudicari, vtrum legitimam formam habeat, & vita dignam nec ne, cumque ab eo iudicatus fuerit, qui rei præst, vel vivere vel interimi.

SI QVOS INSIGNES) in malam partem hac à Curtio vox hoc loco usurpat, pro ijs qui labet aliqua corporis notati, nœvo ali que vitio laborant, vt lucti, strabones, manci, claudi, cæci. qui græcis ē τοιχαι ab aliqua nota vel signo impresso sunt scđi & turpes. Cicero 3. de legib. In- Cicero, signis

signis ad deformitatem puer, brevi tempore creatus, multoque tetricus & fædior natus est. Vsurpatum frequenter per translationem & metaphoram in malam etiam partem insignis improbitas, iniuria, turpitudo, temeritas, & hoc genus alia apud M. Tullium, frequentius tamen in laudem. Sed de re & moribus huius gentis etiam Sicus. Etiam, inquit, hoc obseruant, ut forma honestatem inter precepsissima astiment. ideoque ab incunabulis, qui sit infantum habitus, dijudicant, qui membris sunt integris & recte compotis, naturamque habent ad formam decorum ac robur idoneam, hos educant: at manus

Lipsius ad eos & corporis habitudine infirmos, ceu indignos educatione è vita tollunt. Possis & Germanorum v-
Germ. Ta- terum consuetudinem his addere, qui Rheno legitimos explorare partus solitabant, clypeo que
cit. p. 66. n. impositos, si innatarent, legitimam sobolem existimare, si mergeretur, spuriam.

62. Rhenus NVPTRIIS COEVNT idem prorsus Sicus, vt exscripsisse, seu è verbo interpretatus Cur-
Elgyxixyā tius ex illo videri possit: Consimili, inquit, ratione etiam matrimonia contrahunt. posthabit a enim
mos & pu- dote, ceteroq[ue] magno pretij apparatu ad pulchritudinem & proceritatem corporis vnicum habent re-
rurus Rhein spectum. Hinc fit, vt qui in urbibus illis habitant, plerique alijs dignitate forma sint conspictores. Et inde
dicitur.

lib. 15. pag. 803. 803.

ornatum corporis conferant: cetera frugales esse. hoc tamen incommodi habent, quod cum de-
functis viris etiam vxores comburantur. o' hanc causam, quod (vt Strabo refert) cum aliquando
adolescentulos adamarent, à viris secedebant, vel eos veneno tollebant, vt ergo beneficia desinerent, hanc
legem latam esse. Ad huius regis Sophites opidum admouerat Alexander copias: sed cum nullus in
mœnibus aut muris, aut turribus appareret, qui hostes defenderet, urbem tutaretur, res fuit sus-
pecta Alexandro, omnesque aut deserta vrbe profugisse, aut insignem aliquam fraudem machi-
nari arbitrabatur: cum repente apertis portis rex ipse Sophites cum liberis & optimatibus iner-
mis, & nihil hostile præ se ferens ad Alexandrum est egressus. habitum regis, formam, cultumque
corporis, & omnia quæ ad ornatum pertinebant, Curtius eleganter & planis mè describit, cui ar-
gumentum, vt arbitror, præscripsit Diodorus: Præ omnibus autem, inquit, Sophites rex forma elegan-
tia & corporis maiestate conspicuus erat, IV. enim cubitos excedebat. Is ex vrbe (in qua tunc regia erat)
progressus, se & regnum Alexandro dedidit, illudque benignitate victoris postlimiò recepit. Idcirco to-
tum exercitum ad dies aliquot epulo magnifico exceptit. Onesicritus apud Geographum, apud eos
Cathæos in more positum esse narrat, vt ex omni genere hominum pulcherrimum elige-
rent regem, vt inde natam existimem de excellenti corporis specie parciemam, formam regno
dignam. De aliorum etiam regnum apud Indos cultu & luxu multa superiore libro cap. XVII.

BERYLLI) De his Solinus C. L V. Beryllos in sexangulas formas Indi atterunt, vt hebetem colo-
ris lenitatem, angulorum repercussu excitent ad vigorem. Beryllorum genu diuiditur in speciem multifaci-
am, eximam interuirent glauci & cerulei temperamento, quandam præferunt puri mari gratiam. in-
fra hos sunt Chrysoberylli, qui languidius micantes, aurea nube circumfunduntur. Chrysoprasos quoque
ex auro & porraceo mixtam lucem trahentes, a quæ Beryllorum generi adjudicauerunt. Vide & Plini-
um. Periegetes Beryllos etiam in Babylonia ex ophite lapide nasci canit:

Nάτ μὴν ἡ χρυσοί φέρει χαριτερον ἄλλο

ὑγρὸς Εὐρύμας γλωσσινάθον, οὐ περὶ χῶρον

Φύεται ἐν πρεβολῆς ἀριστερὸς ἐνδιθεῖ πέτρης.

Iam vero & auro fert plus gratia habens aliud

Humidæ Berylli glaucum lapidem, qui in loco illo

Nascitur apud effluvia (torrentium) ophite intra lapidem.

ad quem locum plura Eustathius.

NOBILES AD VENANDVM CANES IN EA REGIONE SVNT) hanc de canibus Indi-

cis narrationem ipse Curtius infirmat, & dubiam reddit, quando sub finem addit, *Evidem plu-*
ra transcribo, quam credo, non credit ergo quæ de canibus narravit, sed referre tamen voluit,
quod illa apud græcoscriptores legisset. Sed tam multi huius rei sunt testes, qui hodieque le-
guntur, non græci tantum, sed & latini, vt vel nulli veterum auctorum calamo fides haben-
da sit, vel hæc tam certa, quam vlla alia videri possint. Nos prius ad Curtium respiciamus, dein
auctores.

L A T R A T U M A B S T I N E R E D I C V N T V R) hoc ipsum argumentum est generosæ indolis in

cane, non multum latrare. nam vt est in parciemis; timidi canes vehementius latrant, sicut torren-

tes magis strepunt, quam altissima flumina, quæ minimo sono labuntur, vt suprà audisti. paucorum Spartani verborum erant, sed maximæ virtutis. nihil fæmina loquacius, nihil timidius. pa-

rcemographum lege.

LEONIBVS MAXIME INFESTI) minores enim feras sua virtute inferiores iudicant, le-

pores, ceruos, apros, & vrsos dedignantur; leones & elephantos dignos putant quibuscum com-

mittantur.

H O R V M V I M V T O S T E N D E R E T ALEXANDRO) Sophitis iv. canes) In narratione

huius

huius venationis & modo, scriptores inter se non nihil dissentunt; quamuis te ipsa & historia consentiant. Adi Geographum lib. x.v.p.841. Diodorum p.561. Aelianum de animalibus lib.8. c.i. optimè hæc describentem. Plinium lib. 11x. cap. l xv. toto. Solinum c.xx.p.47. Recentiores nihil moror.

C A P V T I V .

A R G V M E N T V M .

Phegeles rex deditur, natura loci describitur, & Gan-
ges fluuius & Agrammes rex potentissimus. du-
bius rex de milite an esset secuturus, concionem
habet.



Elicito igitur Sophite in suo regno, ad flumine Hypasin processit. He-
phaistone, qui diuersam regionem subegerat, conuncto. Phegelis erat
gentis proxima rex, qui popularibus suis colere agros (ut assue-
ravit) iussis, Alexandro cum donis occurrit. Nihil quod imperaret de-
trectans, biduum apud eum substitut rex, tertio die annem superare
decreuerat, transitu diffilem, non spatio solum aquarum, sed etiam
saxis impeditum. Percontatus igitur Phegela, qua noscenda erant,
xi. dierum ultra flumen per vastas solitudines iter esse cognoscit: excipere deinde Gan-
gem maximum totius India fluminum. Vlteriorem ripam colere gentes Gangaridas &
sharrasios, eorumque regem esse Aggrammen, xx. millibus equitum, CC, que peditum ob-
sidentem vias. ad hoc quadrigarum 11. millia trahere, & precipuum terrorem ele-
phantos, quos III. millium numerum explere (dicebat.) Incredibilia regi omnia vide-
bantur. Igitur Porum (nam cum eo erat) percontatur, an vera essent, qua dicerentur.
Ille vires quidem gentis & regni haud falso iactari affirmat: ceterum qui regnaret, non
modo ignobilem esse, sed etiam ultima sortis: quippe patrem eius tonsorem, vix diurno
questu propulsantem famem, propter habitum haud indecorum cordifuisse reginae: ab ea
in propriorem eius qui tum regnasse amicitiae locum admotum. imperfecto eoper insidias,
sub specie tutela. liberum eius inuassisse regnum, nec ait ilque pueris hunc qui nunc regnat,
generasse, in usum vilemque popularibus, magis paterna fortuna quam suæ memorem.
Affirmatio Porri multiplicem animo regis iniecerat curam. hostem beluasque spernebat,
situm locorum, & vim fluminum extimescebat. relegatos in ultimum pene rerum huma-
narum persequitur terminum. & eruere, arduum & idebatur. Rursus auaritia gloria, & in-
satiabilis cupidio fame nihil inuiri, nihil remotum videri sinebat. Et interdum dubita-
bat, an Macedones tot emersi spatia terrarum in acie & in castris senes facti, per obie-
cta flumina, per tot natura obstantes difficultates secuturi essent. Abundantes onustosque
prada magis parta frui velle, quam acquirenda fatigari: Non idem sibi & militibus ani-
mi esse, se totius orbis imperium mente complexum, adhuc in operum suorum primordio
stare: militem labore defatigatum, proximum quemque fructum finito tandem periculo
exspectare. Vicit ergo cupidorationem, & ad concionem vocatis militibus ad hunc maxi-
mè modum differuit.

AD FLUVIUM HYPASIN PROCESSIT) triplex huius fluminis nomen lego , Hypasis
Curtio, Plinio, Solino dicitur; Hypanis Dionysio Periegetæ, Straboni, Quidio: Hyphasis Arria-
no & Philostrato. Hic obleruandum, Hypanin homonymon etiam esse Ponti flumen, de quo
Solinus, Hypanis oritur inter Anchetas Scythicorum amnium princeps. De eodem Herodotus,
Melas, Eustathius, qui diserte Indicum à Scythico ad Periegeten distinguit: Ouidius in 15. me-
tamorph.

*Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Quis fuerat dulcis, salibus vitiatur amarus.*

Ste-

Stephanus de urbibus:

ὕπανις ποταμὸς καὶ πόλις μεταξὺ τῆς πόντου καὶ τῆς Μαιώτης· λίμνης. Hypanis est nomen fluminis & ciuitatis, inter Pontum & Maeotidem paludem. Sed hunc Hypaniam mnam Scythicum, hinc in Scythiam ablegemus, & hic de Indico quamvis trivium seu trinomine agamus. Hic, inquit Diodorus, qui Hyphasim vocat, septem stadia latus est, & sex orgyias, seu vias altius, cursu vehementer concitato & transitu perquam difficiili. Philostratus copioius & elegantius omnia, quem Morellus latio donauit, quicm leges.

I. p. 1. p.
108.

Plinius I. 2. c. 73. Supra Hypatim flumen, solstitij die nullasiaci umbras dicit; sicut in Syene oido, quod est supra Alexandriam in Aegypto. Solinus, Hypasis etiam nobilissimus ibi, qui Alexandri iter terminauit, sicut arae in ripa eius posita probant. Sed a determino Alexandri M. & aris infra videbimus: Dionysius aurum vehere canit:

Γαργαρίδαι ναύπτιον δι χρυσοῖο γενέθλην
Δαμαλέκην ὑπάνις τε φέρει θεός τε Μέγαρος
Λαζόταροι ποταμῶν.

Gargaridae habitant, ubi auri originem (materiam)
Pulchram Hypanisque vebit, vastusq; Megarsus
Rapidissimi fluviorum.

Hos è monte Emodo ortos in Ganeticam regionem decurrere ibidem affirmat. Addit Eustathius ex Dionysio Hypanis seu Hypanidem & Megarsum in Emodes ortos, postea euancencere, & rursus emergere. De Hypanide verò, πολὺς δὲ, inquit, οὐ τὰς ίσοις ταῖς ήπικοῖς ἔπαις ἀρίσκη γέρφασιν, οὐ πέραν αὐτῶν, οὐ διασταργούσι μόρμυκης αὐτῷ πάλ λέγονται ἔναν. Καὶ ἂλλα δὲ πολλά δι τόπω προστερατέονται φασί δὲ καὶ τὸν Αλέξανδρον μέχρις αὐτῷ ἐλθόντα περαγένεται προτελθεῖ μαντεῖος προσέχοντα, καὶ διὰ τὸ ἀπαγορευτὸν τὴν σφραγίαν, οὐ δὲ περαγέτω τῇ ὑπάνιδῃ. Οὐ ἐκεῖνό φασι προελθεῖν μέχρι καὶ Γάγγην Multa, inquit, mentio est in historijs de Hypanide Indico optimam trans illum terram, ibique formicas esse quæ aurum effodiunt, multaque alia prodigiosa loco illi assinguntur. Aiant etiam ad Hypanin progressum, prohibitum ulterius progredi, cum oraculis deterritum, tuum quod exercitus porrò progredi recusaret.

QUI DIVERSAM REGIONEM SUBEGERAT) atqui Arrianus Hyphestioni imperatum ait ab Alexandro, ut quam celerimè ad Sophiris, seu Sopithi (ut ipse appellat) regiam contendant. Quis mihi græcos hos cum latinis componat? sed non sunt in hoc si q mundi fortunæ. Diodorus sentit cum Curtio, i. m. Curtius cum Diodoro.

PHEGELIS ERAT GENTIS PROXIMAE REX) Nunquam ferè & nusquam, vitio libreriorum vel operarum, nomina vel urbium vel hominum, vel fluminum propria recte exprimuntur: & hinc illa lectionum varietas, ut paulò ante in Hypasi, nunc in rege Phegele, quem in alijs editionibus Phegela leges, apud Diodorum Phegeam. Arrianus nomen omnino disimulat.

BIDVVM APVD EVM SVBSTITIT REX) Alexander apud Phegelin seu Phegela vt quartum casum fermat Curtius, non Phegelis apud Alexandrum biduum substituit. Et proximum inde Lib. 17. pag. 562. Phegei regnum, inquit Diodorus, inuidit, Alexander inquam, ubi cum incolis acceptus esset Macedonum aduentus, & Phegeus ipse multis cum munieribus obuiam procederet, vt beneficio suo regnum obtineret, concepsit: & biduum cum exercitu splendide ab illo tractatus, ad Hyphasim fluminum promovit.

GANGARIDAS) hos Periegetes Gargaidas vocat, Bacchi cultores

μετὰ τοὺς δε Δαυερότες θεράποντες Γαργαρίδαι ναύπτιοι

Strabo, Diodorus, Plutarchus, Stephanus Gandaridae. cum Curtio autem Gangaridas appellant Virgilius, Ptolemæus, Vibius Sequester, Plinius, Solinus, Iustinus, haud dubiè à Cange, cuius accolæ sunt, vt docent cum Curtio omnes.

PHARRASTOS) hos Plutarchus, Præfios, Præsidas seu Præsidias; Diodorus Tabrasios, Iustinus Præfios Strabo & Solinus nominat, qui Palibotram urbem incolunt.

AGRAMMEN) Diodoro idem Xandrames est.

XX MILLIBVS EQVITVM) multis millibus auget hos Plutarchus, cuius locum videbis. Modestius omnia Diodoruscum Curtio Tum, inquit, ē Phegeo cognoscit, quod trans Indum regio XII. dierum itinere per vastas solitudines excurrat, quam Ganges flumen excipiat, latitudine stadiorum XXXII. ac profunditate tanta, vt omnia per Indianum fluminam superet. Ulteriores autem ripas Tabrasiorum & Gandaridarum gentes colere, regemque horum esse Xandramen, viginti equitum & ducentis peditum millibus, curribus insuper bi mille & quater mille elephanti, ad bellum adornatus, instructum. Incredibilia hac regi visa. Iustinus paucis, Inde Adrestas, Stabenos, Paßidas, Gangaridas, casis eorum exercitibus, expugnat. cum ad Eufites venisset, ubi eum cum CC. millibus hostium equitum operiebantur, omnis exercitus non minus victoriarum numero, quam laboribus fessus, lacrymis eum deprecatur, vt finem tandem bellifaceret.

DICEBAT) hanc vocem expungit Acidalius, quæ fuit causa vt parenthesis includeretur, ne quereretur lector contra omnium codicum & chirographorum & editorum fidem deleret.

IN

p. 586.

p. 526.

p. 118. edit.
Glareani

INCREDIBILIA OMNIA REGI VIDEBANTVR) Idem prorsus Siculus: d. 592. m.

NEC ATISQUE PVERIS) legitimis & regijs suum filium substituit hæredem.

MAGIS PATERNAE FORTVNAE, QVAM SVAE MEMOREM) degenerem dicit hunc regem fuisse, & potius tonsoris animum, quam regium gessisse. tonsor enim pater fuerat, qui non solum crines, sed capita etiam regum detonderat, ut ipse regnaret. filium patri dissimilem auctoracis, ingenio & indole, nihil de patris animo præter officium & fortunam patris, hoc est, tonsoris habere.

AFFIRMATIO PORI MVLTIPLICEM ANIMO REGIS INIEC. CVRAM) Quinque regi occurabant rationes, quas suis consilijs & gloriae cupiditati obstat videbat. hostis magnus & numerolissimus & bellicosissimus, & in iactinis atque extremis terrarum latebris orbitaque terminis collocatus: beluae & elephanti plurimi, qui veluti cautes & turres in acie stabant: vastæ XI. aut XII. dierum solitudines intrandæ & superandæ: fluminum maximorum & altissimorum traiectus: & quod erat super omnia, Macedones iam bello diuturno senioque fracti & fatigati. Haec rationes quamvis grauissimæ & dignissimæ, quæ mentem regis meritissimò à conatu vltiore deterrerent, tamen immensum gloriam calcar & cupido famæ & laudis inexplebilis stimulabat animum regis ad omnia tentanda. primum ergo omnium pertantados suorum animos censebat, quos ad concionem coegit. Atque haec breuissimè Curtius. paullò fusius omnia + Dio. *p. 562. dorus, quem adibis.

Vide etiam Arrianum, cuius oratio luculenta est, quam cum Curtiana poteris componere: à Diodoro & Plutarcho omnino neglectam.

CAPVT V.

ARGUMENTVM.

Suadet militi vltimū restare bellum. eleuat conceptam de hostis potentia opinionem. laudat virtutem suorum, nec tamen persuadet. oritur omnium fletus.

 On ignoro, milites, multa qua terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industria esse tactata. Sed non est improuisa vobis mentientium vanitas: sic Ciliciae fauces, sic Mesopotamia eampos, Tigris & Euphratem, quorum alterum vado transiunus, alterum ponte, terribilem fecerant Persæ, nunquam ad liquidum fama perducitur. Omnia, illa tradente, maiora sunt vero. nostra quoque gloria cum sit ex solo, plus tamen habet nominis quam operis. Modò quis beluas offerentes mænium speciem, quis Hydaspem amnem, quis catena auditu maiora quam vero sustinere posse credebat? Olim hercule fugiſſemus ex Asia, si nos fabula debellare potuissent. Creditisne elephantorum greges matores esse, quam usquam armentorum sunt, cum & raram sit animal, nec facile capiatur, multoq[ue] difficile mitigetur? atque eadem vanitas copias peditum equitumque numeravit. Nam flumen quo latius fusum est, hoc placidius stagnat, quippe angustis ripis coercita, & in altiorum alueum elisa torrentes aquas inueniunt: contra Ipaio aliuei segnior cursus est, prætereat in ripa omne periculum est, ubi applicantes nauigia hostis expectat. Ita quantumcumque flumen interuenit, idem futurum discriminem est euadentium in terram. Sed omnia vera ita esse fingamus. utrumque vos magnitudo beluarum, an multitudo hostium terret? quod pertinet ad elephantos, præsens habemus exemplum, in suos vehementius quam in nos incurserunt. tam vasta corpora securibus falcibusque mutilata sunt. quid autem interest, totidem sint, quot Porci habuit, an iria millia, cum uno aut altero vulneratis ceteros in fugam declinare videamus: dein paucos quoque incommodè regunt. Congregata verò tot millia ipsa se elidunt, ubi nec stare, nec fugere potuerint, inhabiles vastorum corporum moles. quidem sic animalia ista contempi, ut cum haberem, ipse non opposuerim: satis gnarus, plus suis quam ho-

stibus periculi inferre. At enim equitum peditumque multitudo vos commouet, cum paucis enim pugnare soliti estis, & nunc primum inconditam sustinebitis turbam, testis aduersus multitatem inuiti Macedonum roboris Granitus annis, & Cilicia inundata truore Persarum, & Arbela, cui campi deuictorum à nobis ossibus stratis sunt. Serò hostium legiones numerare capitis, postquam solitudinem in Asia vincendo fecistis. Cum per Helleponum nauigaremus de paucitate nostracogitandum fuit. nunc nos Scythæ sequuntur. Bactriana auxilia praestò sunt, Daha Sogdianique internos militant. nec tamen illi turbæ confido. vestras manus intueor, vestram virtutem, rerum quas gesturus sum vadem prædemque habeo. quād diu vobiscum in acie stabo, nec meos, nec hostium exercitus numerauero. Vos modò animos mibi plenos alacritatis ac fiducia exhibete. non in limite operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus. Peruenimus ad solis ortum & Oceani, nisi obstat ignavia; inde vñctores per domito fine terrarum reuertemur in patriam. Nolite (quod pigri agricultæ faciunt) maturos fructus per inertiam amittere è manibus majora sunt periculis præmia. diues eadem & imbellis est regio, itaque non tam ad gloriam vos duco, quād ad prædam digni estis qui opes quas illud mare littoribus inuehit, referatis in patriam. digni, qui nihil in ex pertum, nihil metu om̄issum relinquatis. Per ego vos, gloriamque vestram, qua humanum fastigium exceditis, perque & me in vos, & in me vestra merita, quibus inuiti contendimus oro quæsique ne humanarum rerum terminos adeuntem alatum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis. cetera vobis imperavi, hoc unum debiturus sum. Et is vos rogo, qui nihil unquam vobis præcepit, quin primus periculis me obtulerim, qui sèpè aciem clypeo meo texi, ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque patrem, si inuidia abfuerit, aquabo. date hoc precibus meis, & tandem obstinatum silentium rumpite. ubi est clamor ille alacritatis vestra index? ubi ille meorum Macedonum vultus? non agnosco vos milites, nec agnoscere videor à vobis. Surdas iam dudum aures pulso. aueros animos & infractos excitare conor. Cumque illi, interram demissis capitibus, tacere perseverarent, Necio quid, inquit, in vos imprudens deliqui, quod me ne intueri quidem vultis. In solitudine mihi videor esse. nemo responderet, nemo saltem negat. quos alloquor? quid autem postulo? vestram gloriam & magnitudinem vindicamus. ubi sunt illi quorum certamen paulo ante vidi contendentium, qui potissimum vulnerati regis corpus exciperent? desertus, destitutus sum, hostibus deditus. Sed solus quoque ire perseverabo. obijcite me fluminibus & beluis, & illis gentibus, quarum nomina horret. inueniam qui desertum à vobis sequantur. Scythæ Bactrianique erunt mecum, hostes paullò ante, nunc milites nostri. mori præstat, quād precario imperatorem esse. ite reduces domos, ite deserto rege ouantes. ego hic, à vobis desperata victoria, aut honesta morti locum inueniam. Nec sic quidem nulli militum vox exprimi posuit. Expectabant, ut uices principesque ad regem perferrent, vulneribus & continuo labore militia fatigatos non detrectare munia, sed sustinere non posse. ceterum illi metu attoniti in terram ora defixerant. igitur primò fremitus sua sponte, dein de quoque gemitus oritur, paullatimque liberius dolor erigit & sit manantibus lachrymis: adeo ut rex ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quanquam cuperet, temperare oculis potuerit.

Huius orationis quæ in secundo genere cauilarum consistit, (conatur enim persuadere militi ulteriore militiam) œconomiam distinxit noster Causinus in xiiii. quem ad manum habes, pag. 576.

Nos ad singula explicanda accedamus.

MULTA ESSE IACTATA) de hostium copijs, elephantis, fluminibus, solitudine, atque alijs.

CILICIAE FAUCES) l. 3. c. 8. & 9.

MESOPOTAMIAE CAMPOS) l. 4. c. 23.

ALTERVM VADO) vado Tigrim, ponte Euphraten vt l. 4. c. 23. explicatum est.

TERRIBILEM FECERAT) l. 4. c. 16.

NVNQVAM AD LIQVIDVM FAMA PERDVITVR) Ouid. l. 12. transform.

Mixtaq, cum veris passim commenta vagantur

Millia rumorum, confusaque verba volantur.

E quibus hi vacuas implent sermonibus aures,

Hi narrata ferunt alid, mensuraq; facti
Crescit, & auditu aliquid nouus adiicit error.
Illic credulitas, illic temerarius error,
Vanaq; latitia est, confernatiq; timores,
Seditioq; recens, dubioq; auctore susurri.

Ex SOLIDO) cum nos reuera magnas res gesserimus, tamen fama illas adhuc maiores facit, quā sunt.

BELVAS OFFERENTES MOENIVM SPECIEM) alij, inquit, augēt magnitudinem elephā-
torum, tanquam murorum & turrium in acie stantium.

QVIS HYDASPEN, QVIS CAETERA AVDT V MAIORA) omnia fama in maius auxit; flu-
mina, quā tamen superauimus, Porum, quem vicimus; Aornon petram, Herculi quoq; despera-
tam, occupauimus.

ELEPHANTORVM) qui & pauci sunt, & ægrē capiuntur, & ægrīs cicurantur, & ad rem
bellicam instituuntur.

RARVM ANIMAL) In Europa propter frigorā nullum, frequens in India, non tamen tam
frequens, quam armenta boum, quia tardius & rarius pariunt. toto enim decennio gestare vterū
dicuntur. Plautus in Sticho.

Audiui sapè hoc vulgò à multis dicier,
Solere elephantum grauidam perpetuos decem
Esse annos —

hoc est quod dicunt Græci xvīovraij dæxætriaj, decennio ferunt vterum: vnde paræmia in tardos,
Elephantis citius pariunt.

Aristoteles: tantū biennio, nec amplius existimat quam semel gignere, pluresvē, quām singu- Plin. l. 2.
los. Arrianus in Indicis: Elephas Venerem appetit verno tempore, quem admodum bos aut equa, cum fæ- c. 10.
minis spiracula quadam circa tempora ad apertā expirant. fertq; in vtero fætum minimum xvi. men-
ses, suum x viii. parit autem elephas unicum, sicut equa, atque hunc lacte suo in octauum usque
annum nutrit. Idem pro his Strabo l. 15. nisi quod dicat sex, non octo annis nutriti à matre. Et
Diodorus l. 2. bibliotheca.

NEC FACILE CAPIAT VR) quomodo capiatur, exerte & perspicue præ reliquis docet Stra-
bo in quintodecimo volum. Elephantum autem, inquit, sic venantur. Locum aliquem ab omni purga- p. 484. vel
tum materia, quatuor aut quinque stadiorum profunda fossa circumdant: tum ingressum, ponte angu- 807.
stissimo iungunt: deinde tres quatuor vē elephantes forminas de mansuetis immittunt: ipsi in tugurij oscu-
luti infidiantr, per diem siluestres non accidunt nocte autem singulatim introeunt: quibus ingressu ve-
natores clam aditum occludunt. postea nonnullos è cicubibus certatoribus fortissimos inducentes, cum
illis pugnant, simul etiam fame eos fatigant. Cum vero iam desessi fuerint, aurigarum audacissimi clam
descendentes, quisq; sui elephantis vterum subeunt, atq; hinc subito siluestriū vterū subeuntes, cōpedes
illū injiciunt. quo facto cicures instigant, ut vincēs verberent, quo usq; in terram cadant. postquā cecide-
rint, bubulis loris eorum colla ad dominorum colla adstringunt: & ne ascensores excutere possint, colla cir-
cumcidentes, in casulis vincula imponunt, ut præ dolore vinculi cedant, & quietem agant. De captis seli-
guntur, quicunq; vel senio, vel inuenta inutiles sunt: reliqui in stabula ducuntur, & pedibus inuicē vincēs,
ac colla ad columnā validē infixā fame domantur: deinde herba vel arundine viridi reficiuntur, post cico-
ratur, alijs oratione, alijs cantu aliquo, vel tympani sonitu deliniti. Rari sunt, qui non facilē mansescant:
sunt enim à natura mites & mansueti, & ad rationē vtentis animalia ingenii proximè accedunt. quidā au-
rigas suos, qui in certamine ceciderint, è pælio efferrūt. quidā per anteriores pedes vterum subeunt pro-
pugnando seruauerunt. quod si quem ex curatoribus magistris vē per irā interficerint, adeo illum deside-
rant, ut præmōre à cibo abstineant, interdum etiam sibi mortem consiscant. Ad eundem ferē sensum
Arrianus p. 177. in Indicis.

Alia prorsus ratione venandi Aethiopes vtuntur, quam describit in tertio libro bibliothecæ
Diodorus, quā hic non ponō, parum enim hoc ad Indos & Curtiū. Aelianum tamen non possum
silentio transmittere, qui vel maximē docet quām ægrē, & quanto cū periculo capiantur. Infidia, 1.8. c. 10. &
inquit per interpretē, quas elephantis venatores instruxerint, nō eos facile latēt. nam cū ad foueam,
quām contra ipsos suffodere venatores solēt, proximi accesserunt, seu naturali quadā intelligentia, seu re-
trusa & abdita præsensione & sciētia rerū futurarum, à progrediendo vltterius se sustinent, ac quā mox
itineri conuerso, in venatores inuadūt, vīq; & impressione sese in medios infidiatores incitāt, simul & eos
euertere conantur. fuga vt salutē cōtra infidias superiores facti adipiscantur. Id igitur tēporū cūm atrocē
pugna, tum vero vel hominū vel elephantorū cades & occisio fit multiplex. huius pugna ratio talis est: ho-
mines quidē eminēs hastas & iacula intorquentes ac collimātes, iectu directo eos ferunt: contrā elephantē
ex hominibus si quē cecidisse animaduerterint, statim violenter illū & corripiunt, & ad terrā à se aliectū
proterunt & conculcant: simul & cornibus, siue dentibus tamdiu profligāt, quo ad miserabilē & referta a-
cerrimis doloribus morte, hūc projectū afficerint. Cū autē huiuscmodi animalia inuadūt, tanquā vela ex
animi incitatione, quām contentissimē aures qua habēt patulas, intendunt & pandunt, more magnatum
struthionum:

struthionū: qua vel dū fugiūt, vel dum inuadunt explicatis aliis ferūtur. Itemq; promuscidibus, sub cornua redactis & contractis, quē admodum rostra nauium plenissimis velis propulsa, sic elephanti vehementi impressione irruentes, multos mortales funditus euertunt. tumq; perinde, vt tuba, belli clasicum sonans, clamores vastissimos edunt. Huius porrō prostratorum, & genibus contritorum, & osium obtritorum, tātus est strepitus, vt vel illinc longissime exaudiatur: nec non sapè elisis oculis, naribus distractis, fronte disrupta, facieisque forma amissa; non vel à proximis cognatione sibi noscuntur. Iam ex ys nonnulli ad hunc modum inopinatō seruantur. quamuis enim sanè venatorem belua cursus celeritate comprehendenterit: præ tamen vehementi impetu hunc transcurrentes, genibus in terram præcipitibus actis, cornua aut in radicem, frutetrumque aut in quippiā aliud tale compingit: ex quo retinetur, ac vix dum se retraxit, cum venator elapsus iam salutem fugā est consecutus. In hac agit ur pugna elephanti sapè vincunt, sapè item varijs terroribus iniectis vincuntur. tubarum enim clangor vastum clamorem efficit, ipsiq; homines armis concrepantes, clypeos videlicet hastis contundentes, strepitū vndig, omnia circumsonare faciunt: tum verò partim inter terrā ignem incendentes, partim in sublime tollentes, ac tanquam fundā eum contorquentes, ignitosq; torres iaculantes, atque etiam longas faces inferarum oculos magna vi inferentes & intrudentes, eis hac omnia agrē intuentibus, timorem afferunt. Unde adeò impelluntur, exterrenturq; vt interdum in soueam, quam ante declinabant, detrudantur & compingantur. Memorabile etiam est, quod infra narrat idē de elephantis fossas tranleuntes. Cūm, inquit, elephanti fossam transilire non queūt, de his vnis aliquis in hanc se se dimittit. & transuersus fossa stans, partim vacuitatem occupat, partim pontis se vicariū præstat. ceteri supra hunc gradientes transmittunt & euadunt, simul & eum qui pontis loco erat, hoc modo ex fossa conseruant. superiore enim ex loco quispiam porrigit pedem, quem is qui infra est, promuscidē circumplacat: reliqui autem virgultorum fasces celeriter degciunt, quos ille conscedens, & ad pedem demisum fortiter cauteq; inherens facile subtrahitur.

I. 8. c. 15.

P. 323.

Et Tzetzes:

Inter alia, & elephantes sunt ex mutuō se amantibus,
Neque omnino deserentes in calamitatibus se inuicem.
Fugientes enim venatores, primum nondisperguntur,
Robusta autem & iuuenes abeunt in circulum,
Intra circulum agentes senes atque matres,
Et omne quod vbera fugit atque pullorum genus.
Permittunt cibi prima antiquioribus
Senescentes enutriunt patres proprios.
Aquas traçientes masculi pullos
Proboscidibus suis impellunt in altum:
Qui autem lactentes sunt, deferunt matres
Vel rostris suis, vel geminis dentibus.
Fossas autem si pertranseant profundas atque immeabiles,
Omnibus robustior atque maior magnitudine
Stans medius, ut pons, transmittit omnes.
Alij autem ingerentes deinde farmenta multa fossa
Eum feruant qui traiecit illos.
Pullis verò cadentibus, sapè in profundis fossis
Cadentes vna pereunt, occisis recenter natis,
Atque à patria longè abducti, eiulant.

Lio. c. 10.

MVL TOQVE DIFFIC. MITIGETVR) hoc quoq; singulari capite docet Aelianus, Quid elephantis, postquā capti sunt faciant, vt mansuecant, dicendum est. Primi in siluā non ita longo intervallo ab ea fossa, vbi comprehensi fuerint, distantem, sic eos strictè constrictos funibus trahunt, vt ne permittant quidē, né ve li præcurrant, né rursus retrabātur: deinde, certo & dimenso spatio horum quemq; ad maximam arborem alligantes, ita vt neu in anteriorem partem insilire, neu rursus admodū in posteriorem resilire queant, néve ipsis ex funis laxitate facultas sit ad inferendū iniuriam. victus tenuitate & fame, horum robur frangunt. postea verò quām eorum domitores duritiā animi tamdiu paulatim mollierūt, quoad pristina inexpugnabilis feritati eos ceperit obliuio, de manu cibum sumendum dant. Hi necessitate presi, cūm non malitiosè iam tum verò oculis mansuetoribus quām essent soliti, & tanquā se lassos cōfitentes, intuentur. Horum autē, qui sunt etate robusti, vinculis ruptis, cūm dētium robore, tum verò promuscidē arbores reuellunt, aut cū impetu irruentes frangunt, vixq; serd admodū, partim fame, partim ciborū illecebri, partim stimulis mansuefunt. Dum verò cicurantur, panibus maximis, hordeo, caricis, vniū, cœpia, alijs, & melle copiosè: item iuncto, palma, bederarum fascibus, & alijs, quibus assueti fuerint, gaudentq; esculentis eos pascunt. Quid Arrianus & Strabo de eadem re, iā suprà cognouisti, quomodo cymbalis demulcerentur. Plurima super hac re Gesnerus ex antiquis scriptoribus adducit l. i. de quadrupedibus, voce de elephanto, lit. E. p. 432. vbi superioribus sequentibusque paginis totam de elephantis & iucundā lāne auditu historiā cognosces. Nos & suprà passim multa attigimus, & hic, nihil opus pluribus ad Curtium capiendum iudicauimus. Videbis etiam si placet Polybium li. v. Lybici cedunt Indicis omni ex parte.

Eadem

Eadem vanitas cop. ped. eq. v. t. n. v. m. e. r. a. v. i. t.) hoc Alex. def. orat. or. et vanum eleuat, sed veram fuisse narrationem omnes alij scriptores testantur, ut suprà ostendi.

NAM FLVMEN) situm locorum & vim fluminum extimescebat, suprà dixerat Curtius. huc etiam timorem quem ipse conceperat, eximere militi conatur, quod duabus rationibus efficere velle videtur. Flumen, inquit, quò maius est, hoc latius se diffundit: quò latius est, hoc segnus fluit, vt magis angusta, quam lata pertinet canda sint: hæc enim magno impetu feruntur, illa placidissimè stagnant. Præterea qualemque sit flumen, perinde est, cum in ripa duntaxat superanda, periculum omne existat.

SECVRIBVS ET FALCIBVS) suprà li. 8. c. 25. secures & copidas coniunxit, & has falces tenacius gladios est interpretatus.

CAETEROS IN FVGAM DECLINARE) redi ad c. 25. l. 8. Tandem, inquit, fatigati suos impetus sternunt. & Itaq; pecorum modo magis pauidi, quam infesti ultra aciem exigeabantur.

MVL TITVDO VOS COMM O VET) quasi verò, inquit, vlla vos multitudine terre amini, aut unquam territi fueritis, cum temper pauci aduersus propè innumeros dimicantes nunquam non victores ex pœlio recesseritis. quod pugna ad Granicum aduersus duces Darij, adue. sus ipsum Darium, ad Isum in Cilicia & Assyria ad Arbela & Gaugamela testantur.

DE PAVCITATE NOSTRA) cùm non nisi triginta quatuor millia, summum quadraginta sub signis haberem: nunc suprà centum xx. millia aut ducenta nos comitentur.

AD SOLIS ORTVM ET OCEANVM) Macedonia & India & Oceanus Indicus est ad ortum, sicut & toti Europæ.

MARE LITTORIBVS IN VEHIT) gemmas & margaritas, ut suprà docuimus, l. 8. c. 17.

PER EGO VOS) per oratio plena affectus & humanitatis, adeoque sollicitudinis. animaduerterat enim è singulorum vultibus auersum ab ulteriore expeditione animum.

HVM RER TERMINOS) terras enim Oceano finiti veteres existimarent.

CLYPEO MEO) cùm primus stare in acie, & hostem ceruicibus vestris imminentem repellere.

VBI EST CLAMOR ILLE ALACRITATIS VESTRAE INDEX) l. 6. c. 5. cum ad militē pro concione dixisset, & ad persequendam victoram hortatus esset, summa, inquit Curtius, militum alacritate, subentium, quounque vellet, duceret, oratio excepta est. Et l. 7. c. 26. His animis regem audierunt, ut iam cepisse verticem viderentur. Intra c. IX. non alias tam alacer clamor. & quæ sequuntur.

VULNERATI REGIS CORPVSE EXCIPERENT) hoc elegans equitum & pedestrum certamen descripsit l. 7. c. 15 Longè alia oratione vñus est Alexander apud Arrianum, p. 119. ex quo apparet utramque esse à scriptoribus fictam. Multo tamen neruosis erat Latina, quam Græca, quod plerique animaduertes, si scriptores inter se compolueris.

EGO HIC A VOBIS DESERT. VICT. AVTHON. MORTI LOCVM INVENTIAM) Mēs Curtij hæc est: Ego hinc in India à vobis desperatae victorizæ victoriam, seu victorizæ locum, aut certæ generosæ morti occasionem inueniam.

NEC SIC QVIDEM VLLI MIL. VOX EXPR. POTVIT) Nihil tantis verborum, quæ relarum, conuictus machinis ad aures militum admotis profecit. Obscurat enim animum miles periculis, itineribus, pugnis, fluminibus, armis, vulneribus fractus. Cumque nemo contra regem auderet hiscere, tandem tota concio in fremitus & gemitus lachrymasque erupit: quibus ipsum regem fregerunt, ut & ipse, quamvis inuitus, collachrymaret, animum tamen & consilium non mutaret.

CAPVT VI.

ARGVME NTVM.

Cœnus respōdet orationi regis, & deprecatur loco exercitus longiorem militiam. soluitur lachrymis concio. rex indignatus se includit.



Andem vniuersa cōcione effusus flente, Cœnus ausus est cūctantibus cateris proprijs tribunali accedere, significans se loqui velle quē ut videre milites detrahentem galeam capitii (ita enim regem alloqui mos est) hortari cœperunt, ut caussam exercitus ageret; tum Cœnus, Dñ prohibeant, inquit, à nobis impias mentes; & profecto prohibent. idem animus est tuus, qui semper fuit, ire quo iusseris pugnare, periclitari, sanguine nostro commendare posteritatem tuum nomē. Proinde

si perseveras, inermes quoque & nudi, & exangues, ut cumque tibi cordi est, sequimur vel antecedimus. Sed si audire quis non fit us tuorum voces, verum necessitate ultima expressas, praebe quae so proprietas aures, imperium atque auspicium tuum constantissime secutis, & quocumque pergis, secuturis. Vicit in rex magnitudine rerum non hostes modo, sed etiam milites. Quidquid mortalitas capere poterat, impleuimus. Emenis maria terraque melius nobis quam incolis omnianota sunt. Perne in ultimo mundi sine consitimus; in alium orbem paratis, & Indiam queris, Indis quoque ignotam. Interferas serpentesque degentes erueret ex latebris & cubilibus suis expeditis, ut plura quam sol videt, victoria lustres. Digna prorsus cogitatio animo tuo, sed altior nostro. Virtus enim tua semper in incremento erit, nostra vis iam in fine est. Intuere corpora ex sanguia tot perfossa vulneribus, tot cicatricibus patria. Iam tela hebetia sunt, iam arma deficiunt. Vestem Persicam induimus, quia domestica subuehi non potest. In externum degenerauimus cultum. Quoto cuique lorica est? quis equum habet? Iube quare quam multos serui ipsorum persecuti sunt, quid cuique superfit ex preda. Omnium videntes, omnium inopes sumus. Nec luxuria laboramus, sed bello instrumenta belli consumpsimus. Hunc rupicherrimum exercitum nudum obijcies beluis? Quarum ut multitudinem augent de industria Barbari, magnum tamen esse numerum etiam ex mendacio intelligo. Quod si adhuc penetrare in Indiam certum est, regio a Meridie minus vasta est: qua subacta, licebit decurrere in illud mare, quod rebus humanis terminum voluit esse natura. Cur circuitu petis gloriam que ad manum est? Hic quoque occurrit Oceanus. Nisi manus errare, peruenimus quo tua fortuna dicit. Hacten cum quam sine te cum his loqui malui, non ut in irem circumstantis exercitus gratiam, sed ut vocem loqueretur potius quam gemitum murmurantium audires. Ut finem orationis Cœnus imposuit, clamor undique cum ploratu oritur, regem, patrem, dominum confusis appellantium vocibus. Iamque & alijs duces: precipueque seniores, quis ob etatem & excusatio honestior erat, & auctoritas maior, eadem precabantur. Ille nec castigare obstinatos, nec mitigare poterat iratos. Itaque mops consilij desiluit è tribunali, cludique regiam iussit, omnibus, praeter assuetos, adire prohibitis.

COENVS AVSVS EST CVNCT.CAET.PROP.TRIB.ACCEDERE) Quis hic Cœnus unus ex omnibus aulicis & suam & totius exercitus caussam contra regem omnium videntem agere? Errat ex intimis & fidissimis Alexandri amicis cum Cratero, Perdicca, Hephaestione facilè comparandus. Arrianus vol. vi. vbi mortem Cœni describit, Κοῖνος μὲν, inquit, ἐν τοῖς πιστοτάτοις Αλεξανδρῷ ἀντίστροφων, νόσῳ τελευτῇ. Hic idem Spitamenem Satrapam acri prælio fregit, ut idem in iv. testatur. Apud Curtium multa eius & semper inter maximos duces mentio l. 3. c. 18. vbi acies contra Darium in Cœlia dilposita, dextrum cornu Nicanor Parmenionis F. tuebat: huic proximi stabant Cœnos, & Perdiccas, & Meleager, & Ptolemaeus, & Amyntas. l. 4. c. 32. ad Gaugamelam: Hū Nicanor Parmenionis F. præterat, in subsidij cum manus sua Cœnos. & non ignotum, in subsidij fortissimos collacari. eod. l. c. 38. vbi post prælium duces laudat, qui etiam vulnera exceperat, Hephaestionis brachium bastra dictum: Perdiccas, ac Cœnos, & Menides sagittis propè occisi. Hicidem Philotæ reo magnoperè nocuit, acerrimè in illum inuestitus, quamuis sororem Philotæ in matrimonio haberet, immo quem & saxo ferire & occidere voluerit, sed ut Curtius interpretatur, ut illum è quæstionibus & tormentis, quæ imminebant, eriperet. de morte eiusdem paullò inferius agemus. Hic ergo tantus princeps, copiarum ductor, & sàpè pro Imperatore bellum gerens, meritò præ ceteris ausus perterritus agere.

DETRAHENTEM GALEAM CAPITI) hoc honoris caussa. Possevimus de Magno Moschotum duce Basilio, si rite memini, legato, sibi consuetum honorem non exhibenti, pileum clavado acto iussit capitii affigi. Macedonum mores & honores, quibus reges colebant, satis moderati & modesti fuere: superbi Persarum & Parthorum, de quibus (ut alio loco ostendimus) multa Brisionius regno Persarum l. 1. pag. 8. & 16.

DII PROHIBEANT A NOBIS) huic Cœni orationi hanc Oeconomiam vna cum argumēto præfixit Causinus: Artificiosissima, inquit, bac responso, in qua primū milites dant manus suo Imperatori, promptissima quaque obsequia polliciti, mox leni insinuatione spargunt mites querimonias, quarum tantas sunt illecebra, ut querendo audiſſimum gloriam iuuensem, molliori tractent articulo, & vehementer laudent: sibi quoque subsidium, & cessationem laborum in hac arumnoſſima expeditione suauizet, & magnarationum efficacitate flagitēt. Verum dixit Causinus, verè enim artificiosa est, Curtij reor potius, quam Cœni, responso, quamuis enim ægrè tulerit Alexander libertatem Cœni: non habuit tamen quod contrā diceret, quamuis indignationem, tridui incōrōne omniq[ue] sui adeundi exclusa potestate declarauerit.

DII PROHIBEANT A NOBIS IMPIAS MENTES) dixerat in extrema oratione Alexander, *Desertus, destitutus sum, hostibus deditus: obcite me fluminibus & beluis, & illis gentibus, quorum nomina horretis.*

Ad hoc ultimum caput, primùm respondet Cœnus, & cum exclamatione refutat: dicitur, inquit, prohibeant à nobis impias mentes, vt te deseramus, destruamus, hostibus dedamus, fluminibus, beluis, barbaris obicitiamus. Si ita decretum est tibi, pergere ad Gangem, ad elephantes, ad armatum, acerrimum, & numero summum hostem, etiam inermes & nudi sequemur, parati vitam pro nominis tui immortalitate proiecere.

SI AVDIRE VIS) proponit argumētum orationis, iustissimas, inquam, totius exercitus quærelas, quas tam artificiosè insinuat, vt interim in laudes immensas regis excurrat, ne quærelis exasperetur.

VICISTI REX) vicisti hostes & amicos fortitudine, patientia, gloria. nemo ex mortalibus immortalem & diuinum animum tuum ullis conatibus assequi potest. Nos quidquid supra mortales non est, executi sumus, omnemque orbem emensi ad mundi fines peruenimus. tu quem orbis non capit, alium orbem adeoque Indiam in India quæris. & quas latebras & cubilia ferarum Sol ipse penetrare non potest, scrutaris tua velut numinis virtus non solum non habefcit, sed in dies etiam crescere videtur: nobis mortalibus obrepit senium, sanguis hebet, vires cadunt, vulnera putrescunt, vita exhausta est, turpe senex miles. vt taceam omnem corporis cultum detritum, vestes absuntas, nudam à seruis, iumentis instrumentisque omnibus inopiam. Nudos ergo & rerum omnium egentes immanissimis obijcties feris? paucos infinitis; inermes armatis? at Oceanum quæris veluti terminum orbis terrarum? quid est opus illum in oriente trans Gangem quærere, cùm hic è propinquò à meridie occurrat. Peruenimus ergo è quo tendis.

CICATRICIBVS PVTRIA) Acidalius emendat turpia, non euidem malè, sed Modiana scriptura æquè commoda.

HAEC TECVM) quod est aperti & sinceri pectoris, aperte nempe in os dicere, quod aliàs fieri in circulis, tabernaculis, colloquijs clandestinis, non sine seditionis vel periculo vel suspicio- ne. Atque ita Curtius hunc locum tractauit. Videndum sic Arrianus p.120.

CLVDI REGIAM) cum & duces & exercitum à suis consilijs auersos videret, ne contra torrentem miteretur, destritit à cœptis, & indignabundus se tabernaculo, exclusis omnibus præter eos qui illi à cubiculis erant, inclusit.

ADIRE PROHIBITIS) ita lege, adire inquam, non audire, quæ labes operarum est. Plutar- chus * omnia tribus (vt aiunt) verbis abloluit: *Hic primum, inquit, animi mœrore & ira tabernaculo** in Alex- inclusus, abiecit se in terram, pœnitentiam perpetrat arum, nisi Gangem superaret, & pro cō- p.699. fezione victum se esse, habebat redditum. Sicutus non pluribus, sed omnia frigidissimè, Omnes, inquit, in concionem aduocauit. ibi probè meditato sermone ad illos disseruit, vt prompti & alacres Gandalidas se- 1.17. p.553. cum arma inferrent: sed cum nullo Macedones pacto ad voluntatem eius se accommodarent, ab incepto desistit. atque ibi terminum expeditionis suæ facere statuit. In secundo tamen bibliothecæ Sici- p.122. lus aut, Alexandrum ad Gangem vtque progresum, Ipse etiam Alexander redacta sub iugum Asia totâ, solos Gandalidas bello intactos relavit. Postquam enim ad Gangem cum omni exercitu venisset, a- lijs retrò Indi iam deuictis, simul ac Gandalidas quater mille elephantes ad bellum egregiè instructos habere animaduertit, expeditionem in illos omittendam censuit. Iustinus & ipse quidem non multis p.123. vel hæc persequitur, sed omnia calenti stilo, Cum ad Cuphites, inquit, venisset, ubi eum cum CC. millibus 118. edit, hostium equitum operiebantur, omnis exercitus non minus victoriarum numero, quam laboribus fessus, Glar. lacrymis eum deprecatur, vt finem tandem belli faceret, aliquando patriæ redditusque meminisset, respi- ret militum annos, quibus vix etas ad redditum sufficeret: ostendere alius caniciem, alius vulnera, alius a- tate consumpta corpora, alius cicatricibus exhausta. Solos se esse qui duorum regum Philippi Alexandriique continuam militiam pertulerint: tandem orare, vt reliquias saltem suas paternis sepulchris reddat, quo- rum non studijs deficitur, sed annis. ac si non militibus, vel ipse sibi parcat, ne fortunam suam nimis ope- randofatiget. Orosius contra plororumque omnium fidem: Cumque ad Cophides ventum esset, ibi contra CC. millia equitum hostium pugnam conseruerunt. & cum atate detriti, animo agri, viribus laſsi, difficile viciſſent, caſtra ob memoriam plus solito magnifica condiderunt.

Fallunt
hœc

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

Signat terminos expeditionis. Redit quā venerat.
Cœni mors ad Acesinem flumē, nouum supplementum accipit. Duos reges cōciliat. duo oppida condit. Classis ad Sobios deuenit.



I duum ira datū est, tertio die processit, erigiq; XII. aras ex quadrato saxo monumentum expeditionis sue. munimenta quoq; castrorū iusbit extendi, cubiliaq; amplioris formæ, quām pro corporum habitu, relinqui, ut speciem omnium augeret posteritatis fallax miraculū preparans. Hinc relegens quā emensus erat, ad flumē Acesinem locat castra. Ibi forte Cœnus morbo extinctus est, cuius morte ingemuit quidem rex, adiecit tamen propter paucos dies longam orationem eum exorsum, tanquam solus Macedoniam visurus esset. I am in aqua classis, quam adificari iussit. stabat. Inier hæc Memnon ex Thracia in supplementum equitum, VI. millia, praeter eos ab Harpalō V. millia adduxerat, armag; XXV. M. auro & argenteo calata pertulerat: quis distributis vetera cremare iusit. mille nauigys aditus Oceanum. Discordes & vetera odia retractantes Porum & Taxilem India reges firmata per affinitatem gratia reliquit in suis regnis, summo in ædificanda classe amborum studio usus. Oppida quoque duo condidit, quorum alterum Nicæam appellavit, alterum Bucephalon, equi quem amiserat, memoria ac nomini dedicans urbem. Elephants deinde & impedimentis terra sequi iussis, secundo amne defluxit, quadraginta ferme stadia singulis diebus procedens, ut opportuniis locis exponi subinde copia possent.

P. 121. f.

BIDVVM IRAE DATVM EST) Arrianus triduum ponit. Hac Cœni ouatio, inquit, fremitu quodam audientium excepta est: multorum etiam lacryma subsecuta sunt. quod ipsam maiori documēto erat, iuvitos sese vltiora pericula adituros: reditum verò in patriam periucundum ipfis fore. Alexander Cœni libertate loquendi, & reliquorum ducum ignavia offensus concionem dimisit, quā postridie rursum iracundè conuocatā se quidem vltius perrecturum dixit, neminem verò Macedonum ad sequendū coacturum. neque enim defuturos, qui regem suum sua spōte sequerentur: s; autem qui abire statuissent, per se liberum esse: vtq; amici nunciarent sese rege suo in medīs hostibus destituto, domum reuerti. Hac cùm dixisset, in tabernaculum se recepit, neg; quemquam amicorum ad tertium ab eo diem in colloquium admisit: expectans si qua fortè animorum mutatio (vt plerunque in turba militari eueni soler) Macedonibus ac socijs incidisset, quā faciliore persuasu eos redderet.

P. 563.

ERICIQYE DVODEC. ARAS) Idem Arrianus de aris XII. Sed multò copiosius & enucleatiū quām Curtius: pag. 122. ante med. Vocatos enim (iunt) ab Alexandro in concilium duces & familiares, mentemque illis aperuisse, sibi decretum domum reuerti, vocemq; ab omnibus fauilib; imis clamoribus exceptam, aras inde ingentes XII. in star turrium pro monumento expeditionis positas, ludos gymnicos & equestris celebratos; Porum toti regioni vīque ad Hyphasin præfectum. Diodorus etiam cubitis aras dimensus est. Ante omnia, inquit, XII. dīs aras L. cubitorum erexit, qui geometricos pedes efficiunt quinque suprà leptuaginta. Fecit harum etiam mentionem Geographus in tertio. p. 118.

* c. 55.

Plutarchus in Alexandre narrat Præsorum reges, trajecto flumine, posteris tempotibus ibi hostias immolasse, grācoque ritu aras illas Alexandri (tanta maiestas Alexandri apud barbaros erat) veneratos esse. Fixe sunt hæc arae in ripa, vt Solinus * ostendit. Et exp̄s Philostratus, qui alia quædam addit illustria, quæ apud ipsum repertis: l. 2. c. vlt. p. 106. & 107.

P. 563.

MVNIMENTA QVOQVE CASTRORVM IVSSIT EXTENDI) Hæc omnia ad pedem dimensus est Siculus: Hinc castra, inquit, triplo maiore, quā prior fuerat, ambitu complexus, fossā pedes L. latam, & x. altā duxit. E terra autem intra fossam accumulata murū nō contemnedum extruxit. Pedetes etiā iussit: vt in tabernaculo quisq; suo duo cubilia quinūm cubitorū exstrueret. equites autē, vt cubilibus

libus etiam præsepio, altero tanto vstatis ampliora, adderent, eademque ratione ceterorum magnitudines extenderent. Hac eo consilio per agenda curabat, tum vt heroicam fecisse expeditionem memorarentur: tum vt virorum prægrandium vestigia & roboris vstatum excedentis modum, argumenta incolis relinqueret. Plutarchus a eadem, sed incerto spatio extendit. b Iustinus etiam.

AD FLVMEN ACESINEM) de hoc suprà & infra Curtius.

COENVS MORBO EXTINCTVS EST) de huius morte etiam * Arrianus: Per id, inquit, tēpus Cœnus ex intimo fideliissimisque Alexandri amicis, morbo interiit.

a p. 586.

b pag. 124.
edit. Glare-
ani p. 118.

* p. 123.

ADIECIT TAMEN) hoc, præter Curtium, tradidit nemo. Nondum decoxerat παρρησιαν Cœni etiam mortui Alexander, quod ipsum ab ulteriore expeditione impeditisset. Si, inquit, Cœnus præuidisset, se intra paucos dies vita cœlatur, supereditisset labore & oratione, est acerba simul irrisio. De alio Cœni leges infra l. 10. c. 4.

I AM IN AQVA CLASSIS Q. AD I. STABAT) statim atque ad Acesinem redierat, cœpit peritis negotium dare, vt classem ædificarent. Arrianus: Ipse, quæ ad nauigationem Oceanum versus necessaria erant, parare cœpit. Diodorus: Hu perfunditus, cum vniuersis copijs, eodem quo venerat itinere, ad Acesinem flumen regreditur. Ibi naues, quas constructas inuenierat, absoluit, alijsque fabricandis operam adhibet. Et paucis interiectis classe verò cū armamentis perfecta (adornata autem fuerant naues aperte CC, & actuariae I. CCC) & quæ sequuntur.

INTER HAEC MEMNON EX THRACIA IN SUPPLEM. EQVIT. VI. MILLIA) Si-
culus. Sub id verò tempus noua ex Græcia supplementa tum auxiliariorum, tum stipendijs militantium,
ductu imperatorum aduentant XXX. amplius peditum millia, & sex millia fermè equitum: arma simul
eleganter fabricata in viginti quinque millia pedites & medicamentorum C. talenta tunc aduecta. Ar-
rianus duplo numerum nauum auget, Nearcum, inquit, vniuersæ classi præficit, Oneiscritum nausis p. 563.
sue gubernatorem constituit, qui quidem in ea historia, quam de Alexandro conscripsit, etiam hoc men-
titur, quid se classis prefectum fuisse scribat, cum gubernator naustantum esset. Erat autem nauum
omnium numerus (vt Ptolemaeus Lagi filius tradit, quem ego potissimum sequor) naues triginta re-
morum LXXX at in vniuersum omnes naues, tam quæ equos vehebant, quam actuaria & fluiales, qua
aut multo antè, aut tum temporis constructæ fuerant, circiter bis mille.

Hanc classem summo studio Taxiles & Porus reges, vt Curtius docet, ædificarunt, quos Alexander rursum dissidentes, odiisque vetera recoquentes in concordiam reduxit, & vt firmior constantiorque esset amicitia, eandem affinitate nuptiarum colligauit.

MEMNON) l. 7. c. 3. Arachosij ante prætor datus erat, postea in Græciam & Thraciam misus ad nouum militem conquirendum & deducendum. De Harpalio depeculator & harpage infra l. 10. c. 4. plenius.

NICAEAM) à victoria de Poro exportata dictam. Græcis νίκη victoria. Stephanus περὶ πόλεων octo cognomines Nicæas enumerat, primam Bithyniæ, ubi celebratum Concilium Nicænum: alteram Locrensum, i. 11. Illyricam, i. v. hanc Indicam Alexandri, v. Cyrenensem in Insula Cy-
no, v. i. Leuctricam Boeotia, v. i. Celticam, v. i. 11. Thracicam. Addit & alias esse ad Thermopy-
las, & in Thracia.

BUCEPHALON) seu Bucephalan seu Bucephalea, seu Bucephalen, seu Bucephaliam variè scriptam repertis. Stephanus βυκεφάλεων scribit: πόλεις, inquit, ἐπὶ τῷ βυκεφάλῳ ἵππῳ ἐκτενεῖ Αλέξανδρος. C. Iudicis ταράχα τὸν δάσον τοπομόρ. Strabo βυκεφαλία. Has vrbes intellexit Curtius supra c. i. Rex duabus vrribus conditis in vtraque fluminis, quod superauerat, ripa. Iustinus: Duas ibi vrbes condidit, vnam Nicæam, alteram ex nomine equi Bucephalem. Iuxta vrbes, inquit Strabo, in vtraque fluminis ripa à se conditas, vbi, eo transmisso, Porus vicit, quarum alteram Bucephaliam nominavit, ab equo, qui in eo prælio cecidit. Is bucephalus à latitudine frontis quasi bouis capite præditus, dictus est, quo semper Alexander in certaminibus vrebatur; erat enim bellator optimus. alteram Nicæam à victoria appellauit. plura suprà lib. 8. cap. vlt.

SECUNDO AMNE DEFLEXIT) Acesine, vt hīc docet Curtius, & cum Curtio Diodorus; Hydaspe vt Strabo & Arrianus, qui hanc nauigationem elegantissimè & copiosissimè describit, quem tamen studio breuitat stranseo, qui tibi non transeundus. Diodorus * verò: Lan-

dem cum amicis naues ingressus, amne secundo in Oceanum, qui versus meridiem est, nauigationem intendit. Sed bona exercitus pars iuxta in fluminis ri- pa, Crateri & Hephaestionis ductu iter faciebat.

* p. 124. &
125.

C A P V T VIII.

A R G V M E N T V M.

Sobios describit. rex opida vi occupat, per fluminum concursum in vortices abripitur, & tantum non hauritur.



Eruerunt erat in regionem in qua Hydaspes amnis Acesini committitur; hinc decurrit in fines Sobiorum. hi de exercitu Herculis maiores suos esse memorant, agros relictos cepisse sedem, quam obtinebant. pelles ferarum pro veste, clavae tela erant multaque etiam cum Graci mores exoleuisserint, stirpis ostentabant vestigia. Hinc excensione facta CC & L stadia processit. depopulatusque regionem, oppidum caput eius coronâ cepit. XL. peditum millia alia gens in ripa flumen opposuerat, quæ amne superato in fugam compulit, inclusosque membris expugnat. puberes interfici sunt, ceteri venierunt alteram deinde urbem expugnare adortus, magna vi defendantium pulsus, multos Macedonum amisit. Sed cum in obfitione perseverasset, oppidani, desperata salute, ignem subiecte rectis, se quoque ac liberos conugesque incendio cremant. quod cum ipsi augerent, hostes extinguerent, noua forma pugna erat. debabant incola urbem, hostes defendebant: adeo etiam naturae iura bellum in contrarium mutat. Arx erat opidi intacta, in qua prasidum dereliquit. ipse nauigio circumiectus est arcem: quippe IIII. flumina tota India prater Gangem maxima, munimento arcis applicant undas. A septentrione Indus alluit, à meridie Acesines Hydaspem confunditur. Ceterum amnum caetus maritimis similes fluctus mouet, multoque ac turbido limo, aquarum concursu subinde turbatur, iterque qua meant nauigia, in tenuem alueum cogitur. itaque cum crebre fluctus se inueherent, & nauium hinc proras, hinc latera pulsarent, subducere nautæ cœperunt. Sed ministeria eorum hinc caetu, hinc prarapida celeritate flumen occupantur. In oculis omnium duo majora nauigia submersa sunt; leviora, cum & ipsa nequirent regi, in ripam tamen innoxia expulsa sunt; ipse rex in rapidissimos vertices incidit: quibus intorta nauis obliqua & gubernaculi impatiens agebatur. Iam vestem detraxerat corpori, proiectus semet in flumen: amicique vi exciperent eum, haud procul nabant, apparebatque aniceps periculum tam nataturi, quam nauigare perseverantis. ergo ingenti certamine concitant remos, quantaque vis humana esse poterat, admota est, ut fluctus qui se inuehebat, euerberarentur. Fini crederes undas, & retro gurgites cedere quibus tandem nauis erupta non tamen ripæ applicatur, sed in proximum vadum illiditur. cum amni bellum fuisse crederes, ergo aris pro numero flumen positis, sacrificioque facto XXX. stadia processit.

QVA HYDASPES AMNIS ACESINI COMMITTITVR) Regio hæc tota Indiæ, vergit ad meridiem. Alexander enim reculantibus Macedonibus Hypasim transire, & Orientem Gangemque petere, coactus est se ad meridiem conuertere, vt ibi ad Oceanum penetraret. de concursu vero Hydaspis & Acesinis magnorum etiam flumen (Acesinem Arrianus in Indicis Nilo & Istro maiorem affirmat, vbi Hydaspem, Hyphasim, & Hydraotem in se recipit, & cum his in Indum defertur, Hydaspem suprà Curtius * quatuor stadia in latitudinem diffusum, profundo alueo, speciem vasti mari referre dixerat) Diodorus, ex quo sua Curtius hic descripsisse videri potest, * Peruentum erat in regionem ubi Hydaspes Acesini committitur. Sed de his mox insrà ex Arrino quoque plenius.

DECVRRIT IN FINES SOBIORVM) Malim cum Strabone & Arriano, Sibarum. Diocletius Ibos appellat; Hic, inquit, expositis militibus, Iborum ad fines procedit.

HI DE EXERCIVT MAIORES SVOS ESSE MEM.) Hos, inquit ibidem Diodorus, ex posteritate illorum esse memorant, qui cum Hercule petram Aornon oppugnauerant. & post irritum conatum, in regione illa, Heros auspicio collocati erant. Tum castris non obscuri nominis vrbi admotis, quorum

pra-

principia erat auctoritas, exequuntur, inque colloquium regis admissi, necessitudinis antiquae memoriam renovant, & cupidè omnia se facturos, quomodo cognatos deceat, pollicentur. Quod & munerum haud vulgarium exhibitione testatum faciunt. Grata horum benevolentia regi accidit; ideoq; omnes illorum ciuitates liberas esse iubet. De cultu vestium apud Sibas seu Sobios cum Curtio tradit Geographus: Cum Alexander petram quandam Aornum nomine, primo adortu cepisset, cuius radices Indus non procul a fonte suo alluit, gloriòsè dixerunt Herculem ter petram adortum, ter inde repulsum fuisse. Ab ipsis autem, qui cum illo militauerant, profectos volunt Sibas, generis signum seruantes, quod pellibus amiciantur, quemadmodum Hercules, & quod clavas gerant, easq; bobus & mulis pro nota inurant.

CCL. STADIA.) septem milliaria germanica cum quadrante, eoq; amplius.

INCLVSOSQ; MOENIBVS EXPVGNAT) arbitror eosdem esse, quos Arrianus describit è gente Mallorum, Alexander, inquit, curato corpore, & quiete suis data, ad primam noctis vigili p. 127, am progressu est, magnumque iter ea nocte emensus, sub diluculum ad Hydram flum peruenit, ac multos quidem Mallorum iam amnem transgressos cognovit; alios alueum transentes adortus, plerosq; interfecit, amneq; per transitum, eos qui transmisserant consequitus, multos ex ipsis cecidit, multos cepit. maxima rati pars in opidum natura atque opere munitione recepit. Alexander, postquam peditatus aduenit, Pythonem in eos mittit, cum suo alijsque duobus equitum agminibus: qui quidem primo impetu illapsi opidum capiunt, omnibus quied confugerant (qui quidem in illo impetu imperfecti non erant) in seruitutem redacti, quo facto Python in castra rediit. Diodorus ait, Agalenses fuisse: Inde, inquit, conterminas ad gentes se conuerit. interbas Agalenses quadraginta peditum, & tria equitum milia coegerisse reperit. committitur pugna, & vincit Alexander, vbi plerique conciduntur; superfites in specus & vicina opida confugunt, quibus expugnatis, seruituti mancipantur.

ALTERAM DEINDE VRBEM EXPVGNARE ADORTVS) Diodorus; De ceteris etiam incolis, qui ad arma concursauerant XX M. in magna quadam, urbe tutandi sui causa, congregatos vi expugnat. Sed cum obseptis viarum angustijs, fortiter è tectis propugnarent, vi summa pulsus, Macedonum haud paucos amittit.

INCENDIO CREMANT) Siculus contrà à Macedonibus propter cladem acceptam ignes vrbi subiectos ait: Opido, inquit, per iram incenso, maximam illorum partem comburit.

Arrianusq; Curtio facit.

NATVRAE IVRA BELLVM IN CONTRARIVM MVTAT) elegans gnome.

Omnia natura contraria legibus audet

Mars saus

Alias hostes obfessas vrbes incendunt, hic incolae; alias incolae incendum conantur extinguere, hic hostes extinguebant, ciues incendebant.

ARX OPIDI ERAT INTACTA) planè diuersa hic Curtius, Diodorus, & Arrianus narrant. Curtius nec oppugnatam, nec à ciuib; defensam. Diodorus ex incendio urbis in arcem elapsos, cum veniam rogassent, imprestis. Arrianus urbem & arcem vi captam, incolas tectis suis vltro incensis, partim eodem rogo sepultos, partim cælos, paucissimos captos, tanta, inquit, virtus eorum erat. Ita cum nemo unus narrat quod alter, nemini certò credi potest, accedit, quod nec ordinem eundem expugnatarum urbiuum obseruent, aliquique alio loco & tempore rem gestam exponat. Ethac dissensio scriptorum, passim obvia, nec quidquam ferè in latina veterum & græca historia frequentius. Notum, quantis inter uallis Liuius & Polybius de eadem re, iisdemq; bellis narrantes inter se abeant, & non raro omnia pugnantes tradant, vt cum alter Hannibalem cautes aceto maceratas, cum elephantis transiisse refert, alter rāquam stultam fabulam explodat.

CIRCVMVECTVS EST ARCEM) non ad eam oppugnandam, quam iam cum præsidio tenebat, sed ut per flumina ulterius progrederetur.

TRIA FLVMINA) Acesines, Hydaspes, Indus. Omnes demum cum Indo iuncti in Oceenum, meridiem versus, erumpunt.

MVNIMENTO) alij munimenta, mihi Acidaliana arrisit emendatio, seruaque rō munitio-

mento.

AMNIVM COETVS) eleganter hoc, ab animatis ad res inanimas translata significacione.

Cœtus idem est quod coitus; Lucretius in I.

Quippe suam quicquam in cœtu variantu acerui

Id est, inquit Lambinus, in concilio & congressu varijs acerui. cœtus idem significat, quod coitus: imò verò coitus & cœtus idem sunt. Proinde non fuisset opus emendare vocem coitus hæc loco, quæ ante legebatur, cum idem sonent, idem valeant.

Totam hanc classis cum amnibus luctam seu bellum potius, vt Curtius appellat, etiam Arrianus accuratè describit, quem hoc loco pro interprete adhibere potes. p. 125. Addashis licet & Diodorum proprius ad mentem Curtij collineantem. p. 565. v. I.

SVDVCERE) ad ripas applicare. Virgil. I. subducite classem, hoc est, in terra, in nauale & portum.

HINC COETV) coitu, congressu, concursu fluminum.

DVO MAIORA NAVIG.) ita apud Virg. i. Aen.

Vnam, quo Lycios, fidumque rebebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens è vertice pontus
In pappini ferit, excutitur, pronusq; magister
Voluitar in caput; ast illum ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat aquora vortex.

C A P V T I X.

A R G V M E N T V M.

Ad Oxydracas & Mallos accedit, seditionem militarem compescit.



Nde ventum est in regionem Oxydracarum Mallorumque, quos alias bellare inter se solitos, tunc periculi societas iunxit. at 1 x. millia iumentorum peditum in armis erant, prater hos equitum x. millia, DCCCC q; quadrigae. at Macedones qui omni dilectione iam defunctos se esse crediderant, postquam integrum bellum cum ferociissimis India gentibus superesse cognoverunt: improuiso metu territi rursus seditionis vocibus regem increpare cœperunt; Non quidem Gangem amnem, & qua ultra essent coactos transmittere, non tamen finisse, sed mutasse bellum. indomitis gentibus se objectos, ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. trahi extra sidera & solem, cogique adire quam mortali oculis natura subduxerit. Nouis identidem armis nouos hostes existere. quos ut omnes fundant fugientque, quod præmium ipsos manere? caliginem ac tenebras. & perpetuam noctem profundo incubantem. repletum immanium beluarum gregibus fretum. immobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit. Rex non sua sed militum solicitudine anxius, concione aduocata docet imbellies, esse quos metuant. Nihil deinde prater has gentes obstat, quo minus terrarum spatha emensi ad finem simul mundi laborumque perueniant. Cessisse illis metuentibus Gangem, & multitudinem nationum. qua ultra amnem essent, declinasse iter eò ubi par gloria, minus periculum esset. Iam prospicere se Oceanum, iam perflare ad ipsos auram maris. ne inuidenter sibi laudem quam peteret, Herculis & Liberi patris termino transisturo, ipsos regis suo paruo impendio immortalitatem fama daturos. paterentur se ex India redire, non fugere. Omnis multitudo & maximè militaris, mobili impetu fertur: ita seditionis non remedia quam principia majora sunt. Non alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus, tubentium duceret dys secundis, & quaretque gloria quos emularetur. Latibus acclamationibus ad hostes protinus castra mouit.

OXYDRACARVM) Oxydracæ & Malli vicinæ gentes ad Indiæ meridiem colentes, à scri-
ptoribus plurimum à fortitudine bellica, numero militum, equitum, peditum, quadrigarum
commendantur. præsertim, quod Alexander in oppugnatione vrbis Oxydracarum solus intra
scenias opidi desilierit, & vulnus grauissimum accepit, vti sequenti capite videbitus. Quæ
verò hic Curtius de Oxydracis, Mallis, numeroque militum recenset, ex Diodoro decerpta, vel
potius descripta videri poslunt. Nisi quod existimem mendum irreplisse apud Curtium in no-
tas, quibus peditum numerus exprimitur, vbi non nisi 1 x. millia ponuntur, cum Diodorus octo-
ginta millia, eoque amplius exprimat, vt non dubitem, vel octoginta vel etiam nonaginta millia
rescribendum esse. Hinc, inquit Diodorus, in Oxydracas & Mallos, populosisimas India gentes &
pugnaces, dulce exercitu, ita paratos inuenit incolas, vt plus quam xx c. millia peditum & x m. equi-
tum, cum 1 C C. curribus (Curtius octingentos numerauit) sub signis haberent. Hi ante regis ad-
uentum (idem Curtius narrat) bellum inter se gerebant, sed regis iam imminentis metus ad concor-
dem armorum societatum eos compulerat, datisque & acceptis ultrò citroque denus virginum millibus, per
affinitatem illam inter se reconciliati erant. nec tamen coniunctis in aciem viribus descenderunt: sed dis-
sensione de summa imperij exorta, in propinquas huc illuc vrbes dilapsi fuerant. Geographus de vtra-
que

que gente paucis, Deinceps, inquit, inferius habitant Siba, de quibus antè dictum est, & Malli, & Oxydraco magna nationes. Malli sunt, apud quos Alexander mortis periculum adiit in expugnatione oppidi eiusdem vulneratus. Quod Strabo cum Plutarcho, & Arriano, & Eustathio apud Mallos factum ait, hoc Curtius & Diodorus apud Oxydracas, vt infra referemus, accidisse narrant. Sed Arrianus disertè contra tendit, & apud Mallos, non Oxydracas, vulnus acceptum ostendit.

GANGEM AMNEM ET QVAE ULTRA ESENT COACTOS TRANSMITTERE) sed
quitur locus, ad quem explanandum vel Oedipo, vel Dædalo, vel Theseo, vel Delio aliquo na-
tatore opus sit. pugnat enim recta fronte cum superiori c. 7. explanato, vbi cum explicasset, quo-
modo Macedones transmissionem Gangis & vltiorum regionum multis lacrymis perorante
Ceno deprecati esent, subiicit, Alexandrum ad Hypasim progressum (vt cap. i v. docuerat)
ibi reculantibus Macedonibus vltiorem profectionem, x i t. aras monumentum expeditionis
erexit, posteaque relegisse, quæ emenius erat, & ad Acesinem reuersum, ibi castra posuisse; &
quod amplius est, Curtio suffragantur scriptores propè omnes, Diodorus inquam, Plutarchus,
Arrianus, Philostratus, Solinus, Strabo; solus Craterus, referente Strabone (quod & Eustathius
ex eodem narravit) in fabulosa epistola ad Aristopatram matrem scripta affirmat, Alexandru
ad Gangem usque progressum. Sed Strabo docet illum à fide remotiora tradere. Cum ergo A-
lexander non iolum non Gangem, sed nec Hypasim transferit, quomodo hoc loco queruntur
Macedones se coactos Gangem transmittere, & cessisse illis Gangem, cum hoc antè Curtius nusquam
posuerit, nusquam narrarit, sed disertè & exerte contrarium scriplerit? Expectabam hic crisin
Modij, & ἀρχέταv Acalilij: Conticuere omnes, pressis vox fauibus hæsit. Glareanus tamen coactos
mutandum putauit in coactum, vt de Alexandro ab exercitu coacto intelligeretur. Sed quan-
do, vbi, & quomodo exercitus coegit Alexandrum Gangem transmittere, quem ipse recusauit
sequi? ἀπόντα πάντα auxit difficultatem, non sustulit, aut minuit. Quod si Glareanus coactum
transmittere exponat, non trahere ἀπόντα regov erit, & contraria voci significatio, transmittere
nim flumen aut mare, est trahere, non contrà, omittere vel non transire. Si quis dicat, aliam
mentem esse Glareani, coactum nempe Alexandrum ab exercitu, quem penituerat prioris con-
sili, quod impedisset transmissionem Gangis, cogisse verò postea, & exercitum fecutum. Pri-
mum hoc nusquam dicit Curtius; deinde, non conueniunt huic explanationi quæ sequuntur in
oratione Alexandri, vbi dicit, se illis cessisse Gangem metuentibus, & iter à Gange & vltiori-
bus declinasse, rediisse ad Acesinem. Diuinabo ergo veram Curtij scripturam: imò non diuinabo, sed certò definiam & affirmabo, non è manu librorum vel librariorum, sed mente Curtij, in-
seriamque τὸ μέγεθος & γνώμον negationem inquam non, & locum ita constituant. Non quidem
Gangem amnem & quæ ultra essent, coactos transmittere, non tamen finisse bellum. Vera hæc scriptura,
& certa lectio ex historiæ fide. Offenderat credo imperitum aliquem, nec mentem Curtij alle-
cutum, gemina particula non paucis verbis interiectis repetita, qui illam ex Curtio expunxit, &
totum simul historiæ lensum euertit. Iam attende, quomodo ex hac nostra emendatione, & vni-
us voculæ necessaria interiectione, omnia sibi bellè respondeant, omnia constant, omnia coha-
reant. Macedones cum ab Hypaside flumine Alexandrum auertissent, vicissentque, ne vellet vlti-
rius progrederi, nec Gangem petere, nec quæ ultra Gangem sita sunt, & iam ad Acesinem re-
gressi esent, adeoque finem omnium laborum, & secura quietem, patriamque cogitarent &
sperarent; posteaquam viderunt regem suum ad Oceanum, quamvis non Orientem, sed Meridi-
em versus tendere, multaque & feroce & pugnace gentes transeundas, manusque cum illis co-
serendas, versi in seditionem, ægrè tulerunt, se ad Oceanum, hoc est, æternam noctem & finem
mundi, caliginem, & tenebras duci, & iterum cum fortissimis bellicosissimisque populis, adeo-
que feris & indomitis gentibus dimicandum, in has voces contra Alexandrum erupere. Non qui-
dem se coactos Gangem & quæ ultra Gangem sint, transmittere, vbi iplos tot immanes elephâ-
ti, tot millia equitum, tot centena millia peditum expectabant; non tamen, ut sperauerant & op-
tauerant, finisse bellum, sed tantum mutasse: hostem nempe alium quæsatum, & alium bello de-
lectum locum. præterea trahi se ad extrema mundi, extra solis mundique vias, & extra ipsa side-
ra, vbi æterna noctis caligine & tenebris sint inuolundi, immanissimisque maris beluis, phocis,
cetis, & monstrosi sint obijendi. hæc sua fore præmia belli. Atque ita ex mente Curtij, editio-
sus miles. Nunc Alexandrum respondentem, & di etis trucia pectora placantem audiamus, quo-
modo & illius oratio nostra, hoc est, Curtij narrationi ad vnguem conueniat.

REX NON SV A) quia interritus nullas gentes, quantumvis feroce, metuebat, imo quo bellis-
cosiores erant, hoc ardentius bellum cum illis & prælium expetebat, à quibus vieti maiorem fa-
mam & gloriam esset reportaturus. cùm enim illi nunciatum esset, quād validæ gentes trans
Gangem, & quanto cum in lite illum expectarent, vehementi inquit Arrianus, eius animum vlti-
rius procedendi studio exstimulabant.

SED MILITVM SOLICITUDINE ANXIVS) Illorum enim animi fatiscebant, & nouo
hoste obiecto exanimabantur.

IMBELLIS ESSE) responderet ad primum Macedonum trepidantium argumentum: cum
fero-

ferociſimi gentibus bellum integrum eſſe, hoc diluit, negatque fortes eſſe, ſed imbelles illas gentes, nulloque negotio vinci & deleri poteſte. Et credebat miles regi nunquam fallenti, vt alibi teſtatur est Curtius: deinde illas vnas & folas, easque iplis imbelles ſupereris, nullos nouos hottes alios pertimendos, & his ſuperatis, mox ad ultimos mundi fines peruenturos. ſe feciſſe illi hanc gratiam, vt nullus cogeret traijcere Gangem, quem metuiffent, & aduersus gentes ultra Gangem fitas belligerare, iterque inde ad Oceanum, quæ meridiem ſpectat, de flexiſſe, vt id quod ultra Gangem quæliturus erat, citra Gangem cum minori periculo & maiori gloria aſſequeretur. proinde, par eſſe, vt ſibi quoque ultra Bacchi & Herculis terminos tendenti obſequerentur, nec illam ſibi laudem & immortalitatis famam inuidenter, nec cogerent ſe, ex India fugere, ſed cum triumpho velut deuictis hostibus redire: iam proximos eſſe Oceanum, iam auram maris ad ipſos vique perlantem tentire. Hac oratio, ſed obliqua, fuit Alexandri, in qua ſingillatim illud quod dictum eſt, non lippis oculis transihibis, celiſſe illis metuentibus Gangem & multitudinem nationum, quæ ultra amnem eſſent: hoc eſt, ſe celiſſe illis, & locum precibus illorum deditiſſe, ne, quem timuifſent Gangem, cogerentur tranſmittere, & cum populis ultra Gangem fitis, quorum arma & elephantos formidaſſent, manus conſerere. Sed ſe, relictio Gange, & quidquid ultra eſt, iterad rediūm declinare, atque ad Aceſtē rediſſe. Tuam fidem, lector, utrum non hoc ex ipla Curtij mente, pectore & fenuſi? Diligenter omnia verba expendi, & iſtatim ab initio hanc labem in eſſe Curtio, ſibi, vt antea verba iacebant, ipli in ſe pugnanti, animaduerti. Non transiſſe Gangem, etiam Siculus teſtatur: Quia enim Gangem tranſire Macedones detrectarent, & ſubinde in concionibus regi clamore ſuo obſtrepabant, ortumque ex Hammone ſuggillabant; agmen hoc Perſarum eiusdem atatus, quod phalangi Macedonica opponi poſſet, ſibi comparauit.

OMNIS MVL TIT VDO) Rēcte fedotioſus populus mariſ fluctibus nunc intumeſcentibus, nunc residentibus, à ſcriptoribus comparatur. ſicut Maro fluctus iploſcum populo tumultuante compotuit:

P. 574.
L. Aenaid.

*Ac veluti magno in populo cum ſapè coorta eſt
Seditio, ſauitque animus ignobile vulgus;
Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem
Confexere silent, arreſtiſque auribus aſtant,
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.*

*NON ALIAS TAM ALACER CLAMOR) de his clamoribus & acclamationibus, ſuprà c. 5.
ad illa Curtij, vbi eſt clamor ille alacritatis veſtra index, dictum.*

Priuſquam hoc caput finiam, quædam ex hoc capite relictæ, velut analecta hinc colligenda ſunt, & explananda, quod in explicatione contextus fieri non potuit, niſi abrumperetur ſententia narrationis; videndum ergo quid illa ſibi velint, Vel ſanguine ſuo aperirent illi Oceanum, trahiſe extra ſidera & ſolem, cogique adire qua mortalium oculis natura ſubduxerit, & quæ ibidem de Oceano ſequuntur. Extat apud Senecam philofophi patrem & declamatorem, fuſoriam prima, hac inſcriptione:

Deliberat Alexander an Oceanum nauiget. Dicuntur velut in ſenatu variæ ſententiae, omnesque eō decurrunt, vt diſluadeant nauigationem, ſequuntur dein prolixa latinæ & græca declamatorum ſententiae: quas ipſe videbis, ſi vacabit, p. 9. 10. 11. ſed in minori edit, p. 1482.

Quod ad rem ipſam pertinet, ſubiijciam hic ex Conimbricensibus, quid omnino de Oceano ſentendum ſit. Quatuor potiſſimum, quinqueve maria ab hydrographis numerantur: mare Oceanum, mare Mediterraneum, mare rubrum, mare Perſicum & Caſpium. Mare Oceanum, quod reliqua maria vaſtitate & magnitudine vincit, ambitque totam terram, ē Gaditano freto & Herculis columnis tanquam ē portu ſoluens circumquaque in immenſum funditur, diuerſas mundi oras, variorum gentium litora continentem, iſulas, promontoria flexuoso meatu oberrans, à quibus varia ſortiſt nominata. dicitur enim Oceanus Occiduſ ab Occidente, Eous ab Oriente, Aethiopicus ab Aethiopia, Atlanticus, Scythicus, Britanicus, Germanicus, à monte Atlante, à Scythia, à Britannia, à Germania, atque ita alijs inidem vocabiliſ.

Explicant deinde ſingula, quæ huic non pertinent, nos Oceano hoc trajecto, ad Curtium redeamus.

In libros
Arist. me-
teor. c. 2. p.
78.

CA

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

Hostes fugat opidum obsidet. vltimum vitæ discrimen contemto vate adit. solus in opidum hostile desiliens ægrè tandem per suos iam saucius cripitur. hostes internecione delentur.

Validisima Indorum gentes erant, & bellum impigre parabant, ducentaque ex natione Oxydracarum spectatae virtutis elegerant, qui sub radicibus montis castra posuit, lateque ignes, ut speciem multitudinis augeret, ostendit: clamore quoque, ac sui moris vbulatu identidem acquiescentes Macedonas frustra terrere conatus, iam lux appetebat, cum rex fiducia ac spei plenus alacres milites arma capere, & exire in aciem iubet. Sed metune, an oborta seditione inter ipsos, subito profugerunt barbari, certe auios montes & impeditos occupauerunt, quoru agmen rex frustra persecutus, impedimenta cepit, peruenit deinde est ad opidum Oxydracarum, in quod plerique confugerant, haud maiore fiducia manum quam armorum. iam admovebat rex, cum vates monere caperet, ne commiteret aut certe differret obsidionem, vita eius periculum ostendi. Rex Demophontas namque va-tes erat intuens, Si quis, inquit, te artitua intentum, & extra spectantem sic interpellet, non dubitem, quin incommodus ac molestus videri tibi possit. Et cum ille ita prorsus futurum respondisset, Cense ne, inquit, tantas res, non pecudum fibras ante oculos habenti, vltum esse maius impedimentum, quam vatem superstitione captum: nec diutius quam respondit moratus, admovebit scalas: cuncta vestibusque ceteris euadit in murum. Angusta muri corona erat, non pinnae, sicut alibi fastigium eius distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum seperat. Itaq; rex herebat magis, quam stabat in margine, clypeo undiq; incidentia tela propulsans, nam undiq; eminus ex turribus petebatur. nec subire milites poterant, quia supernè vi telorum obruebantur. Tandem magnitudinem periculi pudor vicit: quippe cernebant cunctatione sua dedi hostibus regem, sed festinando morabantur auxilia, nam dum pro se quisque certat euadere, oneraueret scalas, qui non sufficiens deuoluti unicam spem regis fefellerunt. Stabat enim in conspectu tanti exercitus velut in solitudine destitutus, iamque lauam, qua clypeum ad ictus circumferebat, lassauerat, clamantibus amicis ut ad ipsos defilaret, stabantq; excepturi, cum ille rem ausus est incredibilem atq; inauditam, multoq; magis ad famam temeritatis quam gloria insignem, namq; in urbem hostium plena precipiti saltu semet ipse immisit, cum vix sperare posset, dimicantem certe & non inultum esse moriturum: quippe antequam assurgeret opprimit poterat, & capi viuuus: sed forte ita librauerat corpus, ut se pedibus exciperet. Itaq; stans init pugnam, & ne circuiriposset, fortuna prouiderat. Vetus arbor haud procul muro ramos multa fronde vestitos velut de industria regem protegentes obiecerat. huius spatio stipti corpus, ne circuiri posset applicuit, clypeo tela quæ ex aduerso ingerebatur, excipiens, nā cum unum procul tot manus peterent, nemo tamen audiebat proprius accedere. Missilia ramis plura quam clypeo incidebant. Pugnabat pro rege primum celebrati nominis fama, deinde desperatio magnum ad honeste moriendum incitamentū. Sed cū subinde hostis afflueret, iā ingente vim telorum exceperat clypeo, iā galea saxa perfregerant, iā continuo labore grana genua succiderant. Itaq; contemtim & incaute qui proximi steterant incurserūt, e quib. duos gladio ita exceperit, ut ante ipsū exanimes procuberent, nec cuiquam deinde proprius incessandi eū animus fuit, procul iacula sagittasq; mutebat, ille ad oēs ictus expositus ægrè, iā exceptū poplitibus corpus tuebatur, donet Indus duoru cubitorū sagittā (namq; Indis, ut antea diximus, huius magnitudinis sagitta erat) ita excusit, ut per tho-

racē paulū super latus dextrū infigeretur. quo afflictas, magna vis sanguinis emicante remisit arma, moribundo similis, adeoq; resolutus, ut ne ad vellendū quidē telū sufficeret de xtra. Itaq; ad spoliādum corpus, qui vulnerauerat, alacer gaudio occurrit. quē vt inīcere corpori suo manus sensit, credo ultimi de deoris indignitate cōmotus linquente reuocauit animum, & nudum hostis latus subiecto mucrone hausit. rasebant circa regem tria corpora procul stupentibus cateris. Ille vt antequam ultimus spiritus defueret, dimicans iā extingueretur, clypeo se alleuare conatus est. & postquam ad connivendum nihil supererat virum, dextra impendentes ramos complexus tentabat assurgere. sed ne sic quidem potes corporis rursus in genua procumbit, manu prouocans hostes. si quis congrederetur. Tamdem Peucestes per aliam opidi partem deturbatis propugnatoribus muri vestigia persequens regis, superuenit. Quo conspecto Alexander iam non vita sua, sed mortis solatiū superuenisse ratus, clypeo fatigatum corpus exceptit. Subit inde Timaeus, & paullo post Leonatus, huic Aristonous superuenit. Indi quoq; cū in tra mœnia regem esse comperissent, omisis cateris illuc concurrunt, urgebantque protegentes, ex quibus Timaeus multis aduerso corpore vulneribus acceptis, egregiaque edita pugna cecidit. Peucestes quoque tribus taculis confosus, non se tamen scuto, sed regem tuebatur. Leonatus dum audieruenter barbaros submouet, ceruice grauiter icta semianimis procubuit ante regis pedes. Iam & Peucestes vulneribus fatigatus submisera clypeum in Aristono spes ultima habebat. hic quoque grauiter saucijs tantam vim hostium ultra sustinere non poterat. Inter hac ad Macedones regem cecidisse perlata est fama. Terruisse alios, quod illos incitauit, namque periculi omnis immemores dolabris perfregere murum, & quā moliti erant aditum irrupere in urbem. Indosq; plures fugientes quam congrederatos occiderunt. non senibus, non fæminis, non infantibus parcitur. quisquis occurrerat ab illo vulneratum regem esset credebant. tandemq; interneccione hostium iustitia parentatum est. Ptolemaum, qui postea regnauit, pugna affuisse, auctor est Clitarchus, & Timagenes: sed ipse scilicet gloria suæ refragatus abfuisse se missum in expeditionem, memoria tradidit. tanta compo nentium vetusta rerum monumenta vel securitas, vel par huic vitium credulitas fuit.

VALIDISSIMA E) nobilissimum hoc caput est, & res in eo per scripta à plurimis celebrata, scriptoribus propter inauditum facinus Alexandri, ausi in medios hostes è muro saltu se demittere, vbi unus pugnauit in omnes. quamquam hoc facinus non omnes probent, sed, vt temerarium, in duce damnent, quod infra demonstrabimus. Validissimæ duæ gentes erant Oxydracæ & Malli.

* lib. 6. **DUCEMQVE EX NATIONE OXYDR. SP. VIRT. ELEGERANT**) Arrianus* negat quod Curtius suprà cum Diodoro affirmarat, Mallos unquam cum Oxydracis iunctos fuisse: voluisse tamen iungi, sed Alexandri celeritate occupatos non potuisse copias coniungere.

CLAMORE QYOQY E) Dixeram suprà, generosos canes non latrare, perindeq; Macedones, vociferantibus & ritu elephantorum barritum tollentibus, barbaris, conticuisse, nec ullis clamoribus territos, repente in hostem insluisse. in ipso tamen congresu & concursu primo etiam ab Romanis atrociter clamatum. Sed de huiusmodi clamoribus bellicis habes apud Vegetium a. li. 3. c. 18. Stevvechium b. & Lipsium de militia Romana c; vnde quæ voles ad hunc locum petes. b. in c. 18. quibus & Tzetzæ versus addere poteris, pag. 338. idem ex Homero affirmantis.

AD OPID. OXYDRACARVM) Mallorum, non Oxydracarum tradit *Arrianus. *Plutarchus, pag. 204. c. 1. 4. dhal. In Mallis verò, quos Indorum perhibent bellicosissimos fuisse, penè concisus est, Idem de Fort. Alexandri. Apud Mallos tripedana sagitta iuctus, piculo per loriam & pectus ad ceruicem pertingente, vt p. 318. auctor est Aristobulus. Idem Strabo & Eustathius. De Oxydracis tamen Philostratus mira, eorumque vrbe: lib. 2. c. 14. p. 96. Ex quo simul disces, Hyphaidem & Gangem, vti alias docui, ab lib. 2. Alexandro nunquam traeictum; quod tamen aliqui affirmant.

VATES ADMONERE COEPIT) Vates Demophoon. Diodorus plura docebit, qui Demophontis auguria ab Alexandro contenta ait.

SUPERSTITIONE CAPTVM) quin ipse alias scepè etiam Alexander eadem superstitione captus fuit, cum rebus in aetateis verlaretur, libro quinto capite decimo. Tum castris vndique aperito loco positis, non consultare modo quid agendum esset, sed vates quoque adhibere coepit à superstitione animi. Et libro septimo cap. 18. Itaque qui post Darium viustum ariolos & vates consulere desierat, rurus ad superstitionem humanarum mentium ludibriō reuolutus, Aristandrum, cui credulitatem suam addixerat, explorare euentum rerum sacrificijs iubet. En Alexander ipectatem; in secunda fortuna & felici rerum decursu omnium vatuum est oblitus: vbi felicitas habet, ibi rursus coepit esse pius. Non vni hoc Alexandro visu venit. Mala, quibus premimur, ad Deum prouocare

uocare nos cogunt, tempestates, fulmina, hostis ingruens, imminens naufragium, & hoc genus alia nos cceli memores esse iubent. Apud Curtum duo Augures potissimum celebres, Aristander & Demophoon. Hic Demophoon, passim alibi Aristander, qui Alexandro etiam superites fuit, & eius cadauer, ne à ducibus negligeretur, curauit. lib. 10. cap. 7. consule, vbi multa ex Aeliano de Aristandro & corpore Alexandri.

PECVDVM FIBRIS)de his sacrificandi ritibus & pecudum fibris, suprà lib. 7. c. 18. dictum. Hic Demophoon Alexandrum iam muros ascendere parantem importuniissime interpellauit, gratiamque ab rege exiguum inijt, quantumuis bono animo, de imminentे periculo admonet.

MVRICORONA)corona in muris & parietibus & aedificijs, sunt testaceæ structuræ sub tegula, altitudine sejquipedalicum projecturis coronarum, ita, inquit Vitruvius in secundo, vitari poterunt, quæ solent in his fieri, vitia. cum in tecto tegula fuerint fractæ, aut è ventis deiectæ, quæ possit ex imbris aqua perpluere, non patietur lorica testacea ledi parietem, sed projectura coronarum regniet extra perpendicularum stellas, & ea ratione seruauerit integras lateritiorum parietum structuras. Hæc Vitruvius. Ad hæc verba Guilelmus Philander: Corona, inquit, hic dicuntur protecta sive projecta, meis Gallis Larmenij, Bononiensibus grunda, id est, prominentia & veluti supercilia parietum arcenda stillicidij inuenta, quod etiam admonuit Budæus. Eā projecturam paullò post loricam testaceam vocat, alias, lorica est tectorum vt, lib. 7. cap. 1. docetur. quando hic Curtius docet angustam fusile muricoronom, vult ostendere projecturas coronarum non multum excelsisse ipsum murum. alias in corona muri, quod extra murum extaret, stari poterat. tecum autem erat pronus, vbi vestigia figi non poterant; quæ coronam tegebatur, mollius declinabat.

NON PINNAE FASTIGIVM EIVS DISTINXERANT Jergo nec in summo tecto, vbi pinnae erant, poterat consistere, nec in imo, vbi coronæ erant angustiores. Pinæ, inquit Varro de lingua latina, summa tectorum ab his quas insigniti milites habere in galeis solent, & in gladiatoriis Samnites. Sunt ergo plumatae cristæ ē galea, militis aut gladiatoris ornatus, extantes: in tectis signa, columellæ, acroteria, tritones, pyramides, statuæ, galli gallinacei, lunæ, stellæ, ventilabrum, & id genus alia tectorum ornamenta in summo & fastigio tecti collocata, vt & in aggeribus castrorum. Cæsar de bello lib. 7. numero 72. Post eos aggerem & vallum XII. pedum extruxit, huic loricam pinasque adiecit grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris, qui adscensum hostium tardarent. A pinnis tecti, apud Liuium de bello Macedonio, suspensi miles fune se ē muro demisit. Alia huius vocis de pinnis piscibus, & pilium pinnis, significata hic prætero. Itaque cum nulla in muro & fastigio muri pinnæ essent, non potuit se ad illas applicare, vt pedem figeret, vel manu sustineret corpus.

PERPETVALORICA OBDVCTA)Philander ad II. Vitruvij. cap. 8. lorica testacea, alias lorica tectorum est. Coronam quoque muri Vitruvius loricam appellat lib. 7. ad illa verba Vitruvius. Et suprà lorica ex calce & arena inducantur, id est, inquit Philander, tectorum, crusta, corium, unde loricare parietes Varroni lib. de re rust. 1. c. 57. & Plinio lib. 8. cap. 24. de Ichneumone limose mergente, sicc ante quæ sole & huiusmodi corijs se loricante. Lorica diximus libro secundo esse testaceam structuram, id est, veluti cornices projectas, sive semifastigia, quæ stillicidium à muris arcerent. Apud Vegetum libro quarto, loricula significat id munimentum, quod urbium obsoffores ultra iactum telis adificant, fossa, vallo, sudibus & turriculis instructa, vt erumpentibus ciuitate obsistere possint. Et loriculan in tecto Hieronymus contra Pelagianos libro primo, ex Deuteron. capite vigesimo secundo, vertit pro muro, qui in circuitu tectorum fit, ne quis in præcepis labatur: quod interpretes septuaginta sequentes dixerunt. Nam quod Ezekieli capite quadragesimo περὶ ἔδον Symmachus & illi verterunt. (Si modò eorum est versio, de qua video plerosque dubitare, neque id fortasse abs re, nam D. Hieronymus, non uno tantum loco, sed & Iosephus in prefatione Iudaicarum antiquitatum, tradidit septuaginta illos diuos, legem tantum, id est Mosis libros in græcam linguam transtulisse) Aquila autem & Theodosio murum, vt scribit Hieronymus. Id vero loricula dici oportuisse contendimus. Nō poterat ergo consistere pedibus Alexander in muro, cum corona seu lorica esset angustior, nullisque murus fastigiorum pinnis, quas prenderet, distingueretur, & lorica transitum sepius & impeditisset, nec miles ipsius ē turribus hostium telis vndique petitus & prohibitus, murum subire posset, & ipse in periculo ultimo versaretur, ne hostibus dederetur. tandem exercitus, pudore victus, ne regem deteruisse & hostibus dedidisse videretur, spredo omni periculo, muro succedere, scalas applicare, properè eniti: ipse interim vim telorum, circumlatu vndique scuto, excipere, cum repente per scalas evadere conati, ruptis radijs, præcipites deuolui, aliterque alterum secum in calum trahere, spem regis unicam destituere, quem amici infrâstantes magnis clamoribus hortabantur, vt ad se resiliret, se desilientem molliter excepturos, puduit regem invictum, tergum hosti vertere. Itaque cum remedium nullum supereesse cerneret, unus contra omnes pugnaturus præcipiti saltu in medios hostes præter omnium expectationem se deiecit. Hanc rem non ad urbis iam occupatae moenia, sed

arcis, in quam se hostes receperant, oppugnationem Diodorus * & alij referunt. Erit hic opera*

* pag. 565. etiam a Arrianum omnia prolixè enarrante madire, imò & b Plutarchum.

a p. 128.

b pag. 587.

in parvo.

REM AVS. EST INGREDIE. ATQVE IN AVD. MVL TOQVE MAGIS AD FAM. TEMERIT. QVAM GLOR. INSIG NEM) Hoc incredibile, nec vñquam ante Alexandrum, nec post auditum, scriptores rerum non mediocriter carpunt; inter primos ipsius Alexandi duces, de quibus apud Arrianum lib. 6. p. 132. vel pag. 257.

Lucianus quoque in dialogis mortuorum, vbi Philippum patrem cum Alexandro apud inferos facit loquentem, cum Alexander interrogasset patrem, quid sentiret de illo apud Oxydracas factō: Non probō, inquit Philippus, neque id, quia pulchrū esse negē, vulnerari quandoque imperatorem, & in subeundis periculis prætentare viam: sed quia ex tua re isthuc erat minimē. siquidem pro deo habitus, quos ororis praebebas spectatoribus, quādo post acceptum vulnus, ab exercitu magnō tumultu direptus mārens ac eiulans sanguine fluit abas. & quā apud Lucianum sequuntur. Proinde Onofander cap. 33. pag. 46. verē monet, imperatorem ipsum non debere manum cum hoste conserere, ne vniuersum exercitum in periculum coniiciat.

Recte in acie Romanorum, imperator medium locum, velut cor in corpore occupat, nisi quando vīus & necessitas urgunt, quod in Iulij Cæsarīs historia & factis legimus. Nunc ad Alexandrum reuolumus, videamusque, quomodo in ipsa ciuitate solus aduersus omnes depugnat.

Idem Eu-

stathius

Commen-

tatio testa-

tur.

? pag 566.

ITA LIBRAVERAT CORP. VT SE PED. EXCIPERET) hoc primum & virtutis & fortunæ specimen fuit, quod in saltu non conciderit, sed pedibus rectus institerit, alioqui nullo negotio, priusquam se colligeret, opprimi poterat. Testatur idem Plutarchus, Librato corpore in medio, saltu se immisit in hostes, & fortè fortuna se pedibus exceptit. cuius vibrabitibus armis iubar aliquod & spectrum barbaris videbatur pro corpore eius obversari; vnde primum in fugam effusis sunt. Idem Plutarchus hoc Alexandi facinus miris modis multisque verbis prædicat in extremo de Fort. Alex. p. 658, & seqq.

VETUSTA ARBOR) alterum fortunæ præsidium, ingens arbor ibidem ramos explicarat, ad cuius latum stipitem se applicuit, ne à tergo circumueniri posset. Diodorus * medium inter arborem & murum sterile docet. Et mox, inquit, Indis irruentibus, magna fiducia imperium barbarorum sustinuit. cumq; à dextra arborem radicibus muro adfixam, à sinistra murum ipsum pro munimentis fecisset, tutius hostes propulsabat. De muro etiam Arrianus meminit, de arbore tacet. Iustinius * vtrumque monumentum cum Curtio & Plutarcho memorat.

* lib. 12.

DVS GLADIO ITA EXCEPIT, VT EXANIMES ANTE IPSVM PROCUMBENT) se

quitur præclēm & duellum, quod sanè eleganter Iustinus * describit: meritò hic videndus.

* 1.12. circa

Arrianus * ipsum Indorum ducem ait ab Alexandro interfectum: Diodorus hīc quoq; con-

med.

culendus. p. 566. circa med; Sed hæc omnia illigavit Galterus heroo versu, quem iuuabit non in-

* p. 129.

iucundè canentem audire:

post med.

p. 1.

Iamq; manus, clypeum quæ sustentabat ad ictus,
Lassa minabatur defectum, ianq; monebant
Clamantes socij, celer vt resiliret, & ipsum
Exciperent, cum rex (ausus mirabile dictu
Atque fide maius) saltu de præpete, dira
Barbarie plenam præcepit se immisit in urbem,
Indignum reputans diuino stellate princeps
Tot clarus titulus, si tergum ostenderet hosti,
Quaritur an fortis, factō an temerarius isto
Rex fuerit, sed si contraria iungere curas,
Et factō fortis fuit, & temerarius isto:
Cumq; capi viuus posset, perimivē priusquam
Surgeret, excusit fortuna potenter vtrumque
Et miro miranda modo protexit aluminum.
Sic etenim Macedo corpus librauerat, vt se
Exciperet pedibus, stans ergo laceffere pugnam
Cœpit, & à tergo ne posset ab hoste moueri,
Magnipotens fortuna duci prouiderat ante:
Stabat enim laurus annoso stipite tanquam
Nata ducem Macedūm patulis defendere ramis;
Huius vt applicuit trunco insuperabile corpus,
Vltio cœlestis, clypeum circumulit, ictus
Telorum excipiens, cumq; omnes eminus vnum
Impeterent, propius accedere nemo, manūmve

Conferre

Conferre audebat, celeberrima fama verendi
 Nominis, edomitum iam dilatata per orbem,
 Produce pugnabat, & desperatio magna
 Virtutis stimulus, & honesta occasio mortis.
 Sed clypeum iam missum perfoderat imber,
 Fractaque plangebat saxorum turbine casus,
 Lubrica succiderant genua & labefacta labora
 Pondere continui, vix sustentare valebant
 Egregium corpus, quod cum spoliare pararent,
 Qui stabant propius, sic hos mucrone recepit
 Magnus, ut ante ipsum, vita fugiente, iacerent
 Exanimes gemini, quorum sic terruit omnes
 Subdrachas obitum, ut nemo lacefere deinceps
 Cominus auderet collato robore magnum.
 Ille tamen genibus exceptum corpus ad omnes
 Ictus expositum, non agre, tigridis instar,
 Ense rubeatur, donec per inane sagitta
 Accelerans latus in dextrum scelus ausa cucurrit,
 Cuius ad introitum crudo de vulnere tantum
 Sanguinis emicuit ut rex tremefactus & amens
 Non posset telum nutanti euellere dextra.
 Exangues igitur afflitti corporis artus
 Applicuit lauro moribundus, & arma remisit,
 Concurrens alacer iaculum qui miserat Indus,
 Exanimem credens regem, spoliare parabat,
 Quem simul, ac sensit, corpus regale profana
 Attrectare manu Macedo, proh dedecus, inquit,
 Mene ducem Macedum nosti? nec plura locutus
 Languentem reuocans animum, nudum latum hostia
 Subiecto mucrone fudit, iungitque duobus
 Exanimem socios: talem decet ire sub umbras,
 Inquit, Alexandrum, talis mihi nuncius esto.
 Dixit, & ut moriens inuitus dimicet ante,
 Quam sacer in tenues erumpat spiritus auras,
 Se clypeo & lauriram atollere tentat,
 Sed neq; se proferre potens venerabile corpus
 Poplite succiduorum rursus procumbit, & hostem
 Prouocat, exerto si quis configere ferro
 Audeat, & tanta spolium sibi sumere palma.

QVO VVLNERE AFFLICTVS) In hoc ingens Alexandri vulnus omnes rerum scriptores, qui res Alexandri tradiderunt, calatum immittunt, & omni posteritati spectandum propoluunt, ex quo tanquam ex fonte, nil nisi gloria Alexandri profluxit.

DVORVM CVBITORVM SAGITTA M) tripedalem, inquam, quales, ut antè dictum, Indi vibrabant. Plutarchus plura. Quod de duobus armigeris refert, nemo præter Plutarchum narrat, nisi quod Arrianus,* quasi Plutarchum exponens, doceat. Peucesten, Abream, ac Leonnatū in murum evasisse, antequam icala frangerentur, & regem in urbem desilientem secutos pro illo in vrbe depugnasse. Peucestes Palladii Iliaca scuto interecto, regem protegebat, Leonnatus quoq; laeri affusus, venientes ictus excipiebat. Sed & hi quoque grauiter vulnerantur, parumque aberat quin vita Alexandrum simul cum sanguine desiceret. Spiculum autem tres digitos latum, quatuor longum fusile, hoc est, aciem sagittæ, testatur Plutarchus in 2. de fort. Alex. sagittam ipsam tripedanam affirmavit. Strabo tanquam atttingit. Eustathius: ίστον δὲ καὶ ὅτι ἔθνος ἐστι μαχιμωταῖς Ινδικόν οἱ Μαλοὶ πληθυντικῶς, ἐνθα πάρα Εραχὺ ἐκαδύνεσσεν, εἰς ξανθὸν δέ μέγας Αλέξανδρος. Sciendum, Mallos numero multitudinis dici, & gentem Indicam esse bellissimam, ubi Alexander ultimum vitæ periculum adiit.

TANDEM PEVCESTES) Hunc omnes testantur Alexandro periclitanti adstitisse, & pro ipso propugnasse. Plutarchus, Arrianus, Siculus. De Leonnato non omnes consentiunt, ut nec de Abrea duplo. Rursum alij, Alexandrum fuisse ad galeam iustum caligine oculis oborta procidisse. * Arrianus se scribunt, cumque se denuo erexisset, thorace traiectum sagittam pectori excepsisse. * Ptolemaeus p. 131, Lagi filius in pectori solum vulneratum fuisse tradit.

Peucestes, quamuis grauiter vulneratus, vixit tamen, sicut & Leonnatus, & post mortem Alexandri, Peridi cum imperio præfuit. De Aristono nulla apud alios mentio in hoc Alexandri

p. 130. v. 5. discrimine, alioqui inter primos etiam Alexandri duces, qui l. 10. c. 11. de creando rege dixit sententiam.

INTER HAEC, AD MACEDONES REGEM CECIDISSUPER LATA FAMA EST) Quid interim exercitus ipse molitus sit, quomodo in muros eualerit, mœnia subruerit, portas effe- gerit, urbem occuparit, & in opidanos sine modo sanguinerit, graecatusque sit, multis verbis exponit Arrianus. Diodorum quoque consulas. Adde, quæ Arrianus de nuncio mortis Alexandri in castra allato, subiungit, quis motus in exercitu, quæ lamenta, quis eiulatus fuerit excitatus.

PTOLEMÆVM QVI POST. REGN.) Iam hunc locum suprà ex Arriano explicatum legi- lib. 1. p. 10. sti. At enim Paulanias in Atticis * tradit Ptolemaeum Alexandro in Oxydraci periclitanti præ cun- ciliis regis amicis auxilio fuisse.

VEL SECVR. VEL CREDVL.) imò, teste Strabone, multi in rebus Indicis multa scientes volentes confinxere. vt iucunda lectori narratio esset & lectio.

CLITARCHVS) Quintiliano Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. Certè Curtius hic eiusdem fidem labefactat.

TIMAGENES) de eod. Quintilianus, Longo post interuallo temporis natus est Timagenes, vel hoc ipso probabilis, quod intermislam historias scribendi industriam noua laude reparauit.

CAPVT X I.

ARGVMENTVM.

Vulnus curat non sine cura deploratae vitæ; nec omni curatus pergit rursus in hostes.



Ege in tabernaculum relato, medici ignum sagitta corpori infixum, ita ne spiculum moueretur, absindunt, corpore deinde nudato, animaduertunt hamos inesse telo, nec aliter id sine pernicie corporis extrahiri posse, quam ut secando vulnus augerent. Ceterum ne secantes profluuium sanguinis occuparet, verebantur, quippe ingens telum adactum erat, & penetrasse in viscera videbatur. Critobulus inter medicos artis eximia, sed in tanto periculo territus, manus admouere metuebat, ne in ipsis caput parum prospere curationis recideret euentus, lacrymantem eum ac metuentem, & solicitudine propemodum ex sanguinem rex conspexerat. Quid, inquit, quod vè tempus expectas, & non quā primum hoc dolore me saltē moriturū liberar? antimes ne reus sis cū insanabile vulnus acceperim? At Critobulus tandem vel finito vel dissimulato metu hortari cum caput, ut se continentum preberet, dum spiculum euelleret etiam leuem corporis motum noxiū fore. Cex cū affirmasset, nihil opus esse ys, qui semet continerent, sicut praeceptum erat, sine motu præbuit corpus. Igitur patefacto latius vulnere, & spiculo euulso, ingens vis sanguinis manare cœpit, linquiq; animo rex, & caligine oculis offusa velutim orbundus extendi. cum q; profluuium medicamentis frustra inhiberent, clamor simul atq; ploratus amicorum oritur, regem expirasse credentium. tandem cōstitutus sanguis paullatim q; animum recepit, & circumstantes cœpit agnoscere. Toto eo die, ac nocte quæ secuta est, armatus exercitus regiam obsedit, confessus omnes unius spiritu vimere. Nec prius recesserūt, quam compertum est, somno paulisper acquiescere. Hinc certiorem spem salutis eius in castra retulerunt. Rex septem diebus curato vulnere, nec dū obducta cicatrice, cū audisset conualuisse apud barbaros famam mortis sua, nauigis duabus iunctis statui in medium undique conspicuum tabernaculum iusit, ex quo se ostenderet, per ysse crebentibus. conspectusque ab incolis, spem hostium falso nuncio concepiā inhibuit. Secundo deinde amne defluxit, aliquantum interualli à cetera classe præcipiens, ne quies perinualido adhuc necessaria, pulsus remorum impediretur. quarto postquam nauigare cœperat die, peruenit in regionem desertam quidem ab incolis, sed frumento & peccoris abundante, placuit is locus & ad suam & ad militum requiem.

MEDICI

MEDICI LIGNVM SAG. INFIX. ITA NE SPIC. MOV. ABS CINDVNT) Plutarchus

* Interea circumfundentibus se Macedonibus abieptus, semianimisque iam in tabernaculum est relatus: * In Alex. ac mox regem vulgatum est in castris, expirasse. Ingenti difficultate ac labore sagitta, qua lignea erat, p. 700. absindunt.

CORPORE DE IN NVDATO ANIMAD. HAMOS IN ESSE TELO) Plutarchus, Tum de-
tracto tandem thorace, accingunt se ad euellendum spiculum, quod vni ossi erat infixum.

SECUNDUO VVINVS AVGERENT) Arrianus: De hinc regem pessimè affectum scuto efferunt,
vixeret nec ne, incerti. Sunt qui scribant Critodemum (Crito bulum Curtius appellat) medicum Co-
um ex stirpe Aesculapij, resoluta plaga sagittam euulsiisse, alij Perdiccam, cum medici virgente necessita-
te, non adesset, iubente Alexandro, ense vulnerum rescidisse, telumque execuisse, inque euulsione magnam
sanguinis vim erupisse, cumque Alexander rursum animo linqueretur, syncopen ipsam sustinendo san-
guini remedio fuisse.

INGENS TELVM AD ACTVM ERAT) Plutarchus ut supra: Apud Mallos tripedana sagitta 2. de fort.
ictus, spicula per loricam & pectus ad cervicem pertingente, vt auctor est Aristobulus. At qui in Alexan- Al.
dri vita idem Plutarchus scripsit, ossi fuisse infixum. Quid mirum, si diuersi diuersa tradant,
cum vnum idemque Plutarchus non vnum idemque scribat. Curtius cautè penetrasse in viscera vi-
debatur, non, hæsisse in osse, vti videbatur Macedonibus primum priusquam explorassem inti-
mum vulnerum. Plutarchus tres digitos latum, quatuor longum ferrum sagittæ fuisse prodidit.

CRITO BULVS) seu Critodemus, vt monui, vbi Philippus Acarnan, qui in Cilicia ad Tar-
sum curauerat Alexandrum? an extinctus interim? an clinicam tantum, non vulnerariam pro-
fessus? alij enim medicorum ophthalmici, alij clinici, alij vulnerarij, rarò vnum omnes medicinæ
partes profitebatur aut exercebat, vti nec hodie. vbi Osthanes, de quo Plinius xxx.c.i. Non le-
uem & Alexandri M. temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu eius ex-
ornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragavit. Sed Philippus Acarnan etiam vul-
nerarius fuit, vt ex c. 19. lib. 4. apparet, sed postea extinctum credo, quando nulla amplius eius
mentio.

NE IN IPSIVS CAP. PARVM PROSP. CVRATONIS RECID. EVENTVS) Glaucum
certè, qui Hephaestionem neglexerat, aut certè parum feliciter curarat, ipse Alexander in cru-
cem egit.

INSANABILE VVLNVS ACCEPERIM) hoc vt chirurgo adderet animum, ne trepidati-
one ipsa manum vacillantem vulneri admoueret, Alexander dixit.

VT SE CONTINENDVM PRAEBERET) Laudat ab hac animi fortitudine & patientia Tuseul.
suum Marium, M. Tullius, negatque eiusmodi fortitudinis exemplum in Romana historia ante Quæst. lib.
Marium repertum. Sed enim quid miramur viros & duces belli & reges, cum pueros etiam ignes
constantissimo animo pertulisse legamus. Valerium Max. adi l. 3. c. 3. de patientia: vbi ephebi
Macedonis patientiam commendat, meritissimo commendandam: in cuius brachium (sacrifi-
cante Alexandre) ardens carbo incidit, quem dolorem silentio pressit, & brachium immobile
tenuit. Dignasane virtus regio pueri, & rex tali pueri non indignus, cum alter alteri fortitudi-
nis & patientiae tanta præbuit documenta. Habuit id genus specimen Ecclesia cum verus He-
breorum, tum recentior Christianorum; quæ tanquam in vulgus etiam nota cum alijs etiam ig-
notis, quod hæc ad hunc locum illustrandum sufficient, prætermitto.

VELVTI MORIBVNDVS EXTENDI) mors corpora extendit. Persius,

Composita lecto crassiq; litatus amomis,
In portam rigidos calces extendit. —

Virgilius quoque ita locutus est.

Victorem Buten immanni corpore qui se
Bebrycia veniens Amyct de gente ferebat,
Percutit, & fulua moribundum extendit arena.
Homerus -- ὅπλος ἔπειτα βόην - &, ὅπλος ἔπειτα σφίνξ extensus est.

Patria inde nata imprecatio, vt te mors tendat. Daß dich der Tod strect.

CVM QVE PROFLVVIVM MEDICAMENTIS FRVSTRA INHIBERENT) sanguis, vt
ex Arriano dixi, per syncopen & defecctionem, quam Alexander passus est, obstupuit & consti-
tit: quemadmodum de Seneca tractatur, quamuis omnes propè venas, & quidem in calentibal-
neo, incidisset, horrore tamen mortis credo, venæ obstupuerunt, vt diu cruciatus ægrè tandem
expiraret. Sed Alexander respirauit.

CONFESSVS OMNES VNIVS SPIRITV VIVERE) Exercitus, qui cum Alexandro ad
Mallos seu Oxydracas erat, ille pro regia ad fores excubuit, reliquus exercitus, & quidem maior
pars in castris ad confluentes Acesinis & Hydraotis erat, vt docet Arrianus. Sed hinc eximia cu-
ra Macedonum erga regem suum & amor eluxit, quando cum rege morituriente, vt opinabantur,
quodammodo omnes animam agebant, quasi spiritus omnium ab unius regis anima, spiritu,
& vita penderet. Ita Philippus Acarnan medicus l. 3. c. 10, cum regi potionem medicam propri-

nasset, Rex, inquit, semper quidem spiritus meus ex te peperdit, sed nunc verè arbitror sacro & venerabili ore trahitur. Plutarchus breuitate, Cùm ex periculo emersisset, esset tamen adhuc imbecillus, diuq; in virtus ratione & cura haberet, vbitum multuantes videndi sui desiderio Macedonas animaduertit, sumto pallio prodit, & cum dñs sacra fecisset, iterum concedit naues. Cura verò omnium omnino militum Alexandri, & præfertim, qui in castris ad flumina manerant, quanta fuerit, & quas solicitudes, quantumque mærorem excitarit & crearit, eleganter (vt suprà monui) exponit Arrianus.

p.131.

p.132. vel
p.256.p.130. post
med.

CERTIOREM SPEM IN CASTRA RETULERUNT non credebant etiam nuncijs de valetudine meliore & spe salutis legiones Alexandri, qui in castris verlabantur. Et primum vbi nauem prætoriam conspexere, putarunt cadauer defuncti ad se deferri: vbi autem viuum conspexere, Tum verò ingenti clamore, inquit, Arrianus, sublato, alijs in calum, alijs in Alexandrum manus tendunt, multis præ insperato gaudio lacryma sponte oborta sunt. Cumq; argyrapides ei nauem egresso lecticam adferrent, ipse equum adduci iussit: quem vt inscendit, ab vniuerso rursum exercitu applausum est, ripis ac filiis circum viciris clamore resonantibus. Tabernaculo autem appropinquans, ex equo desilijt, vt & pedibus incedens conspicit posset, tum certatim alijs atque alijs accurrebant, alijs manus, alijs genua, alijs vestem: ipsius contigisse, alijs vel vidisse tamum contenti, salutem felicitatemque ei precantes, alijs corollas, alijs flores, quo scunque fert Indorum regio, inspergere, donec in tabernaculum se contulit.

Concludit Arrianus hanc de curatione vulneris Alexandri narrationem ab alijs plerisque multis mendacijs fuisse at perlam: Multa præterea, inquit, alia de hoc Alexandri casu ab historicis scripta sunt, qua fama à primis mendacijs auctoribus sparsa in hunc usque diem transmisit: neque definet niemendacij fides etiam in posteros propagari, nisi hoc scripto finis ei imponatur. Magnum sanè operæ premium tulisset, si mendoso historicorum & scriptorum calamo finem impoluisset, sed perinde posteri priorum vestigia lecuti, fabulis suos libros infarerunt.

CONVALVISSE APVD BARBAROS FAMAM MORTIS SVAE) Quāmuis hoc nullus aillorum scriptorum testetur, tamen probabile, adeoque verum fuit, vt non solum barbari spem libertatis ex morte Alexandri concepisse videantur, sed etiam Græci in colonias & nouas ciuitates distributi, sublati quasi signis iter in patriam adornarent (vt infrà narrabimus) horum spem, Alexandri præsentia elusit, famamque omnino oppresit.

REGIONEM DESERTAM) Nullus gentis nomen & regionis exprimit. Sed intra Oxydras & Mallos eagens & regio fuit.

C A P V T X I I .

A R G V M E N T U M .

Monent amici regem, ne se in posterum tantis committat periculis, nullam sequi gloriam ex ignobili hoste petitam. Respondet rex vbiique laudis materiam offerri, vbi liccat fortiter agere, ipsi regem suum a domesticis insidijs defendant, de hoste ne sint solliciti.



Mos erat principibus amicorum, & custodibus corporis excubare ante prætorium, quoties aduersa regi valetudo incidisset. Hoc tum quoque more seruato, universi cubiculum eius intrant. Ille sollicitus ne quid noui adferrent, quia simul venerant, percontatur, num hostium recentis nunciaretur aduentus. At Craterus, cui mandatum erat ut amicorum preces perferret ad eum, credens, inquit, aduentu magis hostium, ut iam in vallo confiterent, quām cura salutis tuae, ut nunc est (tibi vilius) nos esse sollicitos? Quantalibet vis omnium gentium conspires in nos, impletat armis virisque totum orbem, classibus maria confundat, inusitat as beluas inducat, tunos præstabis invictos, sed quis deorum hoc Macedonia columnæ ac fatus diuturnum fore polliceri potest, cùm tam audie manifestis periculis offeras corpus, oblitus

litus tot ciuium animas trahere te in casum? quis enim tibi superstes aut optat esse aut potest? eò peruenimus, auspiciu[m] atque imperium secuti tuum, unde nisi te reduce nulli ad penates suos iter est. Qui si adhuc de Persis regno cum Dario dimicares, & si nemo vellet, tamen admittere quidem posset, tam prompta esse te ad omne discrimen audacia (nam ubi paria sunt periculum ac primum, & secundis rebus amplior fructus est, & aduersis solatium maius) tuo verò capite ignobilem vicum emi, quis ferat, non tuorum modò militum, sed ullius gentis barbaræ, qui tuam magnitudinem norit? Horret animus cogitatione rei, quam paulo antè vidimus, eloqui timeo ad inuiti corporis spolia inertissimos, manus fuisse infecturos, nisi te interceptum misericors in nos fortuna seruasset, et otidem proditores, et otidem desertores sumus, quot te non poruimus persequi. viueros licet milites ignominia notes, nemo recusabit luere id, quod ne admireret, praestare non potuit. patere nos queso alio modo esse viles ubi, quo cunque iussi ibimus. obscura pericula & ignobiles pugnas nobis depositim; temet ipsum ad ea serua, que magnitudinem tuam capiunt. citò gloria obsolecit in sordidis hostibus. nec quidquam indignus est, quam consumi eam ubi non possit ostendi. Eadem ferè Ptolemaeus, & similia yscateri. Iamque confusis vocibus flentes eum orabant, ut tandem exsatia laudi modum faceret, ac salutis sua, id est, publica parceret, grata erat regi pietas amicorum. itaque singulos familiarius amplexus considerare iubet, altiusque sermone repetito, Vobis quidem, inquit, o fidissimi p[re]ciosissimi, cuium atque amicorum, grates ago habeoque, non solum eo nomine, quod hodie salutem meam vestra præponitis, sed quod à primordiis belli nullum erga me benevolentia pignus atque indicium omisi sis: adeò ut confitendum sit, nunquam mihi vitam meam fuisse tam charam, quam esse capit, ut vos diu frui possem. Ceterū non eadem est cogitatio eorum qui pro me mori optant, & mea, qui quidem hanc benevolentiam vestram virtute meruisse me iudico. Vos enim diuturnum fructum ex me, forsitan etiam perpetuum percipere cupitis, ego me melior, non atatis spatio, sed perennitatis. Licuit paternis opibus contento, intra Macedonia terminos per otium corporis expectare obscuram & ignibilem senectutem. Quinquam ne pigri quidem sibi fata disponunt, sed unicum bonum diuturnam vitam existimantes, sapè acerba mors occupat. verū ego qui non annos meos, sed victorias numero, si munera fortunæ bene computo, diu vixi. Orsus à Macedonia imperium, Graciam teneo. Thraciam, & Illyrios subegi. Triballis Medisque imperito. Asiam quā Hellestanto, quā rubro mari subluitur, possedeo. iamque haud procul absum fine mundi. Quem egressus aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui. Ex Asia in Europa terminos momento unius hore transiut. vicit orbiusque regionis post nonum regni mei, post vice simum atque octauum atatis annum, videorne vobis in excolenda gloria, cui me vni deuoui, posse cessare: ego verò non deero, & ubi cunque pugnabo, in theatro terrarum orbis esse me credam. dabo nobilitatem ignobilibus locis. aperiā cunctis gentibus terras, quas natura longè submouerat. Iu his operibus extingui mibi (si fors ita feret) pulchrum est. Eastirpe sum genitus, ut multam prius, quam longam vitam debeam optare. Obscro vos, cogitate, nos peruenisse in terras, quibus fæmina ob virtutem celeberrimum nomen est. quas urbes Semiramis condidit? quas gentes rediget in potestatem? quanta opera molita est in nondum faminam aquauimus gloria, & iam nos laudis satietas cepit: dy faueant, majora adhuc restant. Sed ita nostra erunt, quæ nondum adiimus, si nihil paruum duxerimus, in quo magna glorie locus est. Vos modò me ab intestina fraude & domesticorum insidijs præstare securum. Belli martisque discrimen impavidus subibo. Philippus in acie tutor quoque regum exitus si reputaueritis, plures à suis quam ab hoste interemptos numerabitis. Ceterū quoniam olim rei agitata in animo meo, nunc promenda occasio oblata est, mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus si Olympias mater immortalati concreetur, quandoq[ue] excesserit vita. Hoc si licuerit ipse præstabo. si me præceperit fatum, vos mandasse mementote. Actum quidem amicos dimisit. ceterum per complures dies ibi statua habuie.

PRINCIPIE. AMIC. ET CVSTOD. CORPORIS) suprà cùm etiam ex vulnere decumbet. 1.7.c.19.
ret, Hephaestion, Craterus, & Erygius erant cum custodibus in tabernaculum admisi. & 17.

UNIVERSI CVBICVLVT EIUS INTRANT) Quia hoc præter morum accidit, suspicari
potuit

potuit nouam aliquam coniurationem concinnatam, aut certè hostem pro foribus esse, nihil
nimis suspicio visitati expectat aut coniicit.

CREDISNE) Elegantissima hæc Crateri, vel potius Curtij oratiuncula est & artificij plena,
quā mollissimè tractat non tam corporis quā animi vulnus Alexandri, hoc est, temeritatem è
superbia & nimia gloriæ cupidine natam. Et quia rex hostes adesse ratus erat, orditur à cura sua
amicorum inquam, & amore omnium erga regem, communique nomine principum, negat ip-
sos vlla hostium cura tangi, se omnes pro uno ipso esse folicitos. nam, quod ad hostes attinet, in-
quit, te saluo & sospite salui & tauri sumus: nihil formidamus, etiam si totus orbis, omnes bar-
baræ gentes, omnia maria, omnes feræ & silvæ in nos conspirent, exsurgent, incurvant: tu tamen
sivias, perire non possumus.

SED QVIS DEORVM) incipit delicitissimè per lenissimam insinuationem reprehendere
summam audaciam & temeritatem regis, quam nobilissimis epithetis temperat, dum columnæ
& fidus Macedoniae appellat.

CVM TAM AVIDE MANIFESTIS PERICVLIS CORPVS OFFERAS TVVM) hoc est
crimen Alexandri; cùm ab ipsis salute omnium pendeat salus, nullam tamen sui curam habeat,
sed se, iuxtaquæ secum omnes in præsens exitium trahat. nam te sublato nemo vel potest, vel eti-
am vult vivere. tu pluris es nobis, quam integra natio: se è spes opesque in uno sitæ sunt viro.

Nam vitam sibi rex qui negat, multis negat.

VBI PARIA SVNT PERICVLVM ET PRAEMIVM) Non esset, inquit, iste interitus &
inuidus animus tuus, tam ad omnia discrimina periculorum promptus vñquam reprehendendus,
si cum pari hoste, vt olim cum Dario, & nuper cum Poro congredereris; quia inde vel par
præmium etiam est sperandum, vt ex vieto Dario accepisti, aut si victus es, habuisses solatum,
quod à tanto rege siles viatu. Sed nullo modo ferendum est, quod laureolam ex mustaceo, hoc
est, gloriam tanto periculo tuo & tuorum exbarbaro, ignobilis, & ignoto loco captis. Non æquo
hoc animo miles ferat tuus, non barbarus laudet vllus, sed hostis ipse miretur tuam audaciam.
Adhuc omnes horremus, cum de tuo periculo cogitamus, quando iam ad regium & insuperabile
corpus tuum contrectandum & ipsandum tantum non fæminæ accurrerunt. perieras, nisi cle-
menses te tibi nobisque omnibus propria fortuna seruasset, non possumus infiias ire, nos omnes
abste uno victos, prodidimus te hosti, deferuimus & destituiimus; sed ignosce, tuam virtutem
nec assequi, nec capere potuimus.

UNIVERSOS LICET MILITES IGNOM. NOTES) de pœnis militaribus & ignomi-
niosis dimissionibus copiose ex Polybio Lib. pluslib. 5. dial. xviii. & sequenti. Proditores hic
non propriè accipiuntur, nec enim hosti prodiderant regem suum, nisi deferendo. desertores autem
ignominia notabantur, & subinde etiam morte, prout periculum inde existens paruum aut gran-
de fuit, cùm deferendo ordines vel ducem destituendo, vel per secessionem & seditionem pect-
catum est. Sed hic nihil horum est, actum verè & ex animo, omnia casus rexerat.

ALIO MODO VILES ESSE TIBI) si nos cum animi tui magnitudine componas, merito
tibi viles sumus, & abste velut degeneres contemnimus, vt qui tuam virtutem capere non possi-
mus. Sed hoc dolet nobis, quod nec viliora quidem nobis committas, cum te ipsum discriminis
offers. proinde rogamus, vt deinceps nobis obscuros hos & ignobiles hostes expugnando com-
mittas, te ipsum autem nulli periculo exponas, nisi quod tibi par sit, & tua maiestate, dignitate, a-
nimique magnitudine dignum, vnde & parem laudem, gloriam, præmium expectare & capere
polisis.

CITO GLORIA OBSOLESCIT IN SORDIDIS HOSTIBVS) Illustri gnomæ claudit orationem Craterus. Gladiatores quoque, quando cum imparibus componuntur, indignantur, &
ignominiam putant cum deteriore in arenam descendere.

CONSUMI EAM VBI OSTENDI NON POSSIT) inter gnomas ethicopoliticæ hæc verba
paullum immutata leges:

Gloriam indigne consumas, vbi ostendi non potest.

Gloria enim ex inglorijs peti non potest. Atque hactenus Craterus, cuius orationem omnes
duces, precibus & lacrymis confirmarunt, quibus magnopere regis animum ceperunt & flexerunt,
vt singulos quām familiarissimè complectentur & exsultaretur, adeoque longa oratione
extaretur, nihil sibi gratius optatusque accidere potuisse, quām curam ipsorum erga s. & amo-
rem in suum regem. Talia quidem Curtius, cui leuentem orationem, qua respondet Alexander,
accommodat. Sed Arrianus ingratam fuisse reprehensionem seu potius admonitionem, vt
suprà docui, ostendit.

Obserua in Crateri oratione, prima exordij verba: **Credisne amare ita loqui in orationibus**
c. 3. Curtium. Alexander supra: Credisne elephantorum greges, & . Et 8. c. 12. Callisthenes, Credisne il-
los vnius coniuij decreto deos factos? Et similem huic loco illum: l. 4. c. 25. Vide ne in te Ty-
riote locum mendacij non esse. & cap. leuenti: Vide ne ut nauigia, quamodum excedunt, regi ne-
queant?

VOBIS QVIDEM Ô FIDISSIMI) præfatur ducto à persona amicorum eorum que laudibus, benevolentia, & studio erga te, exordio, dein ingreditur orationem, quâ docet omnia sua studia semper fuisse relata, & deinceps relatum iri ad gloriam, famam, & nominis immortalitatem cōparandam: se non longam optare æstatem, non multos annos, non senectutem, sed multam laudem & gloriam. Ei se à puerō studuisse, hoc docere quicquid ante in Græcia, Illyrico, Asia, Perside, India gesserit, semperque deinceps id vnum & maximè spectaturum actumque, se decurso hoc Oceano, definito orbe, alium quæsitum nullum se hostem ignobilem credere, aut si qui sint, eis fama sua nobilitatem daturum; se enim quasi in orbis theatro versari, in quo nihil latere possit, adhuc parum profectum; à fæminis se superatum, grassandum vterius ad gloriam, nec ante mortem, nec cum morte gloriam, quam quereret sempiternam, unquam finiendam. Duo tamen ab ipsis petere, ut ab intidijs domesti: is, quibus plerique reges perierint, vitam suam tueantur. Et si ipse fatis præceptus non possit, ipsi matrem Olympiadem inter diuos referri cu- rent.

NVNC SINGVL A EXCVT IAMVS, PISSIMI CIVIVM) Hanc vocem p̄yssimus M. Tullius * princeps eloquentiæ à toto Latio proscriptis: Tu porrò, inquit, ne piis quidem, sed p̄yssimos quæris, & quod verbum omnino nullum in lingua latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Barbarus ergo noster Curtius si barbarus Antonius, & qualis Ciceroni, si barbarus Seneca declamator, & filius declamatoris, non multo posterior aut deterior: quod vtrumque & p̄yssimè & fortissimè tulit. Et: principis p̄yssimi recreat clementia. Frequentius apud Aufonium, hanc vocem deprehendas, & siquid etiam Apuleius auctoritate valet: p̄yssimus sacrum arcanis. Valla certè manuult dicere p̄yssimus quisque quam pius quisque. Intrepidè ergo, inquit, lib. de compo- nenda epistola Delpauterius, iis vtemur, ut p̄yssimus, à quibus Seneca & alij non abhorrent. non est ergo pro barbara ducenda vox p̄yssimus, nec barbarus Curtius. Laudatur etiam à Grammaticis Litius, apud quem tamen ego hanc vocem nondum obseruau. * Philip. 3. Debreu. vitæ.

VT VOS DIV FRVI POSSIM) offensus credo grammaticus rescripsit, vt vulgo est editum vobis frui. Modius ex membranis vosfrui. Non ignoror ego iuratum hoc verbum cum quarto sub- inde casu, sed perraro. chartæ Constantienses chirographæ vobis, non, vos habent, & vt, quod len- tio dicam, malim ego cum Cicérone vobis, quam cum priscis Cælijs aut Plautis cum quarto casu iungere, vobis, reor Curtium dixisse, scribamus ergo deinceps vobis fruar, non vos, & comicos ca- sus comicis relinquamus.

NON AETATIS SPACIO, SED PERENNITATIS) non quod me moriturum negem, sed quod sciam spaciū vitæ breue, gloriae, famæ & laudis sempiternum, quod vnum ego specto. Si voluistem cessare, & famam negligere, poteram defes & inglorius domi residere, & in voluptati- bus ac delicijs conlenescere, quamquam persæpe falluntur, qui sibi ipsi longa vita somnia potius quam spacia fingunt, sæpè enim mors inexpectata omnia illorum gaudia abrumpit, & è medio tollit. ego si res à me gestas, & bella, & victorias, quibus meam vitam metior, spectem, diu iam vixi, & plerosque reges qui ætatem ad centum etiam annos propagarunt, factis & rerum gelta- rum gloria superau. quod iam ab enumeratione partium ostendit.

ORSVS A MACEDONIA IMPERIVM) Macedonia proprium fuit Alexandri regnum, cuius ex alle fuit hæres, proinde non bellum, sed imperium cœpit à Macedonia.

GRAECIAM TENEBO) statim enim à morte patris in Peloponnetum prosector, omniū (ex- ceptis Lacedæmoniis) votis creatus est Imperator Græcorum aduersus Persas: cumque postea in Thracas, Illyrios, & alios arma moueret, & Thebani interim ab ipso deficerent, reuerlus, Thebas excidit, & totam Græciam in officio continuit. Atque hoc est quod hic dicit, Græciam tenebo, quod nos in primi libri synopsi exposuimus.

TRIBALLIS, MOEDISQVE IMPERITO) de Triballis etiam in primi libri synopsi di- cūm. Sed qui hoc loco M̄di seu Mædi? nam litera duplice seu diphthengo vox Mædi h̄ic, vt in editione Coloniensi Allobrogum recte p̄r æ. Mædi, expresa est, scribenda, non simpliciter, vt distinguamus illos à Medis Asiaticis ad mare (aſpium litis) nulla horum Mædorum apud vlos scriptores, qui de Alexandro tradidere, in Græcia, vel Thracia, vel Macedonia, vel Europa men- tio est. Tacet Arrianus, Plutarchus, Siculus, Justinus, alijque omnes. Nec tamen hic gratis posita est ab Curtio. Non tacet hos ipsos Mædos Stephanus περὶ πόλεων. Μαγδοὺς οὐ δράκης πλήσιον Ma- xedovias. ἐν τοῖς μεταβολές λέγεται Maxedovas. Μαγδούσιους ἐκάθηταν τὸ Εύπολον Μαγδοί οἱ Μαχδικῆ. Colmographus quoque Ptolemaeus in tabulis Europe, & lib. 3. c. xi. hos laudat: Versus Macedoni- ani, inquit, & Aegeum mare similiter prætura (σπαργαί) sunt Mædica, Drosica, Cæletica. Confirmat hic Stephani & Curtij locus valde nostri * Iacobi Saliani sententiam in Ecclesiasticis Annalibus veteris testamenti, qui Mædos hos à Madai tertio Iapeti ieu Iapheti filio, Noachi nepote dedu- cit. * Anno. mun. ii 192. n. 24. p. 175.

Nihil ergo Macedonici & Europæi Mædi ad illos Caspianos, quos postea tamen, trajecto Hellepondo & victo Dario, etiam imperio suo subiecit. Non aduertit hoc Glareanus, vt & multa alia præteriit. Erit tamen fortasse, qui volet pro Mædis, Mæsis reponere, Mæsos enim seu My- los

sos Pomponius Mela inter Thrases ponit. Ego sinceram scripturam feruo, & Medos retineo.

ASIAM QVA HELLESP. QVA RUBRO MARTIS VBLVITVR, POSSIDEO) hoc est, à finibus Europæ usque ad Indos & Oceanum. tantum erat ac tam latè patens Darij regnum, vt ipse l. 4.c. 34. testatur: Terrarum, inquit, quas Oceanus hinc alluit, illinc claudit Hellepontus, paullo ante dominii. & quæ sequuntur.

HABD PROCVL ABSVM A FINE MVNDI) Oceanum enim ambiri totam terram, scrip-
fere Geographi & Hydrographi. Oceanus enim è Gaditano fredo & Herculis columnis tanquam
è portu soluens, circumquaque in immensum funditur, diuersas mundi oras, variarum genti-
um litora, continentem, insulas, promontoria flexuolo meatu oberrans, à quibus varia fortitut
nomina.

Conimbr.
tract. 8. ad
meteort. A.
xist. c. 2.

QVEM EGRESSVS) in India ad meridiem, quæram per Oceanum alia regna, terras, alium
orbem.

MOMENTO VNIVS HORAE) traecto nempe Tanai, qui Europam ab Asia diuidit. ita ex-
istimarent Macedones, cùm tamen reuera esset laxartes, vt suprà docuimus, non Tanais. Tanais
enim in alia parte orbis quæ septentrionem spectat, diuidit Europam ab Asia: Hellepontus au-
tem eandem Asiam diuidit ab Europa ad Occidentem; Thracia enim ad Hellepontum, Asia
ab Occidente obiecta est.

POST NONVM REGNI MEI, POST XXVIII. AETATIS ANNVM) de hac re vide Pro-
lusionem cap. VII. vbi omnes anni, etatis, & imperij sunt annumerati.

VIDEORNE VOBIS IN EXC. GL. G. M. V. D. POSSE CESSARE?) corrumperem omnē
laudem, prioribus annis collectam, si iam cessarem, & ignauo me otio dederem.

IN THEATRO TERRARVM ORBIS) Nullus locus tam ignobilis & obscurus erit, qui mihi non sit pro ipso theatro totius orbis, in quo potero virtutem meam exercere. ita faciam, vt propter Alexandrum, locus quantumuis obscurus & ignobilis, nobilitetur. quemadmodum de Aristippo legimus in apophthegmatis * Is iussus aliquando è sua philosophia nonnihil dicere, cumq; detrectantem vrgeret Dionysius, Ridiculum, inquit, siquidem me, vt de philosophia loquar, rogas, & quando oportet at loqui ipse me doceas. Sensit hoc ipsum esse philosophi, scire quando loquendum sit, quando taceendum: at qui petit vt audiat aliquid ex philosophia, declarat se philosophiam à philosopho velle disce-re: rursus qui cogit ad loquendum, is videtur ipso philosopho doctior, vt qui melius norit loquendi tempus,
quām philosophus ipse. Ob hoc Aristippi responsū indignatus rex, iussit illum in conuiuio infimum omnī accumbere. hic Aristippus nihil offensus, Hunc, inquit, locum, ô rex, illustrare vis ac honorificum reddere, significans non locum reddere hominem vilorem, sed ex dignitate hominis, honorem addi loco.

QVAS NAT. LONGE SVBMGVERAT) Aquis diuiserat. Oceanus enim cum totam terram
ambiat, nec omnes adhuc sint per Oceanum aditæ, quæram illas, & alijs aperiam.

IN HIS OPERIB. EXTINGVI, MIHI PVLCHRVM EST) est enim virifortis, mori ante-
quam mortem inuocet.

MVLTAM PRIVS QVAM LONG. VIT. DEB. OPTARE)

Virtus vbi festinat, annos translit.

NON DVM FAEMINAM AEQVAVIMVS GLORIA) de Semiramide, multa nobis dicta *
ibi ob lon. 1.5.c.4. vbi Babylon cum suis miraculis descripta. Rursum l.5.c.16. ad illa Curtij verba, Quippe non
gitudinem alium gentium illarum magis admiratus, quam hunc regem & Semiramini, in quis & magnitudinem a-
inducta, ex nimi & claritatem rerum longè emicuisse. Sed hoc loco tria de Semiramide capita æternitatis me-
auctoribus attingit Alexander apud Curtium; Vrbes conditas, gentes bello victas & imperio
ipsis petenda lauda. subiectas, alia opera quæ molita est. Atque de vrbe principe Asyriorum Babylone dictum est l.
5. de alijs vrbilib'. Diodorus Siculus. Caterum, inquit, Semiramis alias etiam vrbes, post Babylo-
nem, ad Euphraten & Tigrim condidit, vbi emporia illis constituit, qui merces è Media & Paratacene
totaque vicinia important.

* p. 102. &c. De gentibus verò quæ redegerit in potestate copiosè narrat Siculus: * Aegyptum inquam, Libyam usque ad Iouem Hammonem quem adjit, magnam Aethiopiam partem, Bactra quoque subegit, Indis bellum intulit, sed inde repulsa est. Addit & Iustinus multa lib. 1. pag. 4. Strabo ité ex Nearcho pag. 472. & 496. Siculus demum etiam admiranda eius adficia celebrat, p. 99.

Plutarchus de fort. Alex. l.2. Siquidem ipsam opibus, eodem imperio freta Semiramis fæmina clas-
ses instruebat, phalangas armabat, Babylones condebat, rubrum denique mare nanigio perlustrabat, Ae-
thiopia atque Arabia subigendu populus. Inter opera eiusdem etiam corporis robur in fæmina admira-
randum, audaciamque summa laudat Aelianus, vt quæ contemperit leones, & cum ferociissi-
mis tantum leænis ipsa quoque leæna congregata sit. Aelianus * verba sunt è Græco tralata, quæ si-
mul Perdicæ leoninum pectus describunt, Perdiccas, inquit, Macedo, qui secutus est Alexandrum in
bellis, usque adeo fuit audax, vt aliquando in speluncam, leæna latibulum solus introiret. Verum leænam
ipsam non deprehendit, sed catulos eius secum exportauit: & magnam hoginum admirationem Perdic-
cas hoc factu meruit. Etenim non solum apud Gracos robustissimum & bellicofissimum animal leæna pu-
tatur

* p. 25.
n. 2.

103.

* li. 12. var.
cap. 39. p.
326.

tatur esse, verum etiam apud barbaros, proinde dicunt Semiramis in Assyriam, non si quando leonem ce-
pisset, aut pardalim, similem eferam interfecisset, sed si leonam prehendere potuisset, animum extulisse,
sibiq; in eo placuisse.

Subijcam hic ex monumentis Romanis iconem huius immortalis heroidis, ut Lector etiam
os fœmina contempletur, quæ propè omnes viros vicit, victum certè Alexander ab illa se hoc
loco professus est.

SEMIRAMIS BABYLONIA.



Plura de hac lib. 5. Multa de eadem fabulosa traduntur, quæ hic omitto. Hoc tamen postre-
num ex Aeliano l. 7. cap. 1. addo, seu fabula sit seu historia; nam apud nullum alium è veteribus
memini legere: recentiores certatim prædicant. De Semiramide, inquit, alij alia dicunt. Ea fuit inter 1.7. c.1.
omnes fœminas speciosissima, tametsi remissius & negligenter formam curabat. Cum autem venisset ad
regem Assyriorum, vocata propter famam pulchritudinis, ille ubi vidit, statim deperire eam capit. At illa
petit ab rege munus, stolam regiam, Asyrg, imperium ad quinque dies, & eorum quæ in hoc tempore ge-
rerentur, potestatem: neque frustrata est eam petitio. Cum verò collocasset eam rex super thronum, ipse q;
cognovit in sua omnia esse potestate, & à suo consilio omnia pendere, mandauit satellitibus, ut regem in-
terficerent. Atque sic Assyriorum imperium obtinuit. refert hoc Dinon. Muretus in 6. Variarum c. 17.
vnum duntaxat diem petijisse à Nino imperium scribit, & ille se ex Græcorum commentarijs ac-
cepisse id tradit, nec nomen auctoris exprimit.

ST Nihil PAR. DVXER. IN QVO M. LOCVS Es T) vbiunque rei benè gerendæ locus est,
ibi virtus exerci gloria & fama comparari & augeri poterit.

DOMESTICORVM INSIDIIS iam sapè per Attalum, Philotam, Hermolaum, & locios con-
iurationum intentatis: quibus tamen vltimò Babylone succubuit.

PHILIPPVS IN ACIE TVTIOR, QVAM IN THEATRO FVIT Redi ad librum 6. cap.
20. vbi Hegelochus ita loquitur: Quis pro aucto bnius Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Per-
diccam, occisos vltus est? Verum hoc esse quod hic Alexander affirmat, testatur historia sacra &
profana, Græca & Romana; atque adeo omnium prope gentium annales, in quibus leges impera-
tores, reges, principes, ab uxoribus, liberis, cognatis, amicis, familiaribus interfecitos. recognoscet
libros Regum in literis sacris, lege Herodotum, Iustinum, Suetonium, alios sexcentos. Nec id an-
tiquis duntaxat sacerulis apud biographos factitum intelliges, sed in recentiore historia, nostris
etiam seculis, & vltimis ferè his annis. Res in promptuest, nec infarciam exemplis per se paten-
tibus chartas: verum enim est, quod dicit Satyricus:

Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendent reges, & sicca morte tyranni.

SI OLYMPIAS MATER IMMORTALITATI CONSECRETUR) si per anobetwir refetur in numerum caelestium sed nihil erat opus illam immortalitati consecrare; consecravit illam factis Iuis filius. Alexander inquam, imò & ipsa se ipsam suis factis, vti sub finem libri 10. & vltimi ad illa Curtij verba docebo: *Soboles deinde excepit, imperfectis omnibus quicunque Alexandrum etiam longa cognatione contigerant.*

SI ME PRAECEPERIT F A T V M) nisi mors consilia mea interceperit & occuparit. Ita M.
Lde offic. Tullius loquitur: *Ingenū magni est precipere cogitatione futura.* Ita Lucretius (Lambino interprete)
n. 114. *hac voce vsus l. 6.*

*Propterea quia nimis prius astus vbi eris
Præcepit, ferriq; vias possedit apertas.*

*præcepit, id est, præoccupauit, vt probè Lambinus explicat, quamvis nonnulli legant percepit, sed
melior est scriptura præcepit, Lambino etiam probata.* Idem suprà:

Carbonumq; grauis vis atque odor insinuatur

Quām facile in cerebrum, nisi aquam præcepimus antē.

præcepimus, antē hausimus, bibimus. Ita Virgilius, Liuius, & optimi quiue scriptores hanc vo-
cem usurparunt. & hujusmodi deliciæ sermonis Romani fuissent ab Hadrianis, Iunijs, & Schoris
obleruanda.

STATIVA) æstiua, hiberna; stativa sunt militum sedes, quibus per hyemem, per æstum, aut
post longa itinera, aut labores conquiescunt, quod aliquandiu uno in loco resideant & consi-
stant. De quibus suprà etiam ex Vigeio disputauimus lib. 7. cap. 8.

C A P V T X L I I .

A R G V M E N T U M .

Colonia Græcorum Bactriana deficit, & relictis barbaris Græciam repetit.

Bec dum in Indiageruntur, Graci milites nuper in Colonias à rege de-
ducti, Carabactra, orta inter ipsos seditione defecerant, non tam Alexan-
dro infensi quām metu supplicij: quippe occisis quibusdam popularium,
qui validiores erant, arma spectare cōperant: & Bactriana arce, quātū
negligentius afferuata erat, occupata, barbaros quoque in Societatem de-
fectionis impulerant. Athenodorus erat princeps eorum, qui regis quo-
que nomen assumserat, non tam imperij cupidine, quam in patriam reuertendū cūtīs, qui
auctoritatē in ipsius sequebantur. Huic Bicon quidam nationis eiusdē, sed ob emulationem
infestus, comparauit insidias, iniurias, ad epulas per Boxum quendam Macerianum in
coniuictu occidit. Postero die concione aduocata, Bicon, ultero insidiatus sibi Athenodorum
plerisque persuaserat, sed alīs suspecta erat frans Biconis, & paulatim in plures cōpī
manare suspicio. Itaque Graci milites armā capiunt, occisi Biconem, si daretur occasio.
ceterum principes eorum, irā multitudinis mitigauerunt. Prater spem suam Bicon pra-
senti periculo ereptus, paullo pōst insidiatus auctoribus salutis sua est: cūtīs dolo cognito,
& ipsum comprehendērunt, & Boxum. Ceterum Boxum protinus placuit interfici, Bico-
nem etiam per cruciatum necari. Iamq; corpori tormenta admouebantur, cū Graci, in-
certum ob quam causam, lymphatis similes ad arma discurrent, quorum fremitus exaudito,
qui torquere Biconem iussarent, omisere, veritine id facere tumultuantum vociferatione
prohiberentur. Ille, sicut nudatus erat, peruenit ad Gracos, & miserabilis facies supplicio
destinati in diuersum animos repente mutauit, dimittiq; eum iusserunt. Hoc modo pēna
bis liberatus, cum ceteris qui colonias à rege attributas reliquerunt, reuertit in patriam.
Hac circa Bactra & Scytharum terminos gesta.

* lib. 17. p. 566. in fin. GRAECI MILITES) Principium huius capitū confirmat Diodorus * de defectione Græco-
rum in Colonias apud Bactra & Sogdianos distributorum. Interea, inquit, dum rex complutes
curationi vulneris dies insumit: Graci per Bactrianam & Sogdianam in Colonias distributi, quod &
iam pridem sedes inter barbaros asigillatas molestè ferrent, & tunc rumore defuncti ex vulnerē regis
arrigerentur, à Macedonum rege deficiunt: ad tria enim millia confuxerant; qui deinde cū ma-
gno redditum in patriam cōnatū tentassent, omnes post Alexandri interitum concisi fuerunt.
Ergo

EXPLANATIONES.

603

Ergo ut vides, huius defectionis occasio arrepta est ex rumore de morte Alexadri, cum alias etiam ad patriam aspirarent: sed viuo rege nemo audebat se commouere. Quæ sequuntur in hoc capite de Bicone, Athenodoro, Boxo, & tumultu militum sine teste narrantur à Curtio.

CARABACTRA)Ortelius corruptam putat vocem, & circa Bactra legendum existimat. Constantiensis MS. habet Garabactra. Glareanus existimat compositum ex Cara & Bactra, sicut Tyros Palætyros, Paphos, Palæpaphos. Fieri potest, vt dicta sint noua Bactra propter coloniam novam eō deductam. Ortelij tamen coniecturæ faret, quod Curtius ipse in fine capitum addat: Hac circa Bactra & Schytarum terminos.

OCCISIS QVIBVS DAM POPVLARIVM)Hūc ego locum ita intelligo, Græci partim Macedones, partim è reliqua Græcia regem secuti, & vel ob ætatem vel morbos bello iam inutiles, in colonias circa Bactra & Sogdianos nouas deducti, accepto, de morte Alexandri quamvis falsi nuncio, tumultuari cœpere, & ab Alexandro eiusque præfectis deficere; non tam quod regē hunc odissent, quam quod supplicium ob quorundam Græcorum seu Macedonum (omnes enim, ratione barbarorum, populares erant inter se Græci & Macedones) cædem commeritorum formidarent.

Qui validiores ergo ex seditionis erant, & pœnas metuebant, arma sumserunt arcemque Bactrianam in ipsis Bactris sitam, negligentius, quod custodes nullum externum hostem timerent, custoditam occuparunt, & ipsos Bactrianos, seu Bactris, seu in arce Bactriana Græcis & Macedonibus mixtos, seditionis, in societatem belli & defectionis ab Alexandre impulerunt. Factores erant duæ: alterius dux Athenodorus, qui cum suis patriam spectabant, & regis nomen tantisper assumerat, vt haberent seditionis, quem maiori auctoritate sequerentur: alterius Bicon itidem Græcae nationis (nam Athenodorum Græcum fuisse ipsa vox docet, & cum Bicon eiusdem nationis fuerit, Græcum fuisse oportet). Hic Athenodoro regium nomen & dignitatem, quam ipse affectabat, inuidebat, quem tamen odio per suorum fraudem dissimilato, per speciem amicitie ad coniuicium vocatum, inter ipsas epulas, per quendam barbarum gente Macerianum, Baxium nomine, adortus interfecit. Iam quæ ad finem vñque capitum sequuntur, satis liquent.

Hæc mihi vila Curtianæ narrationis tentativa à principio huius capituli usque ad illa: postero die. Paullò aliter Glareanus hunc locum in quadam animaduersione explicauit, cuius verba adscribo: illud, inquit, quod sequitur magis considerandum. Quippe occisis, inquit, popularium, qui validiores erant, rō popularium, Bactrianosne an Gracos sui corporis referat, obscurū est. Sunt, qui ita ordinē faciunt: Et occisis quibusdam, cœperunt spectare arma popularium, qui validiores erant, ut genitius popularium, regatur ab accusatio, arma. Quando Diodorus nono anno clare scribat, Græcos milites in Bactris contra Macedonas insurrexisse: videntur enim ex Macedonibus quosdam occidisse, & cum scirent hoc non impunè fore, conati sunt ad se allicere populares, hoc est, Bactrianos, qui validiores erant, quām Alexandri præsidium. idq; declarat manifestius arx occupata. Huic dubitationi haud dissimile est, quod post quinq; aut sex versus sequitur. Huic Bicon, inquit, quidam natione eius rō eius, amphibolon Bactrianene an Græca. Hæc Glareanus. Ego nihil dubito, quin per vocem populares Græci, siue illi Macedones, siue è reliqua Græcia essent, sint accipiendi, nō Barbari aut Bactriani. Nec verum est quod ex Diodoro affirmat Glareanus, Græcos milites in Bactris contra Macedonas insurrexisse; hoc non docet Diodorus, sed ait, Græcos colonos in Bactrianis à rege Macedonum defe. iste. Inter colonos autem erant tam Macedones, quām alii Græci, & tam Macedones ipsi quām alii Græci patria spectabant, vt supra audisti, vbirecubant regem ultra Hypasin & Gangem sequi; vbi, inquit, ille meorum Macedonum vultus non agnosco vos milites. Idem appetet ex libri 10. c. 6. Nec de Bicon vilia dubitatio, quin fuerit Græcus, non barbarus, cum eiusdem cum Athenodoro nationis eum fuisse Curtius affirmet.

MACERIANVM)Martianum putat legendum Glareanus, quod Marciani Medi essent. Omnia exemplaria habent Macerianos. Vnde ego coniocio à Macis dictos Macerianos, secundamque syllabam diphthongo αι, & latinè scribendam. Stephanus Μάρκας Ηρός περὶ ἡμαρίας (scribo καὶ γραμματικήν) Αγαθίας Maca populus inter Carmaniam & Arabiam. Carmani autem Indi sunt.

VLTROSIBI INSIDIA TVM)Iummæ improbitatis exemplum, cuiusmodi multa leguntur. PER CRVCIA TVM INTERFICI)ita meritus erat, si vera narrat Curtius.

POENA BIS LIBERATVS)primò per principes Græcorum, quibus mox conseleratus homo pro gratia sibi facta summoque beneficio, necem inferre, vt Athenodoro, conatus est, deinde per tumultum panicum Græcorum, liberatus.

REVERTIT IN PATRIAM)Diodorus* contrà, omnes post Alexandri mortem concitos affirmat.

* 1. 18. pag.
592. & seq.

* *

CAPUT XIV.
ARGUMENTVM.

Oxydracæ & Malli gentes se dedunt regi. Legati adhibentur conuiuio. Dioxippus prouocatus duello aduersarium vincit; furti per inuidiam falso insimulatus in se manus vertit.



Nterim regem duorum gentium (de quibus ante dictum est) c. legati adeunt. Omnes curru vebabantur, eximia magnitudine corporum, decoro habitu, linea uestes intextæ auro, purpuraq; distinctæ. Ei se dedere, ipsos urbes agrosq; referebant, per tot atates inuiolatam libertatem illius primum fidei ditioniq; permiseros. deos sibi deditiosi auctores, non metum: qui, peintactis viribus iugum excipere. Rex consilio habito deditos in fidem accipit, stipendio, quod Arachosias utræ natio pensabat, imposito. Præterea II. millia & D. equites imperati: & omnia obdienter à barbaris facta. Inuitatus deinde ad epulas legatis gentium, regulisq; exornari coniunctum iussit. Cenù aurei lecti modicis interuallis positi erant. lectis circu dederat aulae purpura auroq; fulgentia, quidquid aut apud Persas vetere luxu, aut apud Macedonas noua immutatione corruptum erat, confusis utriusq; gentis virtüs, in illo coniunctio ostendēs. Intererat epulis Dioxippus Atheniensis, pugil nobilis. & ob eximiam virtutem virium regi pernotus & gratus. Inuidi maligni q; increpabant per seria & ludum, saginati corporis sequi inuilem beluam. cùm ipso præluminirent, oleo madente preparare ventrē epulis. Eadem igitur in coniunctio Horratas Macedo iam temulentus exprobare ei capit, & postulare ut si vir esset, postero die secum ferro decerneret: regē tandem vel de sua temeritate, vel de illius ignavia iudicaturum. & à Dioxippo contemnit militarem eludente ferociā accepta conditio est. Ac postero die rex cùm etiam acrius certamē exposterent, quia deterre non poterat, destinata exsequi passus est. Ingens hic militū, inter quos erant Graci qui Dioxippo studebant, conuenerat multitudo. Macedonista arma sumserat, ereū clypeū, hastam quam sarissam vocat leua tenens; dextra lanceā, gladioq; cinctus velut cū pluribus simul dimicaturus. Dioxippus oleo nitēs & coronatus, leuapumiceū amiculum, dextra validam nodosumq; stipite preferebat. Ha ipsa res omnium animos expectatione suspedebat, quippe armato congregati nudum, dementia, non temeritas videbatur. Igitur Macedo basi dubius eminus interfici posse. lāceam emisit quā Dioxippus cùm exigua corporis declinatione vitasset, antequā ille hastam transferret in dextrā, assiluit. & stipite mediā eā fregit. Amiso utroq; telo Macedo gladiū caperat stringere, quē occupatum complexu pedibus repente subductis. Dioxippus arietauit in terram, erexitq; gladio pedem super cervicem iacentis imposuit. stipitem intentans elisurus q; eo viictum, ni prohibitus esset à rege. Tristis spectaculi euentus non Macedonibus modò, sed etiā Alexandro fuit. maximè quia Barbari affuerant. quippe celebratā Macedonū fortitudinē ad ludibriū recidisse. Hinc ad criminationem inuidorum adaptata sunt regis aures. & post paucos dies inter epulas aureū poculū ex composito subducitur, ministriq; quasi amississimi quod amouerāt, regem adeunt. Sapè minus est constantia in labore quam in culpa. Coniūctū oculorū, quibus ut far destinabatur, Dioxippus ferre non potuit. Et cū excessisset coniunctio, literis conscriptis qua regi redderentur, ferro se interemit. Grauiter moriem eius tulit rex, existimans indignationis esse, non penitentie testem. utiq; postquam falso insimulatum eum, nimium inuidorum gaudium ostendit.

DVARVM GENTIVM, DE QYIBVS ANTEA DICTVM EST C. LEGATI ADEVNT) Duas præclaras cōtinet res hoc caput, honorificissimam Oxydracarum & Mallorum nam illæ duas sunt gentes, de quibus antea dictū erat) legationem ad Alexandrum, quæ se & gentes suas illi dederunt. alterum est eximum duorum athletarum duellum, Horratæ Macedonis & Dioxippi Atheniensis, de legatione primum videamus.

CENTVM LEGATI) pertinebat hoc & ad gentium dignitatem, & regis maiestatem. Arizans his addit quinquaginta. Raro tam splendidam, & iulitrem, & numero lam, accum tanta pompa

pa*pro* institutam legationem reperies. Virgilius tamen magnificam adornat Aeneæ legationem ad regem Latinorum:

Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores angusta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donaq; ferre iubet, pacemq; exposcere Teucris.

7. Aeneid.

OMNES CVRR VEHEBANTVR) hoc quoque auctoritatem legatorum augebat, quando curtu, quasi triumphabundi magnifico corporum etiam grādium cultu exornati, velut reges, nō supplices vt vieti, aut rei, aut arma Alexandri metuentes regē adierunt. Porrō deditio[n]is caussam negabant metum, quod nempē adhuc vires gentium essent integræ & inuolatæ, nō infractæ aut debilitatæ. Sed deos ipsos sibi auctores esse, vt gentes suas Alexandro tanquam nouo deo ad eos à superis missio dabant, totosq; ei se permittant, quamuis nulli vñquam antea seruij silent, aut cuiusquam se iugo subiijlent. De eadem legatione Arrianus p. 132 133.

STIPENDIO, QVOD ARACHOSIIS VTRAQUE NATIO PENSIATABAT, IMPOSITO) si Malli & Oxydracæ Arachosiorum stipendiarij fuere, quomodo libertatem per tot æstates inuolatam iactabant? certè qui alteri stipendium pendit, illius seruus est. Inde apud Varro[n]em stipendiarij populi, qui stipem, id est, stipendia & æs militare pendebat. Hinc Ennius:

— Pœni stipendia pendunt.

Cicero etiam in Verrem, Hispanis & pleriq; Pœnorum, vestigal stipendiarij dicit impositū. Malli ergo & Oxydracæ, Arachosiorum serui stipendiarij fuere? stipendiarij quidē fuere, sed nō serui, nec regem vllum, nec magistratum extra suā gentem agnouere, nec ipsi vni alicui parebāt, sed rem publ. liberā habuere, suisq; legibus viuebant, quamuis Arachosiorum imperium agnoscerent, illisq; stipendia penderent, vt Pœni Romanis, qui tamen nullum ex Romanis vel prætorem, vel præsidem prouinciae, vel procōsulem ad excidium vsque suum admisere. Sed Mallos & Oxydracæ tutelæ potius causa aliquid dependisse crediderim Arachosij, alioqui prorsus liberos, vt apud Heluetos pagus Gersaujanus est nemini mortalium subiectus, qui tamen Schvizeris pedit Gersau. aliquid non subiectionis, sed protectionis, vt vocant, hoc est, tutelæ nomine.

EXORNARI CONVIVIVM IVSSIT) Diodorus nulla facta legatorum mentione, tantum ait magnificas epulas instructas, Athenæus verò l. 1. d[icit] p[ro]p[ter]e p[ro]p[ter]e. Sedebat, inquit, in cœnis heroës, non accumbebant qui mos, vt inquit Duris, etiam interdum seruabatur apud Alexandrum regem. Is enim aliquando quadringentos duces in sellis aureis & argenteis, veste purpureastratis, sedentes ac reclinatos, conuiuo exceptit Curtius tamen lectis recubuisse hic tradit. Et Athenæum reor de Susianis nuptijs locutum, quamquā de illis ipsis infra dixerit loquatur, & illius conuiuij nuptialis magnificetiam & pompam multis verbis describat. quem locum l. 10. ad Curtium adferemus. Arrianus de hoc præsenti conuiuio nullum verbum, vt nec Plutarchus, nec Instinus.

DIOXIPPVS ATHENIENSIS) hunc Athenæus in VI. παγκρατισὴν quinqueritionem appellat, Αριστοβλός, inquit, φυσικὸν καστανὸν διάζηπτον τὸν Αθηναῖον παγκρατισὴν τρεθύτος ποτὲ τὸ Αλεξανδρὺ καὶ ἄματος πέντε εἰτεν.

ἴχωροι πέτρες μαχάρεστι θεῖσι.

Aristobulus Kassandrus refert, Dioxippum Atheniensem quinqueritionem, cum vulneratus aliquando fuisse Alexander, manante sanguine dixisse:

Est sanguis qualis Diuus fluit ipse beatis.

Aelianus de eodem: Dioxippus pugil Olympionices Atheniensis, cum more pugilum Athenas introiret e-
ques, magnaq; hominū multitudo conflueret, atq; aliud spectandi cupiditate dependeret, in ipsis for-
mina forma decentissima visum accurrerat. Quā videns Dioxippus subitè pulchritudine victus, indefiniter fixos in mulierem oculos habuit: conuersusq; & vultu in plurimos colores mutato, animaduersus est ab omni multitudine non oscitanter neq; ociosè sœminā contemplari. maximè verò hunc eius affectū redarguit Diogenes Sinopensis. Etenim aureum speculū operis Corinthij vendebatur, in quo ille (demōstrato pugile) dicebat ad proximos: En pugilem vestrum magnum, quemadmodum puella ei cervicem confringit. Plinius l. 35. c. 11. Dioxippum hunc ab Alcimacho depictum laudat, qui pancratio Olympiæ ci-
tra pulueris iactum, quod vocant ἀκοντί, vicit.

Fuit & aliud Dioxippus Atheniensis Comicus, de quo Suidas.

PVGIL NOBILIS) de pugilatu, qui fuit inter gymnica certamina, multis paſsim locis Petrus Faber in Agonisticis, Mercurialis de arte gymnaſtical l. 2. c. 9. De pugilatu, & p[ro]ncratio, & cestibus inscripto. Alexander odit hoc genus certaminis, vt in vita eiusdem docet Plutarchus.

HORRATAS MACEDO) sequitur descriptio nobilis duelli inter Horratā & Dioxippum, in quo Dioxippus cum ingenti Græcorū applausu & Macedonū rubore vīctor ē certamine discessit. Hanc narrationem videtur Curtius propè ad verbū descripsisse ē Siculo & latine vertisse. Siculū ipsum adiūtū cum interprete, apud quem Horratas audit Coragi, seu Corragi, sicut & apud Aelianū. pag. 567.

Aelianus à Dioxippo omnino interfictū ait, Dioxippus, inquit, in Alexātri Macedonumq; præsetia, correpta clava, Corragum armatum ex Macedonibus ad certamē prouocauit: & cum ei hastā excusisset,

vi rapuit hominem cum armis, & iacentis collū calcavit, strictoq; gladio ipsius, quo cinctus erat, armatum interemit quamobrem Alexander illum odio habuit, quod cum videret, animum despedit, & tristitia mōre q; confectus, viuere desit.

DIOXIPPVS OLEO NITENS ET CORONATVS) Luctatores, & pancratiaſtæ potissimum vngebantur, non item pugiles, aut curlores, ut docet Mercurialis l. i. c. 8. Faber tamen etiā pugiles ait inunctas gestas leves tætes, sed nō nisi ad subligaculum aut campestre, vocē vestis refert li. 2. c. 2. nudum certe ait Dioxippum Curtius fuisse, nisi nudum exponas inermem comparatione Horrata, coronatus autem, veluti vel prioribus olim certaminib; victor, vel quasi certus de futura etiam cum Horrata vicit. De coronis multa Faber in Agonisticis.

Röſten- PVNICEVM) pheniceus castaneatum colorem imitatus, spadix ad rubrum accedit, & est in- braun.

EXIC VA'CORPORIS DECLINATIONE) Cicero in Catilinam prima: *quot ego petitiones tuas ita coniectas, vt vitari non posse viderentur, parua quadam declinatione, & vt aiunt, corpore effugi!*

QVEM OCCUPATVM) in stringendo gladio. dum vagina educere conaretur gladium, ante uertit, arreptumque subductis & elitis pedibus deiecit in terram.

ARIETAVIT IN TERRAM) elegans metaphora. apud Ciceronem In Bruto Accy ita loquitur x. dediuin. Tarquinius Superbus:

*Visum est in somnis pastorem ad me appellere,
Duos consanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine:
Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque iactu me ad casum dari:
Ex in prostratum terra grauiter saucium
Resupinum, in celo contueri maximum
Ac mirificum facinus*

Virgilii quoque vsus est hac voce x. i. Aeneid. extremo:

*Pars in precipites fossas vrgenteruina
Voluitur: immisus pars cæca, & concita frenis
Arietat in portas, & duros obijce postes.*

ELISVRVSQVE EO VICTVM, NI PROBITVS ESSET A REGE) Aelianus omnino in- terfectum ait. Siculus cum Curtio facit. Aelianus, ex eo, refert, Dioxippum Alexandro iniulsum fuisse, tum luctu & mōre confectum interisse. alia omnia, ut sequitur, Curtius & Diodorus.

AD CRIMINATIUS IN VIDORVM) sequuntur arcæ aulicæ, quibus petitus & circumue- tis Dioxippus perire, ut antea Sisenes, & postea Orsines. Nec est exitiosior pestis per aulas impe- ratorum, regum, principum grassari paſsim suera.

SAEPE MINVS EST CONSTANTIÆ IN RUBORE, QVAM IN CULPA) inde gnomæ apud Gruterum ex his verbis concinnata.

Sapius minus in rubore est, quam in culpa constantia.

Maior s̄apè rubor & verecundia inest innocentibus, quam peccantibus & nocentibus, ut si idem flagitium obijcas castæ virginis & prostibulo, quia illi insolens est eiusmodi criminatio; hęc iam antē depuduerat.

NON POENITENTIAE TESTEM) cum adhuc nesciret innocentem fuisse, & per improbo- rum inuidiam circumuentum.

INDIGNATIIS) indignè ferentis, quod notaretur digito propter sublatum aureum pocu- lum, cùm plus meritus videatur. Ita Alexander interpretabatur voluntariā Dioxippi cædē, prius quam eius innocentia deprehensa esset, quam aperuit gaudium improborum ex morte innocen- tis captum.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM.

Gentium duarum legati dimissi & reuersi ferunt munera. Rex varias gentes & oppida expugnat.



Ndorum legati dum ſi domos paucis poſt diebus cum donis reuertun- tur, CCC. erant equi, mille xxx. currus, quos quadrigie qui ducebāt. Lineæ & vestis aliquantum, mille ſcuta Indica, & ferricandidi talenta centum, leones q; rara & magnitudinis, & tigres. virumq; animal ad mā- fuetudinem domitum; lacertarum quoq; ingentium pelles, & dorsa te- ſtudinū. Cratero deinde imperat rex, haud procul amne per quē eraſt ipſe nauigaturus, copias duceret. Eos autem, qui comitari eum ſolebat, imponit

imponit in naues, & in fines Mallorum secundo amne deuechitur. Inde Sabracas adgit validam India gentem, quæ populi, non regum Imperio regebatur; Lx. millia peditum habebant, equum Vl. millia: has copias currus D. sequebantur. tres duces spectato virtute bellica elegerant. at qui in agris erant proximi flumini (frequentes autem vicos maxime in ripa habebant) vt videre totum amnem, qua prospici poterat, nauigij corstratum. Et tot militum arma fulgentia territi noua facie, deorum exercitum, & alium Liberum patrem, celebre in illis gentibus nomen aduentare credebant. Hinc militum clamor, hinc remorum pulsus, variaque nautarum voces hortantium, pavidas aures impluerant. Ergo uniuersi adeos qui in armis erant, currunt, furere clamitantes, & cum dijs pralium inturos, nauigia non posse numerari, qua inuitos viros veherent, tantumque in exercitum suorum intulere terroris, ut legatos mitterent gentem dedituros. His infidem acceptis ad alias deinde gentes quarto die peruenit. Nthilo plus animi his fuit, quam ceteris fuerat. Itaque opido ibi condito, quod Alexandriam appellari iuaserat, fines eorum qui Musicanis appellantur, intravit. Hic de Tertiole Satrapa, quem Paropamisadis præficerat, ijsdem arguentibus cognovit, multaque auarè ac superbe fecisse coniunctum interfici iussit. Oxar tres prætor Bactrianorum non absolutus modò sed etiam amplioris imperij donatus est finibus. Musicanis deinde inditionem redactis, vrbi eorum præsidium imposuit. Inde præstos & ipsam India gentem peruentum est. Porticanus rex erat, qui se munixa urbi cum magna manu popularium inclusus. Hanc Alexander tertio die quam cœperat obsidere, expugnauit: & Porticanus cum in arcem configisset, legatos de conditione deditios misi ad regem. Sed antequam adrent eum, duaturres cum ingenti frago reprociderant, per quarum ruinas Macedones euasere in arcem, quacapta Porticanus cum paucis repugnans occiditur. Diruta igitur arce, & omnibus captiuis venundatis, Samiregis fines ingressus est: multisque opidis in fidem acceptis validissimam gentis urbem cuniculo cepit. barbaris simile monstri visum est rudibus militarium operum: quippe in * xxx. M. media ferme armati è terra existebant, nullo suffris specus ante vestigio facto. * DCCC. Indorum in ea regione casa Clitarchus est auctor, multisque captiuis sub corona venisse. Rursus Musicanis defecerunt, ad quos opprimendos missus est Phyton, qui captum principem gentis, eundemque defectionis auctorem adduxit ad regem. Quo Alexander in cruce sublatu, rursus amnem in quo classem expectare se iuaserat, repetit. quarto deinde die secundo amne peruenit ad opidum, quod in regno erat Sami. Nuper se ille dediderat, sed opidi detrectabant imperium, & clauserant portas: quorum paucitate contempsere. D. Agrianos mænia subire iussit. & sensim recedentes elicere extra muros hostem, secuturum profecto, si fugere eos crederet. Agriani (sicut imperatum erat) lacesito hoste subito tergaverterunt: quos barbari effuse sequentes, in alios, inter quos ipse rex erat, incidunt. Renouato ergo prælio ex III. millibus barbarorum DC casi sunt, mille capti, ceteri manibus urbis inclusi. Sed non ut prima speie leta victoria ita euentu quoque fuit: quippe barbari veneno tinixerant gladios; itaque saucy subinde expirabant: nec caussa tam strenua mortis excogitari poterat à medicis, cum etiam leues plaga insanabiles essent. barbari autem sperauerant, incautum & temerarium regem excipi posse. & forte inter promissimos dimicans, intactus tameneus serat. Præcipue i. tolemaeus lauo humero leuiter quidem sauciis, sed maiore periculo quam vulnere affectus, regis sollicitudinem in se conuerterat sanguine coniunctus erat, & quidam Philippo genitum esse credebant: certè pellice eius ortum constabat. Idem corporis custos promissimusque bellator, sed patis artibus quam militia maior & clarior, modico ciuilique cultu liberalis imprimis, adiuuque facilis, nihil ex fastu regio assumserat: ob hac regiam popularibus clarior esset, dubitari poterat. tunc certè primùm expertus suorum animos, adeò ut fortunam in quam postea ascendit, in illo periculo Macedones ominati esse videantur: quippe non leuior illis Ptolemai fuit cura quam regis, qui & prælio, & solitudine fatigatus, cum Ptolemaeo assideret, lectum in quo ipse acquiesceret, iussit inferri. in quem ut se recepit, protinus altior inscetus est somnus. ex quo excitatus, per quietem vidisse se exponit speciem draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni remedium esse monstrasse. colorem quoque herbare referebat, agnitorum si quis reperisset affirmans, inuentamque deinde (quippe à muleis simul erat requisita) vulneri imposuit. protinusque dolore finito, intra breue spatiū cicatrix quo-

quoque obducta est. barbaros ut prima spes fecellerat, se ipsos urbemque dediderunt. hinc in proximam gentem Pathaliam peruentum est. Rex erat Maris, qui urbe deserta in montes profugerat. itaque Alexander opido potitur, agrosque populatur. magna inde præda acta sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti.

MILLE XXX. CVRRVS) Arrianus quingentos tantum numeravit. nemo tam accurate dona Mallorum & Oxydracarum expressit, quam Curtius. Diodorus omnia tacuit, nec apud Plutarchum vlla mentio. Arrianus generatim dona, quæ apud Indos amplissima censentur, allata dicit.

QUADRIVG 1) in morem triumphantium iuncti in uno versu, non binis le mutuo sequentes, vt hodie fit.

LINEAE VESTIS) de lino Indico suprà dictum cap. 17. 1. 8.

MILLE SCVTA INDICA) Arrianus in Indicis: In sinistra, inquit, pelta ex crudo corio buculo, angustiores, quam ij qui eas gestant, longitudine propè æquales.

FERRI CANDIDI TALENTA CENTVM) exaginta millia aureorum efficiunt centum talenta argenti, miserunt autem tantum candidi ferri, vt tantam summam efficeret, quæ quidem summa parua esset, si nihil aliud misissent. Sed reor tanti æstimatum, quanti aurum. candidum

* lib. 34. p. 818. porro aut natura fuit eiusmodi, aut arte factum & politum. Sericum optimæ notæ Plinius affirmit * apud Seres Indos erutum. Ex omnibus autem generibus, inquit, palma serico ferro est. Lu-

* Vide Ex- ris consultis l. fin. §. species ff. de pub. appellatur ferrum Indicum. De ferro. inquit, Ctesias * quod cepta ex in fundo huius fontis extat: ex quo duos gladios se habuisse dicit ipse Ctesias, vnum à rege, alterum à regi matre Parysatide donatum. Id ferrum si in terram desigatur, nebulas & grandines turbinesque auer-

tere: & seipsum bac vidisse, rege bū periculum faciente, commemorat. Plinius lib. 34. c. x i v. de natura ferri toto capite disputat, & sericum maximè laudat, sed de candido, quod meminerim, nihil. De ferri natura, viu, præstantia, expoliandi modo librum singularem composuit Nicolaus Mon-

radus.

L. 15. p. 483. TIGRES) de leonibus dictum suprà c. 5. de tigridibus S. r. bonem paucis audi, Megasthenes vel p. 506. auctor est. Tigres apud Praios gigni, magnitudine duplos ferè ad leonem, adeo robustos, vt unus de manus à quatuor hominibus ductus, mulum posteriore pede apprehenderit, atq; ad se pertraxerit. Plinius toto capite 18. 1. 8. Gesnerus de animalibus.

VTRVMQVE ANIMAL AD MANSUETUDINEM DOMITVM) de domitis tigribus multa à nobis dicta ex Aeliano, & alijs, ad xvii. epigramma Martialis lib. Spectac.

Lambere securi dextram consueta magistri

Tigris, ab Hircano gloria rara iugo.

De leone dictum etiam spectac. ep. 9. Et lib. 1. epig. de omnis ferè generis domitis fe-

rīs.

ep. 105. seu
84.

Picto quodd iuga delicate collo

Pardus sustinet, & quæ sequuntur.

Sed tu Gesnerum consule, hæc omnia copiosè pertractanrem de animal. quadrupedi- bus.

* 1. 8. c. 39 LACERTARVM QVOQVE INCENTIVM PELLES) In Nysa Indiae monte Plinius * lacertasait longitudine 24. pedum reperiri. Tradit etiam Geſnerus quædam ex Bellonio.

DORSA TESTUDINVM) concharum, conchyliorum, testudinum, ostrorum, ostracoder- maton, testarum, cochlearum tanta est varietas, vt propè innumerata horum sint tormæ & dis- crimina. terga horum & cutes, & testacea oportenta Curtius vocat dorsa, quorum haud dubie ingens numerus est Alexandro collatus, vt regi admirationem mouerent. accedebat magnitudo & varietas testarum, de quibus toto lib. 3. copiosissimè Ulysses Aldrouandus de Testaceis, vbi & iconas ferè sexcentas testudinum & ostrorum expressit, quæ Dei iplius infinitam sapientiam potentiam & prouidentiam ostendunt. Tu tantum * Plinius locum de Indicis testudinibus inspi- cias, vt rem Alexandro & posteritatis admiracione dignam credas, ab Oxydracis & Mallis mu- neris & honoris nomine repræsentata.

HAVD PROCVL AMNE) Indo ex Curtij sententia, iam Hydaspe & Acesine aucto, vt su- prà cap. 8. docuerat. Sed * Arrianus, (cui facilè hic subscribas) per amnem Hydraotem à Mallis nauigasse, donec veniret ad confluentem Acesinis & Hydraotis, tum perrexisse donec ad Indi & Acesinis confluentem appelleret.

INFINES MALLORVM) nam omnia ante hac gesta apud Oxydracas Curtius acta docuit, cùm, vt monui, alij apud Mallos facta affirmarint.

* pag. 133. SABRACAS) Agastanos Arrianus a appellat, Sambestas Diodorus, b qui de his plura.

Plutarchus pro more suo nihil enucleatè in hoc genere, cùm dīs, inquit, sacrificia fecisset, iterū concendir naues. Intransitu latum tractum, yrbesque amplas domuit.

EX. MILLIA PEDITVM. VI. EQVITVM) perscriptum fuerat antea mendoſiſſimè vi. millia peditum, viii. millia equitum. quomodo cum vi. millibus peditum, & octo millibus equitum, hoc eſt, quatuor decem millibus contra centum viginti millia ducentem, & victorem gentium ausi fuſtē non dicam dimicare, ſed vel ē longinquo comparere? Ex Diodoro igitur, quem plerunque ſequitur Curtius, reſcribo, lx. millia peditum, vi. millia equitum, vt peditū numero ex proportione etiam equitum numerus reſpondeat.

TOTVM AMNEM NAVIGIIS CONTRATVM) nō amnem tantum, ſed ripas etiam, vii. Diodorus teſtatur, milite occupatas, qui ſecundum ripas armatus incedebat.

LIBERVVM PATREM) nihil de hac realij, & videtur commentum Curtij, ſed opportunum & probable, ſi non verum.

AD ALIAS DIE QVARTO PERVENIT) ad Sodras & Maſſanos, vt eſt apud Siculum, Sogdas apud Arrianum, non Sogdiano; quibus Oſſadios addit liberos quoque populos.

OPIDO IBI CONDITO QVOD ALEXANDRIAM APPELL. IVSSERAT) teſtes Siculus & Arrianus, quamuis hic nomen non exprimat.

MUSICANI APPELLANTVR) Musicani vergunt maximè ad Auſtrum, vt ait Strabo. Pto-
lomæus Suficanam regionem vocat. Regnum & regionem ex Onofcrito, laudat Geographus in
xv. vbi & gētis mores & terre ingenium deſcribit, que tibi ex illo reddo: Multus eſt, inquit* Stra-
bo, in Musicani terra commendanda, nonnulla incolis eius cum alijs Indi communia memorans, vt de lo-
gitudine vita, quod centum & triginta viuant annos, nam & Seres hiſ longauiores dicuntur. Item de vi-
ta frugalitate & ſalubritate, quanquam regio rebus omnibus abundet. Id eis proprium eſt, quod Laconico-
rum in morem Syſtiorum cibum in publico capiunt. item, quod opſonium venatione querunt: & auro &
argento non utuntur, quanquam metallis abundant. Item quod adolescentibus at ate integrū loco ſeruo-
rum utuntur, quemadmodum Cretenses Aphaniotis, & Lacones Helotibus utebantur. Item, quod nullas
armis exquifitè diſcunt, prater medicinam, nam in quibusdam nimium exerceri, vt in bellicis ac ſimilibus,
maleſificum putant. Ac quod iudicū ſys non eſt niſi cadiſ & contumelia, cum homo praſtare non poſt, ne
ſys adſciat ur: qua verò in contrachibis fiunt, ea ſint penes vnum quemque, ideo ferendum eſſe, ſi quis fidem
violarit: ſed videndum cui credatur, & non implendam eſſe vrbeſ controuerſyſ. Et ſuprā ex Ariltobu-
lo: In Musicani regione frumentum sponte naſci tritico perſimile ait, itemque vites viniferas, cum cæteri
vino carere Indianam dicant, adeò vt nec ibi tibia ſit, vt Anacharsis aiebat, nec ullum aliud musicum inſtru-
mentum, prater cymbala & tympana & crepitacula, quibus vti praſtigatores ſolent.

MUSICANIS IN DITIONEM REDACTIS) coniungam quæ ad Musicanos pertinent:
poſtea regrediar ad ea, quæ inſeruntur de Teriolte & Oxatre Satrapis. De Musicano rege &
Musicanis planè contraria narrant Arrianus & Siculus. Curtius neutri repugnat, ſed generatim
dicit vrbi Musicorum praesidium impositum. Diodorus a Musicum interfectum ab Alexan-
dro, b Arrianus non ſolum vita donatum, ſed regno reſtitutum ait. Siculus autem tribus verbis:
Hinc ad Musicani regnum peruenit, quem captum interermit & gentem ſua ditionis fecit. Poterunt ta-
men scriptores hi inter ſe reconciliari. Nam quod vno verbo Diodorus ait captum & interer-
tum, hoc poſtea teſtatur Arrianus, cum Musicum regno ſuo reſtitutum ab Alexander deſe. ille
narrat, captoque gulam laqueo fractam. Dum haec geruntur, inquit Arrianus, Musicani defectio nun-
ciatur, quapropter Pythonē Agenoris filio, satrapa, cum idoneo exercitu in eum miſſo, ipſe vrbes Musicano
ſubditas adortus, alias direptas ſubuertit, alijs praefidia imposuit, arcesque in ſys extruxit. His gestis ad ca-
ſtra & clafsem redit, quod Musicanus à Pythonē captus adducitur: Alexander illum in ſua regione laqueo
ſuſpendi iubet, vnaq, cum eo quoq Brachmani Musicum ad defectionem inſigitarant.

HIC DE TERIOLTE) Variè corruptum eſt huius ſatrapæ nomen, ſicut & ipſe varijs ſuper-
biæ, auritiae, improbitatis vitijs corruptus erat, & eo nomine etiam interfectus fuit, vt Curtius
telatur; abdicatus tantum, vt Arrianus docet, qui Tiryeſtem velut alterum Thyeſtem appellat.
editioſe antiquiores Curtianæ Desteriolem.

MVLTAQVE AVARE ET SUPERBE FECISSE) oratoria & accuſatoria formulæ. Cic. in
Verrem.

PAROPAMISADIS) De his ſuprā c. 4. l. 7. ſed nihil de Teriolte.

OXATRES PRAETOR BACTRIANORVM) crediderim hunc ſocerum fuſſe Alexandri,
propter Roxanem filiam, de quo lib. io. c. 6. Ipſe Oxatrus Perſa filiam mecum in matrimonio, iunxi.
Sed lib. 8. c. 10. videtur Cohortarum patrem Roxanes nominasse. quanquam ibi hiatus eſt in
Curtio, & nomen Oxatris deſideratur.

Arrianus hoc loco Tiryeſtæ ſubiungit Oxyartem Paropamisadis pretorem datum. & Curtius
dicit non ſolum abſolutum, ſed maiore dynaſtia donatum. Bactrianis ergo & Paropamisadis
praefuit, & poſt Alexandri mortem ſolis Paropamisadis, & qui Caucasus montibus ſubiecti ſunt,
vt eſt apud Dexippum. Addit rurſum in frā hoc ipſo loco Arrianus totius regionis, quæ à conflu-
entibus Acesinis ad Indi ad mare vſque pertinet Oxyartem & Pythonem ſatrapas conſtitutos.
Eſt & alius Oxatres Darij frater, quem ſuprā non ſemel laudauimus, inter amicos Alexandri
reſcriptus.

INDE PRAESTOS) Confundunt aliqui hos Praestos cum Pharrasijs, & Prasijs seu Brasijis, de quibus suprà ca. 4. dictum. De Praestis nulla apud alios, quod si iam, mentio de rege tamen eorum Porticano propè omnes. Quæ Ortelius in tabulis & thesauro adferit, tantum ex Curtio petita sunt.

* pag. 134 **POR TICANVS REX ERAT**) Eodem nomine Porticanus apud Siculum est, qui de eodē eadem plura memorat: Arrianus * Oxycanum præsidem prouinciae, non regem appellat Sed res eadem cum Curtio & Diodoro.

Geographus Porticanum cum Curtio vocat:

* pag. 135 **SAMI REGIS FINES INGRESSVS**) De Musicanis, Porticanis seu Oxycanis, Praestis, Sogdis, Sabis seu Sambis ita Glareanus: Strabo, Diodorus, ac Arrianus Musicanum, regem faciunt; Curtius populum. Arrianus Paropamisadarum satrapen, non Tyriesten: Curtius Desteriolem. Praestorum regulum Curtius Porticanum. Arrianus Oxycanum nominat. Pro Praestis Sogdios ponit Arrianus Strabonis codices Porticanum quoque habent, vt quidam Curti codices. Ita paulo post, Sabi, in Arriano Sambi, pro rege: ex quo Diodorus populum facit. Item paulo post octo millia Indorum cæsa: in quibusdam Curti libri legitur, quum Diodorus suprà octoginta millia cæsa tradit. Porrò urbem, ad quam Ptolemaeus Lagi vulneratus est, Diodorus Harmata vocat, & Brachmanam urbem facit, Curtius Sabiregis urbem. Strabo libro 15. Inter Oritas hosce numerat, vbi de Ptolemaeo vulnerato. Tanta nominum locorum, ac historia confusio apud autores, vt referre pudeat. ad alia properemus.

Quid pudeat? perinde in Romana historia, vñica tamē gente, variant scriptores. Confer Polybium cum Liui, Liuium cum Tranquillo, ac deinceps alios atque alios, sèpè animaduertes de eadem realios atrum, alios album denarrare, vt hodie nulli inter se heretic: (vti nec olim) contentiunt. Liuius ipse testatur sèpè eos qui ante se de rebus Pop. Rom. scriplerunt dissentire, cum Fabium, Quadrigarium, & alios inter se comparat.

SAMI REGIS) Sambum appellat Arrianus, * apud quem de hoc plura. Fuit Sambus etiam Indiæ fluuius Arriano in Indicis, à quo terra & rex fortasse nomen traxerunt. Plura Siculus de rege Sambo, Plutarchus Sabbam appellat, eumque à Brachmanis ad defectionem solicitatum ait, qui de Brachmanis subiicit quæ nos supra retulimus, vbi de Calano dictum. Iustinus Ambigerum, Orosius Ambiram appellat.

VRBEM CVNICVLLO CEPIT) de cuniculis militaribus suprà lib. VII. cap. 16. actum Martialis in IIII.

Gaudet in effosis habitare cuniculus antris,
Monstrauit tacitas hostibus ille vias.

IO CCC. INDORVM IN EA REGIONE CAESA) neque numerus iustus est, neque synaxis; Quis enim ita loquitur, octingenti Indorum cæta, vel octingenta Indorum cæsa, nisi millia subaudiatur: optimè contra: octingenta millia cæsi. Editio Coloniensis Allobrogum, octo millia Indorum cæsa. Diodorus, vt legisti, octoginta millia posuit. οπτας ὀκτώ μυριάδας κατέκοψεν. super octoginta millia barbarorum deleuit. Si legas octingenta millia, nimium numerus excrescit occisorum, si octo millia exiguis est pro totius regionis ratione, cum Siculo profecto legerim octoginta millia, ita vt pro octingentis vel octo millibus reponendum putem LXXX.M.

* pag. 569,

AD OPIDVM QVOD IN REGNO ERAT SAMI) hoc opidum Diodorus * Harmateliam appellat, & Brachmarum urbem fuisse ait, ibique vulneratum Ptolemaeum: qui de his omnia copiœ.

IO AGRIANOS) Leuis armaturæ equites, sed expritos, vt hodie Pannones seu Vngari sunt, magno passim vñi fuere Alexandro, vt è III & IV maximè constat. ex Poenia gentes, quæ inter Hænum & Rhodopen sedes habuit. de quibus suprà largius dictum.

* lib. 18. p. 436.

VENENO TINXERANT GLADIOS) acriter inuehitur Plinius * in eos, qui venenis ad hominum exitium abusi sunt, quasi non sat multæ ad interitum hominis viæ sint: nullam feram alieno veneno pugnare,

De trist. l. eleg. 10,

Et Ouidius de Sarmatis seu Getis queritur:

Pars cadit humatis misere confixa sagittis;
Nam volucriferro tinctile virus inest.

Et l. 5. eleg. 77.

In quibus est nemo, qui non coryton, & arcum
Telaq, vipereo lurida felle gerat.

De Ponto l. 1. eleg. 2.

Qui, mortis seu geminent ut vulnere caussas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.

Sed puto ego plures beneficijs per cibos & potiones, quam telis venenatis interijsse.
Lurida terribiles miscent aconita nouerca.

Hinc tot à medicis excogitata alexipharmacæ, theriaca, Mithridatica.

TAM STRENVÆ MOR TIS) noui morbi & incogniti tam cito non reperiunt amuletum; ubi causæ deprehensæ sunt, facilis sèpè medicina.

PTO-

PTOLEMÆVS LÆVO HVMERO LEVITER SAVCIVS) hanc de Ptolemæi vulnera, & periculo, & curatione historiam complures tradidere; Cicero imprimis de diuinatione 2. Strabo in 15. pag. 497. Iustinus l. 12. pag. 125. Orosius. Omnia clarissimè Diodorus, cuius verba suprà collocaui, quem fecutus est Curtius, sed doleo à nullo scriptorum, herba à dracone Alexandre ostensæ speciem, aut nomen, aut formam expressam, quam diu nec quicquam quæsiui, rebar dracunculum vel dracontion dici, de quo multa herbarij, sed incerta ex nomine conjectura.

PELLICE EIVS ORTVM CONSTABAT) Pausanias in Atticis lib. i. Ptolemaum quidem Maledones re Philippi Amynta filij, verbo Lagi filium fuisse existimant. eius enim matrem uterum ferentem à Philippo, Lago uxorem datam ferunt. Fuit ergo Ptolemaeus frater Alex. Magni ex patre. Elegans est iocus seu potius con uitum cuiusdam grammatici in Ptolemaum, quod ita habet. Cum ut est in apophthegmatis Ptolemæi) grammaticum notasset in scita, quarens ab eo, quis esset Pelei pater, vicissimq; audisset, dic tu prius quis sit Lagi pater, amicus inuitantibus ad tantæ improbitatis vindictam, Si regum est, inquit, non pati, ut à quoquam dicto attingatur, nec illud regum est, quenquam dicto laceſſere. Inique petit vindictam, qui prior laceſſuit, cuiuscunque dignitatis fuerit, nec suæ dignitatis meminiſſe debet, qui referitur, cum eius prærogatiuam laceſſendo depoſuerit. Lagus homo obscurus erat Ptolemæi, ut ferebatur, pater. Obiectit ergo tacite Ptolemaeo patrem eius vel obscurum esse & terræ filium, vel ipsum ex adulterio suscepturn, cum Philippi regis F. crederetur.

FORTVNAM IN QVAM POSTEA ASCENDIT) rex Aegypti factus, à quo omnes poltea reges Aegypti, Ptolemæi dicti, quoad Aegyptus ab Romanis, deuictis regibus, in prouinciæ formam eit redacta. De hac re infrà sub finem ultimi libri plura.

COLOREM QVOQVE HERBÆ) nec colorem, nec odorem, nec saporem, neque nomen quidem apud ullum auctorem memini legere. Apud Dioscoridem tamen lego, quomodo id genus vulnera toxicata, & quibus herbis fuerint curata: sic enim ille lib. 2. parabilium cap. 140. * πρὸς τοὺς θελέντας ὑπὸ βίλης φαρμακωθέντοις. εἰς τὰ τοξεύμενα δὲ θητηρίας τὸ ξιφόφαρμαχοῦ, ἀρμοῖς ὅπερ σιδηρίς πινόμενοι μετ' οἴνῳ, καὶ θητηρίου τοῖς θάμνοις μετά λευκῷ Τῷ θερμαλεκῶν ἀποθεμάταιροι. Iis, qui venenato telo gladioue icti sunt, conuenit, laserpitij liquor è vino potus, itidemq; vulneribus impoſitus cum decocto aliquo calfaciente.

BARBAROS) seu Harmatelios, seu Oritas, seu Brachmanas.

PATHALIAM) Patalenam vocat Geographus a, illamque per Indum in duos alueos diuisum, a p. 482. sit, factam, quam ibidem fusè describit Arrianus b, qui & Patalam urbem primariam appellat, b p. 135. & multaque alia adiungit, quæ apud ipsum leges. Quibus & Philostratum c, de eisdem plura narran- de rebus Indicis tem, & Eustathium d ad Periegetem addes.

Maffæus Cambaiae oram facit Patalenam. Hunc Maimanes regionum peritus præter littus Ar- c lib. 3. pag. bum superato finu Persico ad insulam & oppidum ora Cambaica seu Patalena Diuum adduxit, quam 134. regionem priscis Carmaniam fuisse nonnulli recentiores falsè putarunt. D'alecampius cum Maffæo d p. 134. r. 5 sentit: Patalis, inquit, nunc Cambaia regnum, veteri lingua Indorum hoc significat insulam triangularem, qualis est Cambaia. Patalem adhuc Indi vocant, nunc Patam Diupætam opidum populosisimum, & mercatura celeberrimum. Fuit triquetra figura, vt Plinius ait, & Græci similem litteræ affirmant, quod idem est. Stephanus, Πάταλα πόλις Ινδική, λέγεται δὲ Καπαλητόντη, Πα- ταλητης καὶ Παταλητός. Patala vrbis Indica, quæ & Patale dicitur. Poſſeuim, Patalenicus & Pata- leus. Benè Ortelius hanc insulam in expeditione Alexandri exprelit. Ptolemaeo, vt & Geogra- pho Patalene, Plinio * Patales, In eadem, inquit, India Patalis celeberrimo portu, sol dexter oritur, * l. 2. p. 322. vmbra in meridiem cadunt, Septentrionem, ibi Alejandro morante, annotatum, prima tantum noctis parte aspici, & ealoca appellari Ascia, nec horas dinumerari ibi. Videlur quibuldam Potana, de qua Si- culus l. 3. vbi de fortunatis Intulis agit, ad has vndique mērcatores commeant, in primis à Potana, quam Alexander ad Indum flumen condidit, vt commodam in illa Oceani ora nauium statio- nem haberet.

REX ERAT MOERIS(huius regis nomen extra Curtium nusquam legi.

CAPUT XVI.

ARGUMENTVM.

Per amnem ad Oceanum peruenit, ex æstu maris
classis vltimum discrimen adit, iubet explorari
Oceani naturam, oppida condit.

Dicitur deinde sumis amnis peritis, defluxit ad insulam medio ferme alueo enatam. Ibi diutius substere coactus, quia duces socordius asseruati profugerant, misit qui cōquirerent alios: nec repertis, peruicax cupidio incessu visendi Oceanum, adeuntique terminos mundi sine regionis peritis, flumini ignoto caput suum totq. fortissimorum virorum saltem permittere. nauigabant ergo, omnium per quæ ferebantur ignari, quantum inde abesset mare, quæ gentes tolerent, quam placidum amnis os, quam patiens longarum nauium esset, anceps & caca estimatio augurabatur. unum erat temeritatis solarium, perpetua felicitas. iam CCCC. stadia processerant, cum gubernatores agnoscere ipsos auram maris, & haud procul videri sibi Oceanum abesse, indicant regi. letus ille hortart nauticos cœpit; incumberent remis. Adesse finem laboris omnibus votis expetitum. iam nihil glorie deesse, nihil obstat virtuti. sine ullo Martis discrimine, sine sanguine orbem terra ab illis capi: nec naturam quidè longius posse procedere. breui incognita, nisi immortalibus, esse vi-suros. paucos tamen nauigio emisit in ripam, qui agrestes vagos exciperent, & quibus certiora nosci posse sperabat. illi scrutati omnia tuguria, tandem latentes reperere. qui interrogati, quam procul abessent mari, responderunt, nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse: tertium tertio die peruenire posse ad aquam amaram, quæ corrumperet dulcem. intellectum est mare destinari ab ignaris naturæ eius. itaque ingentia lacritate nautici remigant, & proximo quoque die, quod proprius spes admouebatur, crescebat ardor animorum. tertio iam die mixtum flumini subibat mare, leni adhuc æstu confundente dispares undas. tum aliam insulam medio anni sitam tunc paulo lenius, quia cursus æstu rescrebat, applicant classem, & ad commeatus petendos discurrunt, securi casus eius qui superuenit ignaris. tercia ferme hora erat, cum statim vice Oceanus exæstuans inuehi cœpit, & retro flumen urgere quod primò coercitum, deinde vehementius pulsum maiore impetu aduersum agebatur, quia torrentia precipiti alveo incurrit. ignota vulgo freu natura erat, monstrag. & ira deum indicia cernere videbantur; identidem intumescere mare, & in canpes paulo ante siccus descendere superfusum. tamque leuatis nauigis. & tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naues trepidi & improviso malo attoniti recurserunt. sed tumultu festinatio quoque tarda est. hi contum nauigia appellebant, hi dum considerent, remos aptari prohibebant: quidam enauigare properantes, sed non expectatis qui simul esse debebant, clauda & inhabilia nauigia languide moliebantur: aliae nautum in consulto eruenter non receperant, pariterq. & multitudo & paucitas festinantes morabatur. clamor hinc expectare, hinc ire iubentium, dissonaq. voces nusquam idem ac unum tendentiam, non occulorum modo usum, sed etiam aurium abstulerant. ne in gubernatoribus quidem quidquam opis erat, quorum nec exaudiri vox à tumultuantibus poterat, nec imperium à territis incompositisq. seruari. Ergo collidi inter se naues, abstergerique inuicem remi. & alijs aliorum nauigia urgere cœperunt. crederes non unius exercitus classem vehi, sed duorum nauale inisse certamen. Incutiebantur pupibus prora, premebatur à sequentibus qui antecedentes turbauerant, iurgantiū ira perueniebat etiā ad manus. iamq. astus totos circa flumen campos inundauerat, tumulis duntaxat eminentibus velut insulis paruis, in quos pleriq. trepidi omisis nauigis enare poterat. dispersa classem partim in præalta aqua stabat, qua-

subederant valles, partim in vado hærebat, ut cuncte inaequale terra fastigium occuparent unde cum subito nouus & pristino maior terror incuitur, reciprocare cœpit mare, magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus, reddebatque terras paulo ante profundum salo mersas. Igitur destituta nauigia aliae precipitantur in proras, alia in latera procumbunt. Stratierant campi sarcinis, armis, auulis, sarmatubarum, remorumque fragmentis. Miles nec egredi in terram, nec in naue subsistere audebat, identidem praesentibus grauior aquæ sequerentur exspectans. Vix quæ perpetiebantur, videre ipsos credebât, in sicco naufragia, in amni mare. nec finis malorum, quippe astum paulo post mare relatum: quo nauigia alleuarentur, ignari: famem & ultima sibimet ominabantur. belus quoque fluctibus destituta & terribiles vagabantur. iamq; nox appetebat, & regem quoq; despetatio salutis, exigitudine afficerat: non tam in inuictum animum cura obruunt, quin iota nocte præsideret in speculis, equitesq; præmitteret ad os amnis, ut cum marerurus exastuare sensissent, procederent. nauigia quoq; & lacerata refici & eversa fluctibus erigi uerbet, paratosque esse & intentos, cur rursus mare terras inundasset. Tota ea nocte inter vigilias adhortationesq; consumata celeriter equites ingenti cursu refugere, & secutus est astus: qui primò aquis lemit tractu subeuntibus cœpit leuare nauigia: mox totis campis inundans etiam impulit classem, plaususque militum nauticorumque insperatam salutem immodico celebrantium gaudio, litoribus ripisque resonabat: unde tantum redisset subuo mare: quod pridie refugisset: quænam esset eiusdem elementi natura modò discors, modò imperio temporum obnoxia mirabundi requirebat. Rex cum ex eo quod acciderat, coniectaret, post solis ortum statum tempus esse, media nocte, ut astum occuparet, cum paucis nauigis secundo amne defluxit: cœctusque os eius CCCC. stadia processit in mare, tandem voti sui compos, praesidibusq; & maris & locorum diis sacrificio facto, ad classem rediit. hinc aduersum flumen subit classis. & altero die appulsa est, haud procul lacu salso, cuius incognita natura plerosque decepit temere ingressos aquam: quippe scabies corpora inuasit, & contagium morbi etiam in alios vulgatum est. oleum remedio fuit. Leonato deinde premiso ut puteos foderet, qua terrestri itinere ducturus exercitum videbatur: quippe secca erat regio, ipse cum copys substitut vernum tempus exspectans. interim & urbes plerasque condidit. Nearcho atque Onescrito nautice rei peritis imperauit, ut validissimas nauium deducerent in Oceanum: progressiq; quo ad tuto possent, naturam maris noscerent: vele eodem amne vel Euphrate subire eos posse, cum reuersti ad se vellent.

DVCIBVS DEINDE SVM TIS) ex eius loci incolis. Arrianus negat ullos duces principiū habuisse, omnes enim incolas ad famam aduentus Alexandri in montes & silvas ante profugisse, quam Alexander ad ea loca accederet.

PERVIRAX CUPIDO INCESSIT VISENDI OCEANVM) Multis hic nominibus nimium gloriae studium Alexandri carpit scriptor, quod eius impulsu cupidinis se & suos, fortissimos viros in præsentissimum salutis periculum coniecerit, dum ignotum flumen sine ducibus regionis & amnis peritis ingredieretur, ignarus quantum inde abslet, quæ ripas adsiderent gentes, quo impetu ostium Indi in mare precipitarer, an mare pacatus venientem amnem velut hospitem placide acciperet, an flumen ipsum largas naues admitteret. Sed omnia rex sua felicitate metiebatur, quæ hic etiam nonnihil hæsile primum visa, ad extremum tamen omnes ex omnibus periculis explicauit.

NAVIGABANT ERGO, OMNIVM, PER QVAE FEREBANT TVR, IGNARI) Non habeo meliorem huius capitatis & nauigationis comitem, ducem & doctorem ipso Arriano (nā Diodorus * vix uno altero verbo rem attingit) qui accuratè omnia exponit, quem hoc loco pro me haud paullo meliorem interpretem substituo: Ipse, inquit, *(Alexander nempè) cum delectis nauibus vt- 1.17. pag. terius progrederitur exploraturus, an ea parte, quæ flumen in mare exit, facilis classi transitus futurus esset: nem. progressusq; ab Insula CC. circiter stadia, aliam insulam prospicit iam in mari sitam. Tum ad priorem * 1.6. pag. fluminis insulam redit, atque ad eius promontorium appulsa, diis quibus ab Ammonis se sacrificare iussum esse dicebat, sacrum facit. Postero die ad aliam in Oceano sitam insulam nauigat. quod ubi venit, alijs hostijs, alijs etiam diis, alio quoque modo sacrificat id quoque ex Ammonis oraculo facere se predicans. Ipse Indi amnis ostia prætergressus, in vasto pelago nauigauit, exploraturus (vt ipse quidem dicebat) an aliqua regio vicina mari appareret: meo vero iudicio, præcipue ut in Oceano qui ultra Indos est, nauigasse dicetur, ibi tauros Neptuno casos in mare proiecit, libationeque sacrificio superaddita, phialam auream & crateras aureos, gratias agens, in undas immisit: precatus, ut exercitum naualem, quem cum Nearcho in sinum Persicum, atque ostia Euphratu & Tigridis mittere statuerat, saluum & in columem traducat.

Nostamen ad singula Curtijetiam verba, vbi usus erit, accedemus; nec enim eadem semper Arrianus & Curtius tradunt. Hic alter plura, alter pauciora narrat; mox contra, alter copiosior, alter brevior est, vt fieri solet in eiusdem rei enarratione.

IAM CCCC. STADIA PROCESSETAT) duodecim nempè millaria germanica & amplius semis.

AGNOSCERE AVRAM MARIIS)quia cruda, aspera, incocta, vento praesertim flante & aestu maris impellente, vel ab illo impulso: sicut lentient iij quia Noto, Austro, & meridie, arcticas regiones niae & glacie horridas pertinet.

ADESSE FINEM LABORIBVS)nulla unquam concio regis gratior fuit Macedonibus. Sed vehementer decepti sunt, vt infra & hoc ex libro, & mox sequenti batebit.

NEC NATVRAM LONGIVS POSSE PROCEDERE)Quam hoc vanum! vbi Sinæ, Aurea Chersonesus, Moluccæ, Philippinæ, Iaponæ? & ad Occidentem Peruana & Mexicana amplissimæ regiones: illis quidem temporibus & multis etiam postea sculis incognitæ gentes, & hodiæ celeberrimæ, omniumque literis & monumentis celebratae.

NAVATICI REMICANT)sepius utitur hoc nomine Curtius, quo comprehendit remiges, nautas, naucleros, nauarchos, & gubernatores.

DISPARES VNDAS)falsis & dulces.

LENI ADHVCAESTV)estus, est reciprocatio maris, hoc est, accessus & recessus, de quo mox plenus.

ALIAM INSULAM)reor hanc esse, quam Arrianus Cillutam appellat, qui in Indicis alijs, tres alueos Indi fluminis nominat, in quos clatis Alexandri priusquam Oceanum attingerer, * In Alex. p. 70. in fin. delata est, Sturam, Carmana, Coreatim, aliamque insulam Corcalam dictam. Plutarchus Schil-

PAVLLO LENIVS)quia propinquiores erant mari, cuius iam aestum retardantem aquas fluminis, amnis sentiebat.

TRIA FERME HORA ERAT, CVM STATA VICE OCEANVS EXAESTVANS INVEHI COEPIT, ET RETRO FLVMEN VRGERE)Non disputabo hic de motu fluxuque maris, vel naturali, (cum vel à Septentrione in Austrum, vel Oriente in Occidentem fertur) vel de violento, cum ventis agitatum nunc huc, nunc illuc contrarijs motibus impellitur. Sed de aestu duntaxat pauca, ad locum hunc explanandum, hic collocabo. Aestus maris est, cum illud nunc intumescit, nunc rursus detumescit, idque certis horis siue senis, siue septenis, siue octonis, atque aliter hoc, aliter alio in mari, de quibus doceo & eruditè Conimbricenses in meteoris tract. 8. c. 4. & seq.

In littore Cambaia, inquit, qua est in fauibus Indi, mare binis horis triginta circiter leucas accessu obtegit: binu, totidem, recessu detegit. Itaque tanta rapiditate agitur, vt homines ingruentem è pelago unum vix cursu euadant. Ne vero incautos aestus arripiat, cymbali sonitu admonentur. Nec naues ibi possent commorari, nisi haberent lacunas ad eum rsum defossas, in quibus mari abeunte consistunt. Postremo, nec eodem die tempore ubique aestus incipit ac definit: quandoquidem singulis diebus una ferè hora mare tardius ascedit.

Hic obsrua lector illa verba In littore Cambaia, & quæ lequuntur, omnino ad hunc Curtij locum pertinere: Cambaia enim est in fauibus Indi, vt supra monuimus.

Querunt deinde naturæ interpretes, quæ sit sit res, quæ tantos maris aestus cieat, vbi alij mudum aiunt esse animal, & in Oceani profundis nares habere, per quas emissa anima vel hausta inflat maria, & resorbeat: alij arbitrantur sub Oceano, vel circa, quodam genios verlari, qui inuitent & recipient mare: alij crediderunt à fluminibus ex altis montibus præcipitantibus, mare impelli: alij terræ situi aut motibus, alij Soli, alij alijs causis aestus adscribere. Sed tota propè sapientum & veterum & recentium ratio rationes aestus Lunæ impressionibus assignant. Apuleius de Mundo libro primo. Sentitur etiam colli mariisque cognatio, cum menstruis curvis Luna, detrimenta & accessus fretorum atque aestuum deprehenduntur. Hanc sententiam etiam laudat & sequitur Conimbricensis Academia, quomo doque id fiat eruditè exponit, simulque ad varias inde natas questiones & dubitationes responderet, quas tu capite sexto & septimo tractat. octauo cognoscet.

TERTIA FERME HORA)ante meridiem, post solis ortum, quæ apud nos est nona antemeridiana.

Tempora aestus iam suprà ex cap. 4. Conimbr. didicisti.

ADVERSVM)in se retortum, retrorsum actum, reciprocum.

IGNOTAVVLGO FRETI NATURA ERAT) imò non turbæ nauticæ & militari tantum ignota, sed ipsi Alexandre & sapientum collegio. Quamuis enim ex Græco & Aegeo mari, atque Euripi, de alijs quoque maribus coniugere possent: Indici tamen Oceanus ingenium, ante id æstatis Europæ prorius erat ignotum, nec conjectura assequi poterant, quantis illic exæstuaret fluctibus, quantoque impetu ferretur, & quo tempore exundaret.

SED IN TUMVLTV, elegans hypotyposis ingentis perturbationis velut oculis subiecta quam,

EXPLANATIONES.

quam lector, non oculis spectare, sed ipse quoque trepidare, festinare, timere, nec sine voluptate videtur. Verum enim, quod ait Lucretius * in re non absimili, aut etiam diuersa.

* l.2.v.1. &
seqq.

*Suaue, mari magno turbantibus aequora ventis
E terrâ * magnum alterius spectare laborem.
Non quia vexari quemquam est iucunda voluptas,
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suaue est,
Suaue etiam belli certamina magna tueri,
Per campos instructa, tua sine parte pericli.*

* E libro

CONTIS) longis & robustis perticis & hastis.

DVM CONSIDERENT) milites, dum quisque locum in naui quereret, vbi consideret, impe diebant remiges, ut remos applicare non possent.

CLAVDA ET INHABILIA NAVIGIA) clauda, non omnibus partibus integra; deerant enim & multi remi & remiges, & qui necessarijs rebus naues instruerent naucleri, desiderabantur. Inde siebat, vt non possent citò enauigare, vel in ripam, vel in medium flumen.

MULTITUDO ET PAVCITAS) in quibusdam erant nimis pauci, in quibusdam nimis multi. Ita utraque res moram navigationi iniecit, nimum, inquam, & minimum.

CLAMOR) vt suprà * de perturbatione proelij, & consula Pori acie dixerat, tot fuisse imperatores, quot agmina, licebit hic affirmare tot fuisse gubernatores, quot vectores, omnes impetrabant, nemo parebat, nihil in medium confulebatur.

COLLIDI INTER SE NAVES) confer ista cum Arriani verbis: *Orta tempestas ventusque astui contrarius canas vndas ciebat, nauesque inter se collidebat, &c.*

ABSTERGERIQUE INVICEM REMI) similem fere casum, in pugna tamen nauali & seria describit Liuius: l.28.p.694.num.30.

Abstergere & detergere idem est, & valet, quod frango, vt Virgilus loquitur, *Franguntur remi, vel abscondo*. Aulus Hirtius de bello Alexandrino: *Nallius remi detergerentur*. Cæsar lib. de bello ciuili: *aut remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant*. Abstergo & abstergeo, detergo & detergeo dicitur, secundi & tertij ordinis.

RECIPROCARC COEPIT) recipere se intra littus suum, & ad priorem redire statum.

STRATIERANT CAMPIS ARCANIS)

Arma virum, tabulaq; & Troia gaza per vndas.

Virg.l.1.

IN SICCO NAVFRAGIA) eleganter hoc & acutè à contrario, cum naufragia in alto fieri solement, hic in terra faciebant naufragia. Ita permutata rerum natura, vt vbi terra fuerat, esset mare.

FAMEM ET VLTIMA SIBI OMNIBANTVR) omnia enim circum loca sterilibus obsita arenis, nihil alimentorum pollicebantur.

BELVAE FLVCTIBVS DESTITVTAE TERRIBLES VACABANTVR) palpabant in æstu jam tenui & deficiente, hærebantque in vadis, vel frustæ conabantur æstum sequi, vt immanes phocæ, quales nostra tempestate apud Batauos per æstum in littus ejectas accepimus, vt per gradus & scalas in tergum beluae esset enitendum. Apud Osorium * quoque legimus in Cananorensis arcis obsidione, cum Lusitani maxima fama premerentur, magnam ingentium squillarum vim per æstum in littus expulsum, quibus famem depulerint. M. ffæus * locustam marinam fuisse eiectam, idque in D. Virg. alioquin die diuinis accidisse refert.

* 1.4. De rebus Emilianis sub fin.

* lib.3. hist.

REX CVM EX EO QOD ACCIDERAT P.S.O. STATVM TEMPVS ESSE) qui suprà dixe. *Ind. p.5. in rat, hora tertia (quæ nobisante meridiem nona) Oceanum exæstuasse, obseruavit æstum postri-fol. die ante meridiem redditum.*

De Euriporum & reciprocationum maris tempore, suprà ex Conimbricensium chartis ad meteora Arist.c.4.monitus es.

tract. 8.

CCCC. STADIA) idem spaciū suprà exposui hoc cap.

TANDEM VOTI SVI COMPOS) redi ad illa huius capitatis verba: *Adeesse finem laboris, &cæt.*

DIIS SACRIFICIO FACTO) præsidibus maris, Neptuno regi maris.

Virg.l.1.
Geor. v.

a Glauco, & Panopæ, & Ino Melicertæ,

437:

b Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,

b Idem l.3.

Nigram Hiemi pecudem, Zephyrus felicibus albam.

Georg.v.

Arrianus suprà laudatus: *Ibi tauros Neptuno casos in mare proiecit, libationeq; sacrificio superad-dita, phialam auream & crateras aureos, gratias agens, in vndas immisit. Siculus: Tunc cum familiaribus ad Oceanum proiectus, duabus illic insulis repertis, magnifico deos sacrificio veneratur, aureaq; pocula non pauca, nec pondere exigua, vndam cum libamentis in mare proiecit: tandem excitatus in Thetyos & Oceani honorem ariis, expeditioni proposita finem imposuisse ratus, classe per annen retro reuehitur.*

1.17. p.570.

AD CLASSEM REDIT) Arrianus bis in Oceanum excurresse Alexandrum, vt vtrumque Indi ostium exploraret, vt per lenius, classem in Oceanum deduci iuberet.

AD VERSVM FLVMEN) tota clasis recelsit aliquantulum à mari, & ad salsum locum aqua marinat inctum, classem applicuit.

SCABIES CORPORA IN VASIT) de virtutibus & vitijs aquæ marinæ θαλασσίς ψόφης tractat Dioscorides lib. 5. cap. 19. Sed nos non profitemur hic medicinam, nec psora vel scabiei astersionem. maculas codicū, si quæ incurunt, subinde diluimus & repurgamus. cætera vide apud Aesculapij cultores.

Hic autem, quod docet Curtius, scabiem ex lacu tintatis exortam, caussam reor, quod aqua illa non fuerit marina, sed mixta, & in lacu stagnante semiputris, ex qua nata sit psora & scabies. de lacu plura Arrianus p. 137.

PUTEOS FODERET) de puteis testatur etiam Arrianus, quamuis non per Leonnatum. Iustinus: Inde iter terrestre facturus, cum arida loca media dicerentur, puteos opportunitis locis fieri præcepit.

VERNVM TEMPVS EXPECTANS) Arrianus explicat plenius: Ipse denud in lacum nauigans, alias porticus naualiaque exstruxit; praesidio quæ ibidem relicto, frumentum in quatuor menses conuexit, aliaque ad nauigationem necessaria paravit. Erat verò id anni tempus ad nauigandum ineptum. Etafia enim spirabant, qui quidem ea anni parte non à Septentrione ut apud nos, sed ab Oceano ex Austrō potissimum exurgunt. Siquidem ab initio hiemis, quæ simili cum occasu Pleiadum incipit, ad solsticium hibernum usque nauigabilenij in locis Oceanum esse narrabant. Tum enim temporis cum regio multis pluvijs madet, lenes auras excitari, & ad nauigationem tam velu quārem remus faciendam accommodatas.

NOVAS VRBES CONDIDIT) quot, & quas, & quo nomine, hoc loco nemo prodidit: alias docuimus per omnem orbem duas & septuaginta ab illo conditas, & octodecim, inter has, Alexandria, alias Nicæam, Bucephalam, Nicopolim, Barcen, hoc loco Iustinus nominat Xylenopolim, Cardusi oppidum, Cadrusiam Solinus appellat, sicut Arachosiam Semiramidis, Campyssam Cyri, alias anonymas nobis.

NEARCHO ATQUE ONESICRITO) Nearchus præfectus erat totius clasis, Onesicritus gubernatorum, ut Arrianus in Indicis docet, quæ de tota primū classe Alexandri, mox de Nearchi & Onesicrito paraplo plura narrat p. 180. & seq.

* In Alex. M. p. 7 or. da fol. Plutarchus de eadē: Descensus, inquit, Alexandri per flumina ad Oceanum, septem mensum spaciū absunxit, ut verò lassè ad Oceanum penetravit, accessit ad insulam, quam ipse Scillustin, Pstlucin alij appellauere. Ibi ex censione facta, sacrificauit, pelagiique & oræ maritimæ, quatenus assequi valuit, indolem collustravit. Inde precatus, ne quis post se mortalium expeditionis sua transcederet terminos, regressus est. Naves circumuehi iussit, relicta ad dextram India: Clasi præfecit Nearchum, magistrum gubernatorum Onesicritum creauit. Hic ergo Nearchus relinquamus, donec ad eum lib. 10. c. 2. reui- famus.

EODEM AMNE VEL EUPHRATE) eodem amne Indo, vel Euphrate, nam & is in Oceanum se exonerat. Aduersis ergo ijs fluminibus poterat ad Alexandrum iam Babylonam cogitantem re- dire.

CAPVT XVII.

ARGVMENTVM.

Varias gentes recipit in fidem. oppidum constituit.
maritimos Indos adit. cœturit. simul exercitus pe-
stilitate laborat.



Amque mitigata hieme, & nauibus quæ inutiles videbantur trema-
tis, terra ducebatur exercitum. Nonis castris in regionem Abaritarum,
inde totidem diebus in Cedrusiorum peruentum est. Liber hic popu-
lus concilio habito dedidit se, nec quidquam præter commenatus impe-
ratum est. Quinto hinc die venit ad flumen, Arabon incole appellat.
regio deserta & aquarum inops excipit, quam emensus in Noritas
transit ubi maiorem exercitus partem Hephestioni tradidit, leuem
armaturam cum Ptolemaeo Leonatoque partitus est. tria simul agmina populabantur
Indos, magna que prædeacta sunt. maritimos Ptolemaeus, cateros ipse rex, & ab alia par-
te Leo.

EXPLANATIONES.

617

te Leonatus vrebant. In hac quoque regione urbem condidit, deductique sunt in eam Arachosia. hinc peruenit ad maritimos Indos: desertam vastamq; regionem latè tenent: ac ne cum finitimis quidem ullo commercij iure miscentur. ipsa solitudo natura quoque immitta efferauit ingenia. prominent vngues nunquam recisi, come hirsuta & intonse sunt. tuguria conches & ceteris purgamentis mari struunt. ferarum pellibus tecti, piscibus sole duratis, & maiorum quoq; beluarum, quas fluctus ejicit carne vescuntur. Consumis igitur alimentis Macedones primò inopiam, deinde ad ultimum famem sentire cœperunt, radices palmarum (namque sola ea arbor gignitur) ubique rimantes. sed cùm hoc quoque alimenta defecerant, iumenta cadere aggressi, ne equis quidem abstinebant; & cùm decessent quæ sarcinas veherent, spolia de hostibus propter quæ ultima Orientis peragranerant, cremabant incendio. famem deinde pestilentia secuta est; quippe insalubrium ciborum nouis succi: ad hoc ita meritis labor, & agitudo animi vulgauerant morbos, & nec manere sine clade, nec progredi poterant. manentes fames, progressos acier p. silentia uergebat. ergo strati erant campi penè pluribus semiuiuis, quam cadaueribus. Ac ne leuius quidem ægi sequi poterant: quippe agmen raptim agebatur, tantum singulis ad spem salutis ipso proficere credentibus. quantum in iteris festinando præciperent. igitur qui defecerant, notos ignotosque ut alleuarentur, orabant. Sed nec iumenta erant quibus excipi possent, & miles vix arma portabat: imminentisque etiamipsis facies mali ante oculos erat. Ergo sapius reuocari ne respicere quidem suos sustinebant, misericordia in formidinem versa. illi relicti deos testes, & sacra communia, regisque implorabant opem: cum que frustra surdas aures fatigarent, in rabiem desperatione versi, parem suo exitum, similes q; ipsis amicos & contubernales precabantur. Rex dolore simul ac pudore anxius, quia causa tantæ cladis ipse esset. ad Thrataphernem Parthienorum satrapem misit, qui tuberet camelis cocta cibaria afferre. alios quoque finitimarum regionum praefatos certiores necessitatibus sue fecit: nec cessatum est ab his. Itaque fame duntaxat vindicatus exercitus, tandem in Cedrosie fines perducitur. omnium rerum solo fertili regio est, in qua statua habuit, ut vexatos milites quiete firmaret.

NONIS CASTRIS IN REGIONEM A BARITARVM) hos Geographus Arbies appellat. *In p. 494
ea, inquit, primùm Arbies habitant, eod. in nomine quo Arbi flumen appellati, quod eos a sequentibus Oriente deiunxit, milles fere stadiorum oram habentes, vt Nearchus ait, quæ & ipsa Indorum pars est. Plura Arrianus a, & Siculus b, quos videbis: Arbios Plinius c vocat.*

NONIS CASTRIS) non die.

IN GEDROSIORVM) ita lege Gedrosiorum, non Cedrasiorum vel Cedrosiorum, est ubique apud Græcos.

Gedrosiam describit Marcianus Heracleotes Ponticus in suo perioplo * i Gedrosia, inquit, à * pag 54 Septentrione Drangiana & Arachosia circumscribitur. ab occasu usque ad mare Carmaniam habet. ab Oriente parte Indie quoad Indum flumen pertinet, usque ad Arachosia iam dicta terminos definitur. A meridie Indico Oceano clauditur. Descendit deinde ad singularem eius regionis descriptionem. Nobis hæc satis.

AD FLVMEN ARABON) Strabon est Arbis, Ptolemæo Araps; Arabion Arriano; Plinio Arabites. Ptolemæus urbem in Gedrosia Arbi, populum Arabitas maritimum facit.

NORITAS) Oritas Arrianus * appellat, & reor apud Curtium retribendum Oritas vel Ho- * p. 133. v. ritas, mutato N in H, quemadmodum Coloniensis Allobrogum editio habet. sed melius sine aspiratione, quemadmodum est apud Arrianum, Strabonem, Periegetem, Siculus tamen nec Noritas, nec Horitas, nec Oritas, sed Neoritas vocat, quem contracta syllaba videtur imitatus Curtius. sed in Oritas tres principes veterum Græcorum coniurant, vt meritò illa lectio sit alijs præferenda. Strabo * quoque Oritas vocat, cuius locus hoc facit: Postea, inquit, sunt Oritæ gens li- * J. is. p. 827 beræ conditionis, quarum paraplu seu præterauigatio mille octingentorum est, id est, quinquaginta sex milliariorum germanicorum cum quadrante. De Oritis plura Periegetes: qui & Aribas recte cum his coniungit: & ad illum Eustathius.

TRIASIMVLAGMINA POPVLABANTVR INDOS) testatur * hoc Geographus, Nam * pag. 828, copys, inquit, trifariam diuisis, ipse (Alexander) cum exercitus parte per Gedrosiam profectus est, à mari quingentis stadijs, ubi plurimum iter faciens, vt simul & clausi oram commodam pararet, sape etiam mari appropinquauit, tametsi id inopes difficileisque & asperas actas habebat. Curtius tamen non inter Gedrosios hanc barbaram gentem recenset, vt ex fine huius capitinis constat; nec Plutar- chus.

ARACHOSIA) Alexandrum à Pontica regione in ultimam Indiam lecuti, regredere ad l.7.c. 3. de eisd. l.4.c. 28.

AD MARITIMOS INDIAM) Per Gedrosiam profectus, ut iam ex Strabone quoque ostendimus. Sequitur barbarissimæ Gedrosiorum gentis maritimorum descriptio, quæ feritatem, mores, cultum sine cultu corporis, ædes, viatum explicat, omniaque ex Diodoro hausile videtur, quem adibisp. 571. & seq. De tugurijs etiam Arrianus, Iam tuguria, inquit, ex concibus congesta. & a. testa ex piscium spinis. De huius generis tectis è piscium ossibus erectis leges etiam apud Olaum M. Idem Arrianus in Indicis: Brant, inquit, captivi crassis corporibus, capite & vnguis ferini: siquidem vnguis loco ferri vti dicebantur, piscesq; yis discidentes, ligna etiam molliora yis secabant: ad duviora saxis acutis vtebantur ferrum apud eos non erat. Ferarum, aut grandium piscium pellibus se se stiebant.

CONSVM TIS IGITVR ALIMENTIS) hoc tristissimum Alexandri iter, ultimamque famem & sitim, magnam exercitus stragem complures tradunt scriptores, è quibus princeps est Geographus. p. 496 & seq. vel pag. 828. & seq.

Oblerua, quæ à Strabone l.15. pag. 829.

περὶ τῶν φοινίκων ἔγχεας

De palmarum cerebro seu medulla,

* l.13. Var. dicuntur referri. De hoc cerebro mira ab Antonio * Mureto de ridiculo cuiusdam errore, qui cum in Plutarcho legerat, Phoenicis cerebrum dulce quidem esse, sed lacerare caput, existimauit, de c. 12. Phoenicis auis cerebro agi, quod sane nunquam existimasset, si ipse cerebrum habuisset, eleganter & lepide rem totam narrat Muretus, si libet illum videre. Ego propero ad Curtiū. De his plura Theophrastus a, Plutarchus b, Plinius c, Siculus d, Arrianus e copiosissime, quem cum ceteris alibi. 2. περὶ φοινίκων curiosus lector non sine operæ fructu perleget.

Vbi de palmarum genere. Idem in Indicis breuissime. Post Oritas Gadrosi habitant, quorum fines difficulter cum exercitu Alexander transit, pluraq; incommoda & damna accepit, quam in tota reliqua expeditione. nerib. agit.

RADICES PALMARVM) Strabo de hac ipsa re suprà laudatus ἀπὸ δὲ τῶν φοινίκων ἡ σωτηρία, b de vita A. lex p. 702. τῆτε καρπός, οὐ τέλεφάλαις palmarum tamen & fructus & cerebrum saluti fuit. At * Plinius ait, milites εἰδ. 13. c. 4. Alexandri palmis viridiibus strangulatos fuisse. Idemque ante Geographus docuerat in x v. oīs d pag. 572. ωμοὶ φοινίκες πολλοὺς ἐπιτυχοῦν, crudæ palma multos suffocabant. In Gedrosis id factum est pomi gene- ε pag. 138. re. Arrianus οὐ τὰς τῶν φοινίκων βαλανίδες καταχομέσθαι palmarum etiam daulos adferre iussit. Mira & seqq. sunt quæ de Indica palma tradidit noster * Maffæus, illam omnia vitæ necessaria præbere incolis, * l.13. c. 4. victum, potionem, cultum, chartas, naues, vela, funes, & omne nauticum instrumentum largi- * l.7. hist. Ind. p. 194. tur.

vel p. 135. f. Col. edit. EA SOLA ARBOR GIGNITVR) hoc quidem & Maffæus affirmauit, sed Arrianus pag. 138. haec narravit.

FESTINANDO PRAECLIPERENT) ita suprà locutus est: si me præceperit fatum. Si præoccu- parit, anteuerterit. Quæ hic narrantur exercitus incommoda, damna, morbi, & strages, eadem iā suprà ex Strabone, Arriano, Plutarcho, Siculo audisti.

MISERICORDIA IN FORMIDINEM VERSA) Cæsar in vii. In summo periculo timor misericordiam non recipit.

REX DOLORE SIMVL ET PVDORE) omnia ab Alexandro simulata, testibus Arriano, & Strabone existimata sunt, illumque hæc studio superandi Cyri & Semiramidis famam, non ignarum futurorum malorum, aggressum.

PHRATAPHERNE) de hoc suprà, l.6. c. 8. l.8. c. 2. & 7.

GEDROSLAE FINES) ita scribe, non Cedrosia, vt ante monui.

OMNIVM RERVM FERTILIS SOLO) Geographus * non valde fertile solum affirmit: Supradicatis, inquit, est Gedrosia, minus quam India exulta, quam reliqua Asia magis. Ea fructuum & aquarum inopia laborat, nisi aestate; nec multo melior est, quam regio Ichryophagorum: fert tamen aromata, præcipue nardum & myrrham, vt Alexandri exercitus his pro teatro & stratis vteretur, oderatiorem simul & salubriorem aërem habens, & quæ lequuntur.

Plura Periegetes, Eustathius, Arrianus, Ammianus

Marællinus, l.23. p. 312. Plutarchus.

CAPUT XVIII.

ARGUMENTVM.

Defectores victi, puniti. Rex damna resarcit exercitus. Bacchi triumphum æmulatur.

Hic Leonati literas accipit, conflixisse ipsum cum octo milibus peditum & CCC. equitibus Noritarum, prospero euentu. A Cratero quoque nuncius venit, Ozinem & Zariaspe nobiles Persas defectionem molientes oppressos à se, in vinculis esse. Praeserto igitur regioni Siburtio (namque Memnon praefectus eius nuper interierat morbo) in Carmaniam ipse processit. Aspasis erat satrapes gentis, suspectus res nouare voluisse, dum in India rex est: quem occurrentem dissimulata ira comiter allocutus, dum explorarei quæ delata erant, in eodem honore habuit. Cum India præfecti sicut imperatum erat, equorum, iumentorumque iugalium vim ingentem, ex omni quæ sub imperio erat regione mississent, quibus deerant impedimenta, restituit. Arma quoque ad pristinum refecta sunt cultum, quippe haud procul à Perside aberant, non pacata modò, sed etiam opulenta. Igitur, ut supra dictum est, æmulatus patris Liberi non gloriam solum, quam ex illis gentibus deportauerat, sed etiam famam, siue illud triumphus fuit, ab eo primum institutus, siue bacchantium lusus, statuit imitari, animo super humanum fastigium elato. Vicos per quos iter erat, floribus coronisque tibierniubet; liminibus adiunctoreras vino repletos, & alia eximiae magnitudinis vas a disponi: vehicula deinde constrata, ut plures capere milites possent, in tabernaculorum modum ornari, alia candidis velis, alia veste preciosa. Primitibant amici & cohors regia varijs redimita floribus coronisque. alibiubicinum cantus, alibi lyræ sonus audiebatur. item in vehiculis pro copia cuiusque adornatis commessabundus exercitus armis, quæ maxime decora erant, circumpendentibus, ipsum coniuinasque currus vehebat, crateris aureis, eiusdemque materia in gentibus poculis prægravis. Hoc modo per dies septembres bacchandum agmen incessit, parata præda, siquid victimæ saltem aduersus commessantes animi fuisset. Mille herculei modo & sobrij, septem dierum erapula graues in suo triumpho capere potuerant. Sed fortuna, quæ rebus famam præmiumque constituit, hoc quoque militia probrum vertit in gloriam, & præsens atas & posteritas deinde mirata est, per gentes nondum fatis dominatas incessisse temulentos; barbaris quod temeritas erat, fiduciam esse credentibus. Hunc apparatum carnifex lequebatur: quippe satrapes Aspasis, de quo ante dictum est, interfici in suis est. adeò nec luxuria quidquam crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat.

PROSPERO EVENTU) contrarium ferè docet Siculus, * Et dum adhuc, inquit, in itinere est ^{* pag. 572.} Alexander, * Oritarum quidam Leonnati agmen adorti, numerum haud exiguum prostrauere. & hinc ^{* aliter} montanorum ad sua se receperunt. Fuit Leonnatus unus è septem custodibus corporis Alexandri, qui omnes magni principes & agminum ductores fuere, inter quos duo postea regnarunt, Ptolemæus & Lysimachus, quibus octauus accessit Peucestes, * teste Arriano.

OZINEM ET ZARIASPEM) Alius Ozines, alias Orsines fuit, de quo lib. seq. Ozinem Arrianus hic Op̄. Ordonem appellat τὸν ἀρχοντα τὸν νεορειγόντα. Alexandro, inquit, iam Carmaniam ingresso, Craterus ad eum venit, reliquum exercitum & elephantes secum dicens, vnaquæ Ordonem, quem quod defectionem molitus esset, ceperat. De Zariaspe Satrapa nihil memini apud alios legere, nisi forte sic Baryaxes Medus apud Arrianum affectati regni postulatus & interfectus.

SIBURTO) Sisyrtius est Arriano, * quem Siburtium Curtius vocat, Carmanæ satrapa, postea Gedrosorum & Arachotorum præfes: Apollphanem, quod nihil eorum, quæ imperata ei fuerant, perfecisset, satrapatu deponit, Thoante in eius locum suffecto: qui quum ex morbo decessisset, Sisyrtius ei successor est datus. Hic ipse Carmanæ satrapa erat, nuper admodum id muneris ab Alexandro consecratus, verò Arachotorum & Gedrosorum imperium illi collatum est. Carmaniam verò Tlepolemus Pyrophanus filius tenuit.

^{* de rebus gestis Ale. m. p. 143. Idem in Indicis. pag. 184. f.}

* lib. 18. p.
587. lib f.

Diodorus etiam Σιβύτον appellat, latine Sibyrtios vel Siburtius.

MEMNON PRAEFECTVS) de hoc Curtius l. 7. c. 3. Arachosjā Memnon datus prator. & lib. hoc
cap. 7.

* p. 499.

IN CARMANIAM) Carmania parte sui, Marciano Heracleote auctore, Persicum sinum respicit, parte vero, Indicum Oceanum post Persicum sinum. Circumscribitur à septentrione Carmania deserta, ab Occidente, Perside & flumine Bagrada, & parte etiam reliqua sinu Persico, eō quod Carmanico sinu illum respiciant. Ab Oriente Gedrosiam iuxta Persicas alpes respicit à meridie post fauces Persici sinus Oceano Indico. Subiicit deinde singularium partium spacia. Nec Ptolemaeus dissentit, Geographus * paullo plura de Carmania, & eius fertilitate, & flumini- bus auro fulgentibus, & moribus refert.

* pag. 21.

Plinius eadem de auro & arsenio. Periegetes eadem decantat: ad quem vide *Eustathium.

* lib. 15.
p. 837.

Docet * Periegetes, quod circa Persicum sinum magna gens Carmani dicti habitent, vbi flumen ramenta auri deferat. Sunt ibidem metalla argenti & Arsenici, & æris, & rubrica seu minij, & montes duo ex Geographi * sententia, alter Arsenici (quod vulgaris lingua Arsenicium vocatur) ferax, alter salis. Fert ibidem vitis racemos sappè bipedales rotundis & magnis acinis. significat Carminia, incolarum lingua calorem. Habet ab Oriente Gedrosios.

p. 143.

ASPASTIS) de hoc prætore Carmaniae, nihil vel alibi, vel apud alios, quod meminerim, legi; quamuis Arrianus prætores gentium non indiligerent annotarit, huius tamen mentio nulla est. Hunc Aspastio occidit Alexander inter ipsum Bacchitriumphum, vt suprà Curtius exposuit, cui Tlepolemus suffectus.

INDIAE PRAEFECTI) Philippus, Taxiles, Porus rex, Pytho, Oxyartes, Eudemus, de qui- bus in vi. Arrianus. Iodorum præfectis addit idem Stasanorem Ariorum, & Phrataphernem Hyrcanorum, Mardorum, Parthorum, Tapyrorum prætorem laudat, magnas iumentorum & elephantorum copias ad Alexandrum adducentes. Stasanor, inquit, & Phrataphernes magnam iumentorum atque elephantorum copiam ad Alexandrum duxerunt, simulacrum in Gadrosios exercitum radem illa incommoda, que passus fuerat, subiitum. Et quidem per opportunè cùm ipsi, tum camelis & iumenta aduenerunt, omniaque partim in singulos præfectos, partim per centurias & cohortes pro numero elephantorum partitus est.

IVMENTORVM QVE IVGALIVM) clittellariorum & dorsuariorum, quæ plastra vehere, aut larinas & clittellas, camelii, muli, asini, equi iugale, iugo adiuti.

HAVD PROCVL PERSIDE ABERAT) Carmania enim, vt audisti, ab occidente ad Persidem pertinebat.

IGITVR (vt suprà dictum est) AEMVLATVS PATRIS LIBERI NON GLORIAM SOLVM) suprà lib. 3. cap. 24 de hoc triumpho in hac verba Curtius scripserat: Evidem hac continentia animi si ad ultimum vita perseverare potuisset, feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse, cu Liberi patris imitaretur triumphum, vsque ab Hellestanto ad Oceanum omnes gentes victoria emensus. Et lib. 8. cap. 19. huius triumphi meminit tota ferè capite, quod ita concludit: Eadem felicitas ab Oceanoreuertentes temulentos, commessantesque protexit.

SIVE ILLVD TRIVMPHVS FVIT, AB EO P. INST. SIVE BACCHANTIVM LVS) Arrianus negat facta, quæ Curtius scribit, quod nulla huius Bacchici triumphi mentiosit apud Aristobolum & Polemum Lagi, aut alios fide dignos, docetque Alexandruum tantum litanies, & ludos Musicos & Gymnicos in Carmanica exhibuisse, Siculus * affirmat, testatur & Plutarchus. * Bacchi vero seu Liberi patris, ex India redeuntis, quem emulatus dicitur Alexander, triumphum Siculus * paucis hisce verbis spectandum proponit. Liberum porrò memorant impys vbique grauiter multatis, & benignè habitis ceteris hominibus, ex India in elephanto sublimem Thebas redisse, & quia totum expeditionis interuum allum trienne fuerat, Gracos propterea trieteridas celebrare asserunt. Primum quoque omnium spolijs tanta expeditionis onussum, cum triumpho in patriam esse inuenimus.

* pag. 572.

* p. 592.

* l. 3. Bibli-

oth. p. 199.

ANIMO SVPER HVMANVM FASTIGIVM ELATO) vbique conatus est non solū emulari Herculem & Bacchum, sed etiam vincere. Cætera que sequuntur in hoc capite ex Plutarcho & Arriano satis liquent.

p. 572.

ASPASTIS INTERFICI IVSSVS) Siculus multos satrapas imperfectos post triumphum a- it, sed nullius nomen exprimit: Quibus inquit, perfunctis, cum multis satraparum & ducum per vim & iniuriam potestate abusos cognouisset, meritas illis pœnas irrogauit. Qua regis in duces improbes ge- rentes, seueritate diuulgata, multi ex præfectis iniuriarum & scelerum sibi consciū timere sibi coperunt. Ideo nonnulli qui mercenarijs præerant, à rege deficiunt: quidam corrasis vndique pecunys fugam inten- dunt: de quibus rex certior factus, ad omnes Asia præfides & satrapas scripsit, ut simulac literas perle- gissent, exemplo quicquid conductitij militis esset, exauditorarent. Arrianus Baxyaxem quoque interfe- etum ait.

NEC LVXVRIA E QVICQVAM CRVDELITAS, NEC LVXVRIA CRVDELITATI OB-
STAT) Confirmaturē hoc literæ sacræ & profanæ; Sacrae, in Absolone, qui fratrem inter epulas occidit,

occidit, & Herodes qui Ioannem Baptis tam. Profanæ apud Iustinum lib. vii. in Alexandro Amyntæ filio, qui legatos Megabizi omnes inter epulas interfecit. Apud Romanos ad scorti imperium occitus captiuus à L. Quintio Flaminio de quo Liuius lib. 39. Val. Max. l. 2. c. 9. Plutarchus in Catone & Quintio. Cicero in Catone. Plura his familia passim occurunt: hæc ad hunc locum & librum sufficiant.

*Omnia Pelle si persequar acta tyranni,
Nulla meum capiat bibliotheca librum.*

FINIS LIBRI IX.



Q. CVRTII RVFI

HISTORIARVM MAGNI ALEXANDRI MACEDONIS

LIBER DECIMVS.

SINOPSIS HVIVS LIBRI.

Drætores Cleander & Sitalces accusantur & vincuntur suo loco interficiendi, eorum satellites scelerum sexcentos mox duci iubet. Nearchus & Onesicritus ab Oceano redeunt, & maris ingenium describunt. Alexander de Africa & Europa aggredienda deliberat. Orsines Pasargadarum Satrapes dona fert Alexandro, circumuenitur Bagoë scorti insidys, occiditur. Phradates reus maiestatis è medio tollitur. Alexander in crudelitatem degenerat. Zopyrio Thraciæ prætor cum omnibus copijs perit. Rex Athenas cogitat, quæ exiles reiecerant. Harpali nece audita mutat consilium. Veteranos dimittit in patriam, quindecim millia seruat. Aes alienum sui militis dissoluit. Seditionem exercitus paucorum supplicio sedat. Craterum Macedonia prætorem loco Antipatri ad se euocati designat. Hephaestion alter Alexander, morbo extinguitur, cui Alexander ambitiosissime, ut Patroclo Achilles parentat. Rex Babylone veneno absimitur. Inter duces variae fitiones natæ. Aridaeus rex iubetur, Meleager occiditur, Provinciæ diuiduntur. Alexandri corpus in Aegyptum defertur, tota illius stirps deletur.

GA-

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

Cleādri, Sitalcis, & aliorum accusationes, crimina,
vincula, mortes.



Isdem ferè diebus Cleander & Sitalces, & cum Agathone Eraconi perueniunt, qui Parmenionem iussu regis occiderant, v. millia pedum cum equitibus mille. Sed & accusatores eos è prouincia cui praefuerant sequebantur, nec tot facinora, quo ad misericordiam, compensare poterant cædis per quam grata regi ministerio: quippe cum omnia profana poliascent, ne sacris quidem abstinuerant, virginesque & principes feminarum supra perpeccatorum ludibria deflebant. Inuisum Macedonum nomen auaritia eorum ac libido barbaris fecerat. Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor, qui nobilem virginem constuprata seruo suo pellicem dederat. Plerique amicorum Alexandri nontam criminum, quæ palam obiecabantur, atrociter gemperat, intuebantur, leti recidisse iram in iræ ministros, nec ullam potentiam scelere quæ sitam cuiquam esse diuturnam. Rex cognita causa pronunciauit, ab accusatoribus unum & id maximum crimen esse præteritum, desperationem salutis sua. nunquam enim talia ausuros qui ipsum ex India sospitem aut optassent reuerti, aut credidissent reuersum. Igitur hos quidem vinxit. DC. autem militum qui sauitia eorum ministri fuerant, interfici iussit. Eodem die sumptum est supplicium de his quoque quos auctores defectionis Persarum Craterus adduxerat.

Hic liber multis passim hiat lacunis, quas in commentatio suo loco ex alijs scriptoribus (nā in Curtij exemplaribus nec editis nec chirographis reperiuntur) diligenter explebitus, aut certe ne prolixiores simus, auctorum nomina exprimemus, vbi ea reperienda sint, quæ desiderantur.

CLEANDER ET SITALCES) Cleandri prætoris multa mentio est apud Curtium lib. 3. iplo initio, vbi mittitur in Peloponnetum ad militem conquirendum: lib. 4. cap. 10. vbi cum cōducto milite ad Alexandrum reddit: lib. 7. cap. 2. Parmenionem interficit in Media. hoc demum capitereus in reum datur, &, quod apud Curtium deest. Arriano teste, occiditur. Fallitur enim editor Curtij Allobrox, qui ad oram lib. x. hoc loco annotauit, *Dat veniam scelerum auctoriibus humana censura: sed vexat & opprimit scelerum ministros.* Non dedit veniam Cleandro, Sitalci, Agathoni, Eraconi Alexander, sed omnes interfecit.

SITALCES) & ipse è clarisbelli ducibus & prætoribus. Sitalces Cleandri socius & scelerum & flagitiorum.

CVM AGATHONE) quem arcis Babylonis Bagophanis loco præfecerat, vt Curtius lib. 5. cap. 6. narravit, 10 cc. Macedonum & ccc. mercede conductis illi ad tuendam arcem reliquit.

ERACON) Arriano ἡράκλειον susiorum præfectus.

PARMENIONEM OCCIDERANT) lib. 7. tantum à Cleandro, præidente Polydamante occisum dixit, sed reliquos duces quoque interfuisse, Sitalcem & Heraconem docent illa Curtij verba: *Namque cateri quoque quibus literas regis attulerat, ad eum venturi erant, quibus imperatum erat, vt Parmenionem occiderent. & Cateri quoque examinem confodiant.*

E PROVINCIA CVI PRAEFVERANT) Media; ibi occitus erat Parmenion.

NE SACRIS QVIDEM ABSTINERANT) accusationis capita, quod sacra profanassent, profana cum sacrī spoliassent, virgines & nobiles matronas constuprassent, & seruis constupradas obiecissent. Adiecit Alexander maximum crimen ab accusatoribus prætermisum, quod Alexandri redditum ex India desperassem, &, vt illic periret, optassent: alioqui nunquam tanta facinora ausuros fuisse, quod non nescirent Alexandrum in reos animaduerlurum esse. Hanc rem paucis ita tradit Arrianus: *Venerunt etiam duces copiarum, quas cum Parmenione in Media reliquerat,* Clean-

Cleander, Sitalces & Heracon, magnam & ipsi exercitus partem ducentes. E quibus Cleandrum & Sitalcem accusatos ab indigenis pariter atque exercitu ipso, quod tempora spoliassent, veteraque monumenta mouissent, multaque alia in subditos improbe atque auare perpetrassen. Quae ut nuntiata sunt, necari eos iusit, ut & reliqui satrapa aut praefides, aut principes, qui ipsi locis constituerentur, metuerent, si officium non fecissent, sese eodem suppicio affectum iri. quod certe, siquid aliud, gentes qua ab Alexandro vi subactae essent, vel sua sponte deditioinem fecissent (quarum tanta erat multitudo, tantoque locorum interuerso inter se distingebantur) in officio continuuit. Neque enim licebat sub Alexandri imperio cuiquam praefecto subditos iniuria afficer. Heracon quidem tum temporum criminationem subterfugerat; ceterum paulo post a Susiis coniunctus, quod eorum templum diripuisse, etiam ipse pœnas dedit. Iultinus breuiter & generatim, sed in Babylone id factum affirmat. Ibi multa deuictae gentes praefectos suos accusauerunt, quos sine respectu amicitia Alexander in conspectu legatorum necari iusit. Plutarchus & Diodorus, quo extremo libro superiore laudaui, nihil hic singillatim explicant.

INVISVM MACEDONVM NOMEN FECERAT) vt Verres Romanorum.

MEMORIAM OCCISI PER ILLOS PARMENIONIS) adhuc viuebat & vigebat memoria maximi ducis Parmenionis a Cleandro & sociis occisi. Ita gaudebant iram regis in ira ministros recidisse, quamuis nemo signum prodere latitiae auderet.

TACITVM PRODESSE REIS POTERAT) quod factum occisi Parmenionis tanquam ingens beneficium regi præstatum, poterat quamuis tacitum, iram regis erga reos mitigare, sed præteritum cædis ministerium, præalentia scelera vincebant.

NEC VLLAM POT. SCVL. QVAES. CVIQVAM ESSE DIVTVRN.) nobilis gnome, cui tenarius ille respondet:

Potestas scelere parta, scelere definit.

Nullam potentiam scelere qualitatem, esse diuturnam confirmant magi qui, Cambys in regno Periarum succelerunt de quibus inf. ad cap. 3. plura.

QVOS CRAT. ADD.) de his sup. lib. 9. cap. vlt. A Cratero quoque nuncius venit, Ozinem & Zariasphem nobiles Persas defctionem molientes oppressos in vinculis esse.

CAPUT II.

ARGUMENTVM.

Explorati Oceani natura explicatur. Insulæ descrip- tio. Regis infinitæ molitiones.



Aud multo post Nearchus & Onesicritus, quos longius in Oceanum procedere iussérat, superuenerunt. Nunciabant autem quedam audita, alia comperta. Insulam ostio amnis subiectam auro abundare, in opem equorum esse, singulos eos, compererant ab ipsi qui ex continentia traxcere auderent, singulis talentis emi. Plenum esse beluarum mare, astu secundo eos ferri, magnarum nauium corpora aquantes; truccicantu deterritas sequi classem, cum magno aquoris strepitu velut demersa nauigia subisse aquas. Cetera incolis crediderant: inter que, rubrum mare non à colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythrio rege appellari. esse haud procul à continenti insulam palmetis frequentibus constitam, & in medio ferè remore columnam eminere, Erythri regis monumentum, literis gentis eius scriptam. Adiebant, nauigia quæ lixae mercatoresque vexissent famam auri secutis gubernatoribus, in insulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa. Rex cognoscendi plura cupidine accensus, rursus eos terram legere iubet, donec ad Euphratis os appellerent classem, inde aduerso amne Babylonias subituros. ipse animo infinita complexus statuerat omni ad Orientem maritimam regione perdomita, ex Syria petere Africanam, Carthagini infensus: inde Numidia solitudinibus veragratis, cursum Gadis dirigere, ibi namque columnas Herculis esse fama vulgauerat. Hispanias deinde, quas Iberiam Graci à flumine Ibero vocabant, adire, & præteruehi alpes, Italiaque oram, unde in Epirum breuis est cursus. Igitur Mesopotamia prætoribus imperauit, materia in Libano monte casæ, deuectaque ad urbem Syria Thapsagæ, ingentium carnae nauium ponere, sepius remes omnes esse, deducique Babyloniam.

Cyprio-

Cypiorum regibus imperatum, ut as stupamque & vela præberent. Hac agenti Pori & Taxilis regum litera traduntur, Abisarem morbo, Philippum prefectum ipsius ex vulnera interisse, oppressoque qui vulnera senn eum. Igitur Philippo substituit Eudemonem, dux erat Thracum. Abisaris regnum filio eius attribuit.

NEARCHVS ET ONESICRITVS SVPERVENIVNT) de his duobus ducibus & nauar-
chis dictum lib. 9. cap. 16. vbi illos ad Oceanum explorandum Alexander misit, hic ex nauiga-
tione redeunt ad regem & quæ explorarunt, exponunt. Cæterum quæ prima huius capitinis parte
Curtius tradit, Arrianus singulari libro, eoque magno, cui titulus est APPARVS INDIA. Arriani Indi-
ca; persecutus est. totus enim liber est de rebus Alexandri & eiusdem classe & Indica nauigatio-
ne. Nos quæ ad hoc caput illustrandum opportuna videbuntur, inde suo quæque loco delibabi-
mus. faciunt etiam huius nauigationis mentionem Strabo Diodorus & Plutarchus sed per paucis,
Paulo post, inquit Strabo, Nearchus in Arabicum sinum classem adduxit, multas cum alias arumnas, tum
ob ceterum magnitudinem perpessus. Plura Strabo ibid. de phyleteribus aquam tanquam fluctus in-
gentes efflantibus sed tubarum sonitu repulsi.

Diodorus etiam hic videndus, qui multa mira addit p. 573 ante m.

Plutarchus tribus quod aiunt verbis, Huc rediit ad eum Nearchus, letusque ille, intellecta nauiga-
tione instituit ipse magna classe deuictus Eufrate Arabiam & Africam ambire atque per columnas Her-
cules in mare mediterraneum decurrere. Ipse Arrianus in fine texti. Quomodo aut. in ab Indo flu-
iū extat Græca de rebus Alexandri historia. Iam operæ erit docere quomodo redierit Nearchus
ad Alexandrum, quoque gaudio ac triumpho fuerit exceptus. Cum enim de primo Nearchi ad-
uenientis nuncio ab Alexandro primum tantum vano comprehenso, narrasset, subiicit. Interred
nonnulli, qui cum equis & vehiculis ad quærendum adducendumque Nearchum missi fuerant, in ipso i-
tinere Nearcho & Archia obuij facti sunt: qui quidem alijs quinque aut sex viris comitati veniebant.
neque tamen primo aspectu vel Nearchum vel Archiam agnoverunt: adeò immutati atque ab seipsis di-
uersi erant, bursuti & sordidi, salsugineque repleti, rugosi, squalidi, & ex multis vigilijs laboribusque pal-
lii. Interrogantibus enim illis vbinam esset Alexander, cognito loco, iter suum persecuti sunt. Tum Ar-
chias animaduersa re ad Nearchum conversas ait, Homines istos, Nearchi, eadem qua nos via per de-
serta contendere, non aliam ob causam iudico, quam quod nos questum missi sint. Quod verò nos non ag-
noscamus equidem non miror: ita enim squalidi maleque habiti sumus, vt agnoscí non possumus. significemus
itaque eis quinam simus, eosque vici sim percontemur, quam ad rem hoc itinere proficiscantur: Nearcho
Archia consilium per quam opportunum est visum. Rogarunt itaque quonam proficiserentur, qui respon-
dent, Nearchum se & naualem exercitum quasitum ire: statimque Nearchum respondisse. Hic ego sum
Nearchus, & hic Archias. at vos nobis duces itineris estote: nos Alexandro de classe referemus. Illis itaque
in vehicula exceptis ad regem reuertuntur. Nonnulli horum, nuntium celeritate præuertere cupientes,
præcurrentes Alexandro nuntiarunt, Nearchum ipsum, & cum eo Archiam ac quinque alios aduentare:
de exercitu verò nihil sese explorati quod nuntient, habere. Ex hoc ipso nuntio colligebat Alexander, Ne-
archum quidem & Archiam præter opinionem & fortitudinem seruatos esse, exercitum verò vniuersum pe-
rōsse, neque tantum gaudij ex Nearchi & Archia salute percepit, quantum ex amissâ classe miseroris. nec
dum hic sermo desierat, cum Nearchus & Archias adueniunt, quos Alexander diffulter admodum ag-
noscerre potuit, quod ita bursutos & squalidos maleque habitos cerneret: tantoque magis eius dolor ob a-
missum exercitum naualem confirmabatur. Iniecta tamen Nearcho dextra, eoque seorsim ab amicis &
argyra spidibus abducto, multo tempore collacrymatu est, tandem repressi lacrymis, eniuero quod in,
inquit, Nearchi & Archias sospites ac salui redieritis moderatus clas̄a tacturam fero: at verò naues &
exercitus quonam pacto perierunt? tum Nearchus regis sermonem excipiens, Salua sunt, inquit, tibi rex
& naues & exercitus. nos verò huius salutis nuntiū venimus. tum vberiores Alexandro lachrymæ mana-
runt, quod præter omnium expectationem ei exexcitus saluus eset, simulque ubi portum ceperint, rogat.
Nearchus eas ad fauces Anamidis fluuij consistere ait, atque in terram subductas refici. Post hac Alexan-
der per Iouem Græcorum & Ammonem Lybicū iurans affirmauit, gratius sibi incundiusque id nuntiū
accidisse, quam quod vniuersam Asiam subiugasset. Dolorem enim ob amissum exercitum, vniuersa felici-
tatis sua parem fuisse. Præses verò prouincia, quem ob nunc vanitatem comprehendendi iussérat, Nearchum
præsentem conspicatus, ei ad genua prouolutus. Ego, inquit, uisum qui Alexandro nuntiari vos saluos re-
sponde. vides quo pacto exceptus sim. tum rogatu Nearchi Alexander eum dimitti iubet, Alexander ob ser-
uatum exercitum Ioui seruatori, atque Herculi & Apollini Alexicaco stie infortuniorum propulsatori,
& Neptuno, alijsque dñs marinis sacram fecit. Ludos etiam gymnicos & musicos edidit, pompaque in-
duxit: pompa dux Nearchus erat, sertis ac floribus ab omni exercitu petitus. His rebus peractis Alexander
ita Nearchum alloquitur, Ego te, Nearchi, nulla post hac pericula aut labores adire volo: sed alius clas̄i
prefectus eam in Susas ducet. Nearchus regis sermonem excipiens, Evidem, rex, inquit, tibi per omnia
morem gerere & cupio & debo. Cæterum si qua in re mihi gratificari volueris, hoc ne feceris, quin potius
me

me vniuerso exercitu prefectum esse patiare, donec tibi naues saluas in Susas perduxerim; neve cum res ardua atque difficiles mibi abs te commissae fuerint; faciles quarum gloria iam in promtu est, alijs in manus dederis. Adbuc loquentem sedat Alexander gratiam se illi habere professus: atque ita eum dimitit, exiguo exercitu comitatum, quippe cui per amicam regionem eundum esset.

Plinius lib. 6. c. 23. Festos dies ibi agentem Alexandrum inuenierunt septimo mense post quam digressus ab ijs fuerat Patalis, tertio nauigationia.

IN S V L A M O S T I O A M N I S S V B I E C T A M A V R O A B V N D A R E) de hac insula Plinius. Extra ostium Indi Chryse & Argyre fertiles metallis ut credo. nam quod aliqui tradidere aureum argenteumque ijs solum esse, haud facile crediderim.

Periegetes plura.

Mela: ad Tanum insula est Chryse, ad Gangem Argyre, altera aurei soli (ita veteres tradidisse) altera argentei: atq; ira, vt maximè videtur, aut ex renomen, aut ex vocabulo ficta fabula est.

IN O P E M E Q V O R V M E S S E) testatur hæc Maffeius in 1 v. hist. Indicarum: In stabulo regio (Goz primum ab Lusitanis occupata) reperti militares equi permulti quos è Perside aduectos (nam India eiusmodi armentis caret) Malabarici, & Canarini & Nar singæ reges impenso parant prelio.

Curtius inde subiungit singulos singulis talentis emi, hoc est, vnum lexcentis Philippicis seu aureis.

PLENVM E S S E B E L V A R V M M A R E) De his iam ex Geographo & Siculo accepisti. Plinius paucis: Circa has insulas hydri marini vicenum cubitorum adnatantes, terruere classem. Soiinus cap. 55. Indica maria balanas habent ultra spacia quatuor iugerum. Sunt & quos physeteras nuncupant, quæ enormes ultra molem ingentium columnarum super antennas se nauium extollunt, haustosque fistulis fluctu ita eructant, vt nimbosea alluvie plerunque deprimant alueos nauigantium. Miriora refert Olaus M.

Consulendus hic Arrianus, qui de his beluis marinis plura tradit p. 189.

In paucis memorabile est, quod in Indicis Maffeius obseruauit de monstro marino, quæ tute leges l. 7. p. 202.

De beluis hisce & harum iconibus Rondelitius, & alij, plurima, Gesnerus lib. 4. lit. B. & C. in Balænis & Ceris.

RVB R V M M A R E) de hu' us maris nomine & nominis causis dictum longissime l. 8. c. 17. tabulam habes apud Ortelium in p. rergis XXXVI.

AD I C I E B A N T N A V I G I A Q V A E L I X A S) incolæ adjiciebant, seu referebant inter alia. de hac Insula, in quam lixæ & mercatores traicerunt, exactè Arrianus p. 189. v. pen. & Noſalam appellatam, Solique lacram fuisse docet, sed fabulosa esse quæ de illa narrantur:

RVRVS E OS TERRAM LEGERE IVBET) Remisit Alexander Nearchum ad classem vi-
tro suam operam regi parcere ei volenti offerentem. quo pacto vero, & quam difficulter ad suas
naues redierit, & quaspræterea oras lustrarit, accuratè exponit in Indicis Arrianus, è quibus
paucâ transcribam: Cœterum, inquit, neque ipsa ad mare profectio (seu redditio) Nearcho laboris ex- p. 191
pers fuit. Collecta enim undeque barbari tutæ munitæ aquæ Carmania loca occupabant. nam saepa
eorum, iussu Alexandri interfactus fuerat. Tlepolemus autem, qui receus satrapatum inierat, nondum
sumum imperium nactus erat. bis itaque ac ter uno atque eodem die diuersis in eum barbaris irrue-
ntibus pugnandum fuit. atque ita magno cum labore agricæ tandem ac difficulter ad mare salui peruer-
nerunt. Sequitur deinde longa narratio omnium locorum & portuum, quos Nearchus, quoad
rediret ad Alexandrum, subiit, quæ nihil ad Curtium explicandum pertinet. Adiungam tamen p. 196. f.
reditum Nearchi & totius classis ad Alexandrum Susis degéti: hæc enim ad illa Curti verba ex-
plananda pertinent: donec ad Euphratis os appellerent classem, & quæ sequuntur. Ab ostijs Euphratis
Babylonem vsque Nearchus stadia IIII. M. CCC statuit. eo loci de Alexandri ad Susis profectio nuntiū
aceperunt. Ipsi etiam inde retrorsum profecti per Pasitigrim flumine nauigarunt, vt dextræ cum Alexan-
dro iungerent. Oram relegentes, à leua Susis habebant, lacumq; præteruehuntr in quem Tigris flumen
decurrit: qui ex Armenia fluens iuxta Ninum, magnam olim & opulentam urbem, regionem efficit
quæ inter se & Euphratem media est, ideoque Mesopotamia dicitur. A lacu ad flumen nauigatio
est stadiorum 100. Ibi & pagus quidam Susiorum est, quem Aginim vocant: Is à Susis distat
stadijs quingentis, Susiorum ora vsque ad Pasitigris ostia ad II. M. stadiorum porrigitur. Inde per Pasiti-
grim aduerso flumine per regionem bene habitatam atque opulentam recti sunt: confectisque stadijs CL.
ibi constiterunt, expectantes redditum eorum quos Nearchus miserat sciscitaturos vbinam locoru rex es-
se. Ipse djs seruatoribus sacrum fecit, ludosque edidit vniuerso exercitu nauali in latitiam effuso. Post-
quam vero nuntiatum est, Alexandrum appropinquare, rursus aduerso flumine nitentes ad pontem quen-
dam recens factum, per quem Alexander exercitum in Susas traductorius erat, constiunt. eo loci exercitus
coniuncti sunt. Alexander pro nauibus simul & milite saluus sacrificia fecit, ludosq; edidit. Nearchus quo-
quouersus per castra ibat, floribus ac sertis petebatur. Post hac Alexander Nearchum & Leonnatum aureis

coronis donauit; Nearchum ob classem seruatam, Leonnatum ob victoriam quam de Oritis alijsque barbaris Oritarum vicini reportarat. In hunc modum exercitus ab Indi annis ostijs saluus Alexandro reductus est.

IPSE ANIMO INFINITA COMPLEXVS) Africam & Europam totas cum Carthagine & Roma, quarum haec Europæ, illa Africæ domina erat, suo imperio habijcere cogitabat. De his Alexandri molitionibus paullo fusijs Arrianus, p. 146. lib. 7. init.

Plutarchus paucissimis: Huc rediit ad eum Nearchus, latuusque ille, intellecta nauigatione instituit ipse Arabiam & Africam ambire, atque per columnas Herculis in mare mediterraneum decurrere.

NVMIDIAE SOLITUDINIBVS) Numidia pars Africæ, proxima Carthagini, ut tradit Salustius de bello Iugurthino: ortosque Numidas ex Herculis exercitu affirmat nauibus in Africam ex Hispania transtuecti: Sed postquam, inquit, in Hispania Hercules, scuti Afri putant, interiit: exercitus eius compositus ex varijs gentibus, amissio duce, ac paucim multis sibi imperium petentibus, breui dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ & Armenij nauibus in Africam transuersti, proximos nostro mari locos occupaverunt. Sed Persæ intra Oceanum magis, biq; alueos natiuum inuersos pro ruguryis habuerunt: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi aut mutandi copia erat. mare magnum, & ignara lingua commercia prohibebant. Hi paullatim per connubia Getulos secum miscuerunt: & quia sæpe tentantes agros, alia deinde, atque alia loca petinuerant, semetipso Numidas appellauerunt. Ceterum adhuc adficiuntur Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblongis, incurvis lateribus testa, quasi natiuum carinæ sunt. Medi autem & Armenij ad Libyes accessere (nam hi propius mare Africum agitabant, Getuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus) biq; maturè opida habuerunt. Nam freto diuisi ab Hispania, mutare res interficie instituerunt. Nomen eorum paullatim Libyes corrupere, barbaræ lingua Mauros pro Medis appellantur. Sed res Persarum breui adoleuit, ac posse ea Numida propter multitudinem à parentibus digressi, possedere ea loca, quæ proxime Carthaginem Numidia appellatur. Plura de Numidis & Numidarum moribus, cultu, ingenio, idem Sallustius. Describit eandem Mela. Solinus: Quod est à flumine Ampsaga Numidia datur. Huius incola quam diu errarunt pabulationibus vagabundis, Nomades dicti sunt, & que sequuntur. Addit partem eius silvestrem esse, & feras, educare, iugisque arduam.

Periegetes:

Post hos immensæ Nomadum de semine gentes

Saltibus hos duris asper fluisq; vagantes

Victus alit saua quæsus cæderarum.

Nec pluribus hic opus, vbi per occasionem tantum à Curtio tangitur.

CVR SVM GADIS DIRIGERE) In capite Bæticae, inquit Solinus, vbi extremus est nosti orbis terminus, insula à continenti septingentis paucibus separatur, quam Tyrrhæ ab Erythræo mari profecti Erythraam, Panis lingua sua * Gadir; id est spem nominarunt. Mela: Gades, (id est Gadir seu Gadeis, nam prisci longas syllabas scribabant) fretum attinxit, eaque à continenti angusto spatio & veluti flumine absissa, qua terris propior est, penè rectas ripas agit: quæ Oceanum spectat, duobus promontorij enecta in altum, medium littus abducit, & fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam; in altero templum Aegyptiæ Herculis conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre Tyrrhæ condidere. Plura Diodorus. pag. 299. & seq. v. 15. à f.

Abrahamus Ortelius Geographus regius de Gadibus plura perscrivit.

COLVMNA HERCVLIS) Mira de his columnis, sed incerta, nam alij pro columnis promontoria ponunt, alij montes, alij statuas Herculis, alij turres, alij columnas æreas octo cubitorum: alij freti claustra, alij Gades, alij etiam quippam ultra Gades situm. Nonnulli pro columnis habent, Calpen & Abilam, qui est mons ex aduerso Calpæ in Africa, quem Eratosthenes ait situm esse in Metagonijs Numidica gente. Strabo de Gadibus & columnis libro tertio, pag. 116. & sequent. copiosissimè disputat, quem lector ipse, si placuerit, videbit. locus enim est prolixior, quam ut huc transferatur. Interim Melam capite sexto, libri secundi, pag. 30. v. 12. à f. Solinus cap. 26. Philostratum libro undecimo cap. 97. Nostrum Marianam de rebus Hisp. Periegetem, & ad illum Eustathium. Pindarum in Pythijs, Isthmijs & Neneis. Nam quæ à Strabone & Eustathio ex Pindaro laudantur, hodie non apparent.

Carolus V. Maximus has transiit, & duas fixit columnas, quibus inscripsit PLVS VLTRA. sed primus non fuit qui illas superauit. Phœnices iam olim ante Christum natum eadem transnauigabant. Pindarus quando gloriam & famem virorum illustri & Olympioniarum ad ultimos mundi fines propagatam canit, ad columnas Herculis peruenisse affirmat; nec ulterius potuisse dici aut proferri, quod ibi crederet esse fines mundi terræ & maris. Sed hodie omnia alia Sinæ & Iapones docent.

PRAETER VENETALPES) è Strabone & Geographicis tabulis facile disces, quæ facilis ex Iberico seu

seu Hispanico mari sit in Italiam traectus, & inde per Adriaticum mare in Epirum quæ adhæret Macedonia, ubi patria sedes erat Alexandri, qui totum orbem terræ marique obire statuerat.

MESOPOTAMIAE PRAETORIBVS) Deditameni Babyloniae, Laomedonti Syriae, Amphimacho Mesopotamiae & Arbelæ.

IN LIBANO MONTE) vide l. 4. c. 8. Materies ex Libano monte ratibus & turribus faciendis aduehabantur.

THAPSAGAS) hic alij Caplagas, alij Thaphgas alij Tapsacam legunt. Glareanus ex Arriano & Strabone Thapsacum docet scribendum: que nobilis est ad Euphratem vrbis. Plinius: At in lib. 5. c. 24. Syria opida Europum, Thapsacum quondam, nunc Amphiopolis. Strabo in xvi. Maxima distantia qua inter se fluvii absunt, ad montes est. quantum etiam Eratosthenes à Thapsaco dixit, iuxta quam antiquus Euphratis pons erat, distat Babylone stadijs quater mille octingentis.

SEPTIREMES) naues onerarias, quæ septem remorum & remigum ordinibus sunt instruæ. Balsum lege de re nauali & laueis.

CYPRI REGES) eodem enim tempore plures huic nobilissimæ Insula reges imperitabant: Diodorus in xvi. Erant, inquit, in hac Insula nouem magni nominis ciuitates, quibus minoræ opida iurisdictioni illarum subiectæ ad stipulabantur. Vnaquaq; suum habebat regem, qui rem publ. administraret, regi tamè Persarum subiecti: Hi omnes facta inter se conspiratione, Phœnicum exemplo, descivere, & necessarij ad bellum preparavisi merum regni suis imperium arrogabant. Hæc Diodorus. Tota tamen Cyprius Alexandro paruit ut supra quoq; ad Tyrum commorante eod. Alexand. cognouisti. lib. 4.

PHILIPPVM PRAEFECTVM IPSIVS) de hoc aliquid dictum supra lib. 9. cap. vlt. Hic Arrianus adstipulatur Curtio: Iamq; Carmaniam versus processerat rex, cum ei nunciatur Philippum Indorum satrapam mercenariorum fraude ex insidijs intererentum. ac percussores quidem à Macedonibus, qui Philippo corporis custodes erant, partim in ipsa cæde, partim post perpetratum facinus captos, interfecitos esse. Quo cognito, Eudemo & Taxila per literas iubet, vt regionis, quæ antea Philippo subdita fuerat, curam administrationemq; suscipiant, & antioper dum ipse satrapam aliquem eò mittat. Reor eundem olim Thesalorum equitatui præfuisse ad Arbelæ Balacronatum, de quo etiam Diodorus. Alius Menelaus mercenariorum præf. etus, apud Arrianum lib. 3.

ABISARIS REGNO) de Abilare multa superiore lib. 8. & 9.

EVDAEMONEM) Eudemum appellat Arrianus. Post Alexandri mortem nulla huius est mentio in distributis prætoris & dynastis, fortasse ante extincti.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

Orsinis Persæ laudes, liberalitas, criminatio, indignissima cædes.

Ventum est inde Pasargadas. Persica est gens, cuius satrapes Orsines erat, nobilitate ac diuinitate inter omnes barbaros eminens. genus ducebat à Cyro quondam rege Persarum. opes & à maioribus traditas habebat, & ipse longa imperii possessione cumulauerat. is regi cum omnis generis donis, non ipse modo ea, sed etiam amicis eius daturus occurrit. equorum domiti greges sequebantur, currusq; argento & auro adornati, preciosas supellex, nobiles gemme, aurea magni ponderis vasa, uestesque purpureæ, & signatae argenti talentum IV. millia. caterum tanta benignitas barbaro causa mortis fuit. Nam cum omnes amicos regis, donis super ipsorum vota coluisse, Bagae spadoni, qui Alexandru obsequio corporis deunxerat sibi, nullum honorem habuit. Admonitusq; à quibusdam quā alexandro cordi esset, respondit amicos regis, non scortase colere, nec moris esse Persis, mares ducere, qui effeminarentur. His auditis spado potentia flagitio & dedecore questā, in caput nobilissimi & insolitis exercuit. namque gentis eiusdem levissimos falsis criminibus astrinxit. monitos tum demum ea deferre cum ipse iussisset. Interim quotiens sine arbitrio erat, credulas regis aures implebat, dissimulans causam iræ, quo grauior criminantis autoritas esset. Nō dum suspectus erat Orsines, iam tamè vilius. reus enim in secreto agebatur, latentis periculi ignarus: & importunissimum scortum, ne in stupro quide & dedecoris patientia fraudis obliuum, quoties amorem regis in se accenderat, Orsinem modò avaricie,

interdum etiam defectionis arguerat. Iam matura erant in perniciem innocentis menda-
cia & fatum, cuius ineuitabilis sors est, apperebat. Forte enim sepulchrum Cyri Alexander
ius sit aperiri, in quo erat conditum eius corpus, cui dare volebat inferias. auro argentoque
repletum esse crediderat; quippe ita fama Persa vulgauerant, sed prater clypeum eius pu-
trem, & arcus duos Scythicos, & acinacem, nihil reperit. caterum corona aurea imposta,
amiculo cui assueverat ipse, solium in quo corpus iacebat, velauit, miratus tanti nominis
regem tantis praditum opibus, haud pretiosius sepultum esse, quam si fuisset e plebe. Proxi-
mus erat alteri spado, qui regem intuens. Quid mirum, inquit, est, inania sepulchra esse
regum, cum satraparum domus aurum inde egestum capere non possint? quod ad me at-
tinget, ipse hoc bustum ante a non videram, sed ex Dario ita accepi, 111 millia talentum cō-
ditae esse cum cum Cyro: hinc illa benignitas in te, ut quod impunè habere non poterat Or-
sines, donando etiam gratiam iniret. Concitauerat eam animum in iram, cum hi quibus
negotium idem dederat, superueniunt. hinc Bagoas, hinc ab eo subornati falsis criminibus
occupant aures. Antequam accusari se suspicaretur Orsines in vincula traditus est. Non
contentus suppicio insontis spado, ipse morituro manum iniecit: quem Orsines intuens,
Audieram, inquit, in Asia olim regnasse fæminas, hoc verò nouum est regnare castratum.
Hic fuit exitus nobilissimi Persarum, nec insontis modo, sed eximia quoque benignitatis
in regem.

PASARGADAS) Pasargada Ptolemaeus, Solinus: Pasargadas Curtius, Dionysius, Eustathius
Arrianus appellant, vti & Strabo. De hac virbe Curtius ipse plenius lib. 5. c. 14. vbi & Cyrus eius
conditorem facit, ad quem locum nos plura. Hic indignissimum & atrocissimum iniquissimi &
improbissimi spadonis exponitur facinus, quo nobilissimum & innocentissimum principem, re-
gia & antiquissima familia Cyri ortum pessimis artibus circumuenit, & pessimis calumniis in
crucem egit, quamquam de hac realiter tradat Arrianus, vt videbimus: & aliter Plutarchus, ali-
terque Strabo. tanta est scriptorum varietas.

PERSICA EST GENS) in ultimo angulo Persidis, quæ ad ipsum Sinum Persicum colit. Soli-
nus: A meridie Persidem, deinde tractus hic procedit usque ad castellum quod magi obtinent,
Pasargada nomine. hic Cyri sepulchrum. Idem Plinius l. 6. c. 26.

ORSINES ERAT) Arrianus Orxinem vocat. Celebrat Curtius Orsenis nobilitatem à Cyro
rége descendente, opes regias & liberalitatem, optimos & integerrimos mores. De eodem l. 4.
cap. 28. Orsines summa præterat à viii. Persis oriundus, ad Cyrus quoque nobilissimum regem originem
sui referens, per filias Cyri crediderim descendisse seu Atoslam, seu alias. Nam Cambyses Cyri
filius nullos ex se natos liberos suscepit aut reliquit.

SIGNATI ARGENTI TALENTVM IV. MILLIVM) signatum argentum est pecunia à si-
gno impresso, vel effigie regis, vel nomine, vel utroque dictum: cum aliud argentum rude dica-
tur, aut, si in pocula, phialas, & crateras formatum, argentum elaboratum appellatur. quatuor
millia verò talentum efficiebant vices quater centena millia aureorum seu philippicorum. uno
philippæo viginti * victoriatis æstimato.

MARES DVCERE) Oderant Persæ παρεπασταν & scorta mascula, quæ naturæ leges violent
& corruptunt: nec pro viris castratos, sed scemini deteriores ducebant. & Orsines nobilissi-
mus princeps & Persarum satrapes honestissima mente prædictus, neque nomen quidem scorti
pathici serebat, nedum, ut donis afficeret, persuaderi poterat. quæ res illi exitio fuit apud regem;
sed apud omnes sanos & honesti memores clarissimam æternitatis famam peperit.

BAGOAE SPADONI) de hoc multa sunt libr. 6. cap. 10. memorata, vbi etiam hic Curtij locus
adductus. Antea Darij, postea Nabarzanis, demum Alexandri scortum. iam deuotum orco pa-
bulum luit cædem innocentis & stupra. De Bagoarum nomine ibidem disputatum. Latinis spa-
dones & castrati dicti.

POTENTIAM FLAGITIO ET DED. QVAESITAM) Stupris quæstâ & auctam, sed ut quæ-
ritur, ita demum perditur, & apud omnem posteritatem æterna laborat infamia.

GENTIS LEVISSIMOS) adornat & submittit testes donis corruptos: leviissimos, quod cōtra
constantiam & iuum principem passi sint à fide se deduci.

FATVM CVIVS INEVITABILIS SORS EST) (uprâ l. 4. c. 14. Sed ut opinor, ineuitabile est fa-
tum, vbi multa ex philosophia & disciplina.

SEPVLCRVM CYRI) de sepulchro Cyri, quidque in eo repertum & lectum sit, præter
Curtium docent Strabo, Arrianus, Eustathius ad Dionysium, Plutarchus. Deinde, inquit Geo-
graphus, in Pasargadas venit, vbi erat antiqua regum sedes. Hic Cyri sepulturam in hortis vidit, turrim
non sane magnam, arborum densitate occultam, à parte inferiore solidam, superiore tabulatum ba-
bentem & cellam, per angustum aditu. Per eum Aristobulus introisse se ait, iussu regis, atque sepulturam ex-
ornasse. Vidiisse autem auream lecticam, & mensam cum poculis, & aureum alueum, vestem plurimam,
& mun-

Duo mil-
lioni vul-
go & qua-
tuor thun-
* Bazij
vulgo.

EXPLANATIONES.

639

& mundum gemmis ornatum. Verum hoc vidisse affirmat, primo aduentu postea direpta fuisse, ac cetera quidem aportata, lecticam verò contractam, & alio loco moto, cadauer nusquam apparuisse. Non hoc satrapa, sed prætorum opus fuisse, qui ea reliquerant, qua aportare nequieuerūt. Euenisse verò hanc, quantumvis magorum custodia imposta esset, qui quotidie ouem accipiebant in alimenta, singulisq; mensibus equum. Enimvero Alexandri longinqua in Indianam & Bactros expeditione factum, ut multa nouo exemplo fierent, de quibus & hoc fuerit. Hæc Aristobulus, qui & inscriptionem monumenti hanc refert. Subiicit deinde hanc græcè epigraphen:

Ω ΑΝΘΡΩΠΕ, ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ Ο ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΟΙΣ ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΜΗ ΟΥΝ ΦΘΟΝΗΣΗΣ ΜΟΙ ΤΟΥ ΜΝΗΜΑΤΟΣ. Οντοκρίτος δὲ τὸν μὲν πύργον δεκάσεγον ἔργκεν τὴν ἀνατάτω σέγη κεῖθαι τὸν Κύρον ἐπίχραμψα δ' εἶναι Ελληνικόν, Περσικῶν κεχαραγμένον ζωάρμαστον. ΕΝ ΘΑΔ' ΕΓΩ ΚΕΙΜΑΙ ΚΥΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΗΩΝ.

O homo ego Cyrus sum Asia Rex, qui Persis imperium paraui, & Rex Asia fui. Ne igitur mihi monumentum inuideas.

Onesicritus ait, turrim x. tabulata habuisse, & in supremo Cyrum iacere cum Græca inscriptio exarata: *Cyrus ego, Rex olim regum conditus hic sum.*

Idem alio epigrammate Persico, in eandem sententiam. Onesicritus quoque illius meminit, quæ in Darij sepultura erat hoc sensu: Amicus amicis fui (non vt interpres habet, *Amicus fui*) & e. φίλος οὐ τοῖς φίλοις.

Aristus Salaminius multò hisiunior, refert turrim magnam fuisse, & duo tabulata habuisse, in successione Persarum conditam: sepulturam verò assuerari in qua Græcum epigramma inerat (vt antè diximus) & aliud Persicum in eandem sententiam. *Cyrus Pasargadis habuit honorem, quod ibi Abyagem Medium ultimo prælio superauit, & Asia imperium in se transtulit, urbe condita & regia constructa ad rei memoriam.*

* Arrianus verò idem accuratius describit, sed locus longiusculus est. parcendum lectori & * p. 144. chartis. Periegetem quoque cum Eustathio consulens.

CORONA AVREA hanc Alexander Cyro imposuit, vt vestem ipse sibi suam detraxit, qua vnam seu sarcophagum Cyri ornauit.

SI FVISET E PLEBE) ex hac admiratione Alexandri & neglectu sepulchri Cyri, impurissimum mancipium Bagoas occasionem ultimam arripuit, vt Orsinem omnino violenta criminatio pefludaret. Non esse mirandum, vacuum repertum esse sepulchrum, cum illud Orsinis Persa bultirapu spoliarit. Ie ex ipso Dario rege accepisse, tria millia talentum cum Cyro condita fuisse, quæ efficiunt decies octies centena millia aureorum. Hinc, inquit, illa è sacrilegio liberalitas, Orsinis, qui ea arte etiam abs te, rex, iniurie gratiam studuit.

SUPERVENIUNT) testes subornati à Bagoa, qui fidem auro posthabuerunt. Atque haec sunt artes impiorum in aulis administratorum regum. ita cecidit Dioxippus. huiusmodi documenta etiam in literis sacris, in historia Hesteris, Danielis, & Regum habemus. hinc Phædri, Crispi, & Comes nobilissimus ab Othono per vxorem circumuentus periit. Sed plerunque faba in capita calumniatorum recusa est, vt quas ipsi alijs insidias tetenderant, in ipso reciderent. Existat apud Ludouicum Granatum illustre huius rei documentum de milite Lusitano calumniâ circumuento & rogo addicto, quo calumniator diuinitus lege talionis exustus est. lib. 2. catech. cap. 27. §. 10. nec pluribus hic opus.

MORITVR MANVM INIECTUS) ipse lactore & carnifice, digno spadone ministerio funsus, à quo in crucem actus est, vt testatur Arrianus, qui tam non excusat Orsinis, quem Orxinem appellat, innocentiam. Plutarchus non ab Orsine Persa reclusum & apertum ait sepulchrū, sed à Macedone, & quidem ciue Alexandri Pellæ patria. Hinc, inquit, cum Cyri conditorum apertum compserisset, interfecit auctorem, quamvis Pelles esset non ex obscurissimis, qui id admiserat, Polymachus nomine.

FOEMINAS REGNASSER) Semiramidem, Tomyrim & Amazones.

HOC VERO NOVVM EST REGNARE CASTRATVM nullū in vllis hominum memorij & scriptis Eunuchum apud vias gentes vñquam regnare memini. fasces tamen consulares Eutropij Claudianus totis libris exagitauit. Narses exarchus paulo modestior, quamdiu non fuit exagitatus. Duo Magi fuere Patizthes & Smerdis, quorum hic alterius instinctu aliquandiu alieno rectus nomine regnauit apud Persas: sed neuter eunuchus fuit, vt ex Iustino & Herodoto constat.

HIC FVIT EXITVS) epiphonema tragædia, quod plerunque indignis rebus addit historicus, vt sapere luperæ in Dario, Parmenione, Callisthene & alijs cognovisti.

IN PASARG.) Calani mors, rogus & triumphus, quæ tacet omnia Curtius; celebrata, quæ nos suprà commemorauimus. Diod. in Susianis finibus hæc

acta narrat,

CAP V T IV.

ARGVMENTVM.

Curtius regis credulitatem & crudelitatem carpit,
Europæ, Asiacæ, & Græciæ statum exponit.



Odem tempore Phradates regnum affectasse suspectus occiditur. cœperat esse præcepis ad representanda supplicia, idem ad deteriora cœdenda sic scilicet res secunda valent commutare naturam. & raro quisquam erga bona sua satis cautus est. Idem enim paullo antè Lyncesten Alexandrum delatum à duobus indicibus damnare non sustinuerat. humiliores quoque reos contra suam voluntatem, quia cœris videbantur insontes passus absolui, hostibus victis regnare duxerat. ad ultimum à semetipso degeneravit usque adeo, ut aduersus libidinem animi, arbitrio scorti, alijs regna daret, alijs admireret vitam. Isdem fere diebus à Cœno literas accipit de rebus in Europa & Asia gestis, dum ipse Indiam subigit. Zopyrio Thracia præpositus cum expeditionem in Getas faceret, tempestatibus procellisque subito cooris cum totuero exercitu oppressus erat. qua cognita clade Seythes Odrysas populares suos ad defensionem compulerat. amissa propemodum Thraciane Gracia quidem. * Igitur triginta nauibus Sunium transmittunt: promontorium est Attica terra, unde portum urbis petere decreverant. * His cognitis rex Harpalus Atheniensibusque iuxta infestus classem parari iubet, Athenas protinus petiturus. Quod consilium dum clam agitat, litera ei reduntur, Harpalum intrasse quidem Athenas, pecunia conciliaisse sibi principum animos, mox concilio plebis habito iussum urbe excedere, ad Gracos milites peruenisse, à quibus interceptum, & trucidatum à quodam viatore per insidas. his latus in Europam trayecti consilium omisit. Sed exules præter eos qui ciuili sanguine aspersi erant, recipi ab omnibus Græcorum ciuitatibus, quibz pulsæ erant. iusset. Et Græci haud anti imperium aspernari, quanquam soluendarum legum id principium esse censebant, bona quoque qua extaret, restituere damnatis. Soli Athenienses non suæ modi, sed etiam publicæ vindices libertatis, colluisionem hominum, non regio imperio, sed legibus moribusque patrÿs regi assueti, prohibuere finibus, omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis sue, tunc etiā exili, admitterent.

PHRADATES) fuit Taurorum prætor & satrapes, & ad Arbela interduces Darij præfatus Caspianorum, Autophradatem Arrianus appellat. de quo Curtius lib. 4. cap. 28. & lib. 6 ca. 3. lib. 8. cap. 8.

COOPERAT ESSE PRAECEPS AD REPRÆSENTANDA SUPPLICIA) Arrianus l. 7. Por-
rò Alexander pronior iam ad fidem delationibus habendam factus, airo. ibus supplicijs leuiter etiam delinquentes afficiebat, quippe quos maiora delicta animo agitasse cogitabat.

RES SECUNDÆ VALENT COMMUTARE NATVRAM) verè dixit Comicus

Rebus secundis mater est ferocia.

lib. 3. cap. 5. de Dario dixerat: Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi etiam suam naturam pie-
runque fortuna corrumperet, & illud Comici.

Fortuna vel naturam corruptit suam.

RARO QVISQVM ERGA BONA SVA SATIS CAVTVS EST) & hoc relatum est inter
optimas gnomas:

Rarò quis erga sua bona est cautus satis.

LYCESTEN ALEXANDRVM) regredere ad c. i. l. 7. illa verba, A duobus indicibus delatus, ter-
tium iam annum custodiebatur in vinculis. & lib. 8. c. 16. Lyncesten verò Alexandrum bis capitimi meo insi-
diatum à duobus indicijs liberavi, & quæ sequuntur.

REGNA REDVXERAT) olim erat, regna redixerat. Modius è chirographo Colonensi re-
scripsit, regna reduxerat. Nec regna reduxerat vt importunum hic placet, nec præscriptura
regna

regna redixerat, quod nihil est dicere. Acidalij prima coniectura & scriptura omisâ protus altera arridet, quam ego certè sinceram & germanam arbitror: regna reduxerat, inquit, Curtianum non est, Modianum est, qui tamen auctorem Colonensem M.S. laudat. vulgus librorum habet, regnare dixerat. Inde ego regnare didicerat. Acerba irrisio est, in contrarium accipienda, summâ ante moderationis rex, & verè rex, vîctor tandem rex esse didicerat, quasi id verò regium, non ex æquo & iure agere, sed pro sua aut aliorum libidine grallari.

Quæ sequitur coniectura regnari didicerat, non videtur ex genio Curtij, quem vtcunque noui.

ADVERSUS LIBIDINEM ANIMI) contra suam voluntatem, vt Curtius quarto antè ver-
su explicauit.

HVMILIORES REOS) ex aliorum, non sua, voluntate absolutos dimisit.

ARBITRIO SCORTI) ita usurpat vox, non pro prostibulo aut lupa tantum, sed pueris,
spadonibus, ephesis impuris, cynædis: exempla apud Livium & alios.

Principes & duees Alexandri cum Bagoæ viderent potentiam, certatim illum sibi demereri studuere, vt per illum quicquid vellent, extorquerent; seu regna, seu inimicorum cædes. exempla tamen nulla addit Curtius præter Orsinem.

IISDEM FERE DIEBUS A CAENO LITERAS ACCIPIT) à quo Cæno? nonne Cænum lib. 9. cap. 7. extulimus? an ergo ab inferis rediuius extitit? an ab alio aliquo Cæno? atqui non nisi vnius omnibus libris prioribus mentio facta. Dicam quod sentio. Hæc Curtij verba Isdem fere diebus à Cæno, & quæ sequuntur, vsque ad asteriscum, Igitur XXX nauibus Sunium, esse loco mota, & ad intium sexti libri quod ibi desideratur, reuocanda. Sub illud enim tempus hæc à Zopyrone gesta, clademque acceptam Iustinus docet, quando hæc sub exordium XII. libri tradit, Dum hæc aguntur (post mortem Darij) epistolæ Antipatris à Macedonia ei redduntur, quibus bellum Agidus regi Spartanorum in Græcia, Alexandri regi Epiri in Italia, bellum Zopyrionis præfecti eius in Scythia continebatur. quibus varie affectus plus tamen latitia cognitus mortibus duorum amulorum regum, quam doloris amissi cum Zopyrione exercitus suscepit. Namque post profactionem Alexandri, Græcia ferme omnis in occasionem recuperandæ libertatis, ad arma concurrerat, autoritatem Lacedæmoniorum secura, qui Philippi Alexandriq[ue] pacem soli spreueraunt, & leges respuerant. Dux huius belli Agis, rex Lacedæmoniorum fuerat, quem motum Antipater contractus militibus in ipso ortu oppresuit. Viden hæc iam pridem dum in Parthis ante Indiæ ingressum accidisse? & sequi mox bellum Græciæ. Itaque pro Cæno, hæc lego Antipatru, & pro India Asia recipienda, quæ vox in alijs codicibus hic desideratur apud Curtium, scribiturque tantum de rebus in Europa gestis, vt Asia pro India sit reponenda. Hæc certa meo animo coniectura est de hoc Curtij loco, vbi mox omnia turbata & lacunis horrida. Nihil tamen in editione mea volui immutare, aliorum codicum ordinem secutus. potuit enim fieri vt aliusestet Cœnus (quamquam secus existimem) vel hic ipse siad illum locū verba Curtij reducantur. Monuisse tamen oportuit. nunc ad rem,

ZOPYRIO THRACIAE PRAEPOSITVS) Iustinus & Orosius hunc præfectum Ponti faciunt, & Sopyrionem appellant. Paullò copiosius hæc eadem Iustinus in XII. Dum hæc, inquit, p. 116. vel guntur in Italia, Sopyrion quoque præfetus Ponti ab Alexandro Magno relatus, ociosum se ratus, si nihil edit. Glar. ipse gesisset, adunato XXX. millium militum exercitu, Scythis bellum intulit. casus cum omnibus copijs III. p[er]nas temerè illati belli genti innoxia luit. Hæc cum nunciata in Parthiam Alexandro essent, simulato merore propter Alexandri cognitionem, exercitui suo triduo luctum indexit. Facit eiuldem clavis Sopyrionis & victoriæ Scytharum idem mentionem lib. 2. vbi magnopere Scythes prædicat: Imperium inquit, Asia ter quæsiere, ipsi perpetuo ab alieno imperio intasti aut inuicti mansere. Darium regem Persarum turpi ab Scythia fuga submouerunt. Cyrus cum omni exercitu trucidauerunt. Alexandri M. ducem Sopyriona pari ratione cum copijs vniuersis deleuerunt.

IN GETAS) ad Istrum seu Danubium siti. Strabo in 2. Is (Ister) ab Occasu ortum versus in Euxinum labens mare ad leuam relinquit, Germaniam totam in Rheno orsam, Geticumque tractum totum & Tyrigetas, Bastarnas, Sauromatas vsque ad Tanaim amnem & Maotidempaludem: ad dextram vero vniuersam Thraciam, Illyricumque & Macedoniam & ipsam reliquam Græciam. Ergo, vt vides, Ister tantum inter Thrases & Getas interfluxit. Idem lib. VII. Post hos (Sueos) Getarum regio attingit arcta initio, qua iuxta Austrinam partem regio attingit, secundum Istrum protenditur, & è regione finibus Hercyniae silua, partem montium ipsa quoque complectens, deinde versus septentrionem vsque ad Tyrigetas. Græci Getas existimauerunt esse Thraciam gentem. Hi Getæ ad utramque Istri partem accolebam. Getæ Lyssimachum ducem Alexandri, postea regem, ipsi bellum inferentem ceperunt, quem rex illorum Dromiclates hospitio exceptum, & liberaliter habitum ex hoste amicum diuinit.

Fuere Getæ sicut & Massagetae, Tyrogetæ, & Sacæ, & Sagæ, & Dahæ, & hoc genus multæ alij Scythicæ gentes communi nomine Scythæ appellati.

Caterum Quidius barbarissimam & ferociissimam gentem affluitat cum canit:

Nulla Getus totogenus est truculentior orbe.

Et v. de Trist.

2. de Pont.

El. 7.

El. 7.

Vox

Vox fera, trux, vultus, verissima mortis imago.

Non coma, non villa barba resecta manu.

Sine locum specie locus est inamabilis, & quo

Esse nihil toto tristius orbe potest.

Sine homines: vix sunt homines hoc nomine digni

Quamq; lupi, sana plus feritatis habent.

Non metunt leges, sed cedit viribus aquum,

Victaq; pugnaci iura sub ense iacent.

Et quæ ibid. & eleg. xi, sequuntur, ποντικῶς magis quam isopikῶς exaggerata.

TEMPESTATIBVS) aliter, vt legisti, Iustinus, qui omnes oppreslos & deletos ait, quæ erat
grauissima armorum tempestas & procella.

SEUTHES ODRYSAS) Seuthes Odrysarum rex illius opinor Seuthæ vel nepos, vel pronestos, cuius plurima mentio est apud Xenophontem in viii. anabaseos, cuius pater Mesades fuit regno pullus. Odrysa vero gens Thraciæ fuit: Stephanus τερψί πόλεων: "Οδρυσα θν Θράκης. Σάλεω ἐπιθακαγένετην. λέγεται Οδρύσιον, καὶ Οδρυσία καὶ Οδρυσίδας θυλικῶς, καὶ Οδρυσίς έτι καὶ Οδρυσα πόλις αὐτήν. καὶ Οδρυσία λέγεται καὶ Οδρυσίτης. Odrysa natio Thracica, Strabo in xvii. Dicitur & Odrysius & Odrysa & Odrysidæ, & Odrisiades genere muliebri & Odrysia. Est & Odrysa ciuitas illorum, quæ & Odrysa dicitur. & ciuis Odrisites.

Hos Lysimachus post Alexandri mortem Thraciam fortitus primo est bello aggressus, vt auctor est Pausanias in Atticis.

NE GRAECIA QVIDEM) hos omnes motus & defectiones vna Sopyrionis clades concitauit, tanti est vel vna victoria, vel strages.

Ad hunc usque locum, vt ex Iustino docui, octo versus Curtij pertinent ad initium sexti libri.

IGITVR XXX. NAVIBVS) Hic ingens est hiatus nobis explendus. ac de Calani quidem rogo in Pasargadis Iupræ per occasionem Brachmanarum satis disputatum. De Harpalii depedulatoris & harpagis thesauro ex Babylone subducto; fuga in Græciam, & caede nunc trado. Mox deinde de nuptijs apud Susa regis & regiorum procerum octoginta: de Hephaestionis in Ecbatanis funere & funebris ab Alexandre celebratis dicendum. Sed quod hic ad verba Curtij attinet, dubites an ad superiora adhuc, & Græcorum tumultum & defectionem pertineant: an vero ad Harpalum Athenas properantem. Nam Sunium cum sit promontorium Atticæ, vt omnes Geographi Curtio suffragantur; quaeritur quinam fuerint, qui xx x. nauibus Sunium transmiserint, & portum Athenarum petierint. Ego quantum coniectura assequor, de Græcis Athenas petentibus, & forte se exilibus, quos, exceptis sicariis & ciuii sanguine asperatis, & alijs hoc genus facinorosis, patre relitui, Alexander præceperat, & sua quenque vrbe recipi, quos tamen Athenienses ex omnibus Græcis contemto regis edicto, nunquam admiserunt. Ante ergo illa verba que sequuntur: *Hic cognitus rex, iterum lacunæ signum ponendum. desunt enim omnia quæ ad nuptias Susianas & Harpalum & Hephaestionem pertinent.*

Ego tamen coepit hoc de rebus Europæ caput, hoc est de Harpalio & Atheniensibus, Demosthene & exilibus exequatur ad Susianas & Ecbatanas reuertar.

REX HARPALO ET ATHENIENSIBVS IVXTAINFESTVS) quis Harpalus? quid designat? nam principium narrationis deest, quid Athenienses peccauerent? Res ita habet ut narrat Diidorus, inquit, Harpalus, cuius fidei, thesauros Babylonis & vestigialium asseruationem commiserat Alexander, quamprimum rex Indiam expeditionem suscepit, nunquam reversurum sperans, voluptatibus & deliciis se dederat. amplissimam namque provinciæ satrapes erat, ac primum ad formidarium stupra, nefariosque cum barbaris concubitus se conuertit. Et intemperantisimo voluptatumabus magnam pecuniam sibi credita vim prodegit. A rubro mari per longissimum interuallum magnam piscium copiam sibi afferendam curabat, tantoisque in quotidianum viderum sumptus profundebat, vt male apud omnes audiret. Ex Athenis in super famosissimum scotrum, cui Pythonices nomen, acciuerat. Hanc & dum vixit, regis muneribus adfecit, & mortuam impensis maximus extulit, ac preciosissimum in Attica monumentum construxit. Post quam aliam ex Attica meretricem, cui Glyceria nomen, accersiuit, cum quam tam molliter & luxuriosè vixit, vt ad impendorum exuberantiam nihil faceret reliquum. Ut vero ad inopinatos fortuna casus aliquid sibi refugii compararet, populum Atheniensem præcipue sibi demerendum statuit. Quare cum post redditum suum ex India Alexander multos ex satrapis ad se delatos capitum pona multasset, ipse etiam metu supplicij, conuasatus quinque millibus talentum argenti, & militum vii. millibus stipendio conductis, ex Asia versus Atticam contendit. At cum nemo se ad ipsum inclinaret, relietis ad Tanarum Laconia militibus, partem aliquam pecuniarum secum auferens, ad populum Atheniensem supplex confugit. Sed Antipatri & Olympiadis literis efflagitatus, grandi pecunia summa in oratores qui pro se ad populum agerent, disperita, euasit, & ad milites in Tanarum nauigauit. Illinc profectus in Cretam à Thimbrone, uno ex amicis, dolo fuit interemptus. Athenienses vero questione de Harpalii pecunias instituta, Demosthenem & oratorum quosdam alios, vt largitionibus ab Harpalio corruptos damnauerunt.

Paulanias verò in Atticis breuiter: Alterum Harpalus Macedo excitatuit, & nempe qui: Alexandru^{n. 16. p. 21. f.} fugiens ex Asia in Europam classe traiecit, cumque Athenas venisset, ab Atheniensibus captus, corruptis cum alijs, tum ipsius Alexandri amicis, periculum effugit. Sed is ante Pythionicen vxorem duxerat, cuius neque genus, neque patriam noui: tantum scio, Athenis eum & Corinthi corpus vulgasse. eam verò tam perditè amauit Harpalus, vt mortua & monimentum posuerit, omnium quæ in Gracia sunt, veterum operum, quod spectetur, dignissimum.

Athenæus lib. 13. plurima de eod. Harpalus, & eius impurissimo scorto Pythonice cui Athenis magnificentissimum posuit monumentum, quod nos transimus, & tu apud Athenæum spectare poteris, p. 594. & seq.

Intellexisti quare Harpalus fuerit infestus Alexander. Nunc de Atheniensibus & Demosthenes paucis ex Plutarcho & alijs accipe. Harpalus cum pecunia ex Asia seu Syria fugiens venit Athenas & populi tutelæ se commisit, quod oratores populo suadebant, spe prædæ ab Harpalus accipienda. Disflasit solus Demosthenes, ne in vrbe & tutelam recipetur, immixtum bellum ab Alexandro, si recipient fugituum & hostem Alexandri, & depeculatorem ærarij. Sed idem Demosthenes corruptus auro ab Harpalus, simulavit deinceps anginam, quæ erat argentangina. sed deprehensus & damnatus profugit. Fugit & Harpalus, & à Thibrone occisus est, à Tencheritis in crucem actus. Demosthenes ab exilio post Alex. mortem cum ingenti vrbis plausu reuocatus, iterum profugit ab Antipatro postulatus, & ne in hostium manus veniret, hausto veneno perijt. Plura de utroque Paulanias in Corinthiacis, qui Demosthenem, si Dijs placet, innocentem testatur. Helladius & Arrianus apud Photium, Agellius l. x. c. ix. Schottus in vitis comparatis plurima.

SED EXVLES) Diodorus paucis: *Sub hac Alexander cum Olympia celebrarentur, præconum voce publicè in Olympia edxit, vt quotquot forent exules, præter sacrilegos & sicarios, in patriam redirent.* Plutarchus in apophtheg. addit eximios etiam Thebanos suis: vnde Eudamidæ Laconis dictum extat: *Cum, inquit Plutarchus, Olympijs præconio ius fecisset, omnibus exilibus in suam cuique patriam redeunti, præterquam Thebanis: Infortunatum quidem, inquit, præconium, sed vobis, o Thebani, gloriolum: solos enim vos metuit Alexander. etenim qui permittit exilibus redditum in suam patriam, non metuit ne moliantur vindictam, à Thebanis igitur solus metuebat.*

SOLVENDARVM LEGVM PRINCIPIVM) nam cum ex senatus & populi decreto, legibus que in exilium pulsi essent, qui reuocat decreta rescindit, leges violat & soluit.

PVRGAMENTA SVAE VRBIS TVNC ETIAM EXILII) Multæ caussæ potuerunt Athenas detergere ab exilibus recipiendis: nam vbi potentiores reuocantur, statim in eos à quibus proscripti fuerunt, omni imetu feruntur. vt verè dixerit poeta ————— regnauit sanguine multo Quisquis ab exilio rediit, ————— Docent hoc etiam historiæ Romanæ de Caio Mario, Cinna, & huiusmodi pestibus & tempestatibus reip. qui totam ferè nobilitatem Romanam reducti trucidarunt.

Iam hic duæ lacunæ ingentes explendæ sunt, vt quæ in Curtio desiderantur, lector cognoscat. Lacunæ & plenam historiæ cognitionem capiat: De nuptijs est altera quæ Alexander Susis celebravit, duæ explecum alteram Darij filiam duxit vxorem, alteram Hephaestioni matrimonio iunxit, alias * octo-^{tæ} ginta principum & satraparum virginis suis ducibus elocauit. Diodorus breuissimè: *a Susamq[ue] profectus Statiram Darij filiam natu maiorem sibi matrimonio iunxit: minorem verò Drypetim Hephaestioni vxorem tradit; amicorum etiam nobilissimas coniugij noui auctor fuit, & gererofissimas Persarum heroidas in matrimonium collocauit.* Coniuicium & dona Plutarchus etiam paucis explicauit: *Celebrauit splendide epulum nupiale, in quo memorant cuique coniuarum, quorum fuerit nouem millium numerus, auream phialam ad libandum donatam, Iustinus tribus veribus. Filiam post hac Darij regis Statiram in matrimonium recepit: sed & optimatibus Mace- donum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virginis tradidit, vt communi facto crimen regi leuaretur.* Arrianus non solum Barsinem Darij Alexandro nuptam ait, sed & Parysatim Ochi natu minimam, cum iam ante Roxane Oxyartis ducta esset. Exprimit etiam nomina aliarum sponsarum Ducibus & amicis iunctarum, Drypetim Darij, Amastrinem Oxyartis, Artacamam & Antonim Artabazi filias, præter alias Lxx. singulis rex dotes liberalissimè contulit. plura Arrianus. Aelianus lib. 8. c. 7. addit pedestres & nauales copias in aula coniuijs exceptas, musicosque & histriones, & circulatores magno numero délicias regi & regijs sponsis fecisse. Omnia accuratissimè omnia describit Athenæus ex Charete, quæ non possum in pauca cogere. singula enim sunt singularia. Chares inquit &c.

Peractis nuptijs Alexander Susis Ecbatana regiam Medorum mouit, vbi Hephaestion princeps amicorum Alexandri, adeoque alter Alexander morbo decelsit, cui velut heroi & semideo parentauit Alexander, corpus Babylonem curauit deferri. Omnia hæc funebria diligentissimè & fusissimè explicauit Diodorus, ad quem studiosum lectorem avocandum. Perfecti sunt ead. Iustinus non sine reprehensione Alexandri, Plutarchus, & plenissimè Arrianus. Plutarchum fecutus est Zonaras.

Fontes hic lector habes, riuulos negligo. Porro Alexander in tota hac funebri Hephaestionis pompa volebat Achillis apud Homerum in Patrocli funere exequias imitari & superare, ut ostenderet Hephaestionem sibi eo loco fuisse, quo Patroclus fuisse Achilli. Quod & antea Alexander cum ad Achillis monumentum invisiisset, docuit, quo studio in Achillem, & Patroclum servetur, cum tumulum Achillis ipse coronauit, ut Patrocli Hephaestion coronaret, quod Aelianus in XII. variarum cap. VII. testatur. Quo verò studio, quae dicam insania Alexander diuinitatem Hephaestionis afferere conatus sit, Lucianus docebit in Calumnia seu περὶ Διαβόλων, seu περὶ τῆς μητρὸς τοῦ Διαβόλου, digna planè lectu. Sed nos ad Curtium redeamus, lacuna illius ut cunque expleta.

CAPUT V.

ARGUMENTVM.

Rex partem copiarum dimittere parat. dissoluit æs alienum sui exercitus, decem millia talentum, hoc est sexagies centena millia aureorum seu Philipporum.

Alexander senioribus militum in patriam remissis, XIII. millia peditum & duo millia equitum, qua in Asia retineret, eligi iussit, existimans modico exercitu contineri posse Asiam, quia pluribus locis praesidia disposisset, nuperque conditas urbes quas colonis replesset, res nouare cupientibus obstat. ceterum prius quam excerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites æs alienum profiterentur, graue plerisque esse compererat. & quamquam ipsorum luxu contractum erat, dissoluere tamen ipse decreuerat. Illi tentari ipsos rati, quo facilius ab integris sumtuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex satis gnarus professioni aris pudorem, non contumaciam obstat, mensas totis castris ponit iussit, & X. milia talentum proferri. Tum demum fide facta professi sunt. nec amplius ex tanta pecunia, quam C. & XXX. talenta superfuere. adeo ille exercitus tot diuissimorum gentium vitor, plus tamen victoria quam præda deportauit ex Asia.

SENIORIBVS MILITVM IN PATRIAM REMISSIS) ad decies mille sacramento militiae absolutos Diodorus testatur. Arrianus narrat eam militum missionem parum feliciter cecidisse Alexandro, quod graues inde in exercitu seditiones extiterint. Opim, inquit, cum venit conuocatus Macedonibus pronunciauit, se omnes eos qui vel atate, vel membrorum mutilatione inutiles ad pugnam facti essent, missos ab exercitu facere, & in domos suas redeundi potestatem dare; qui vero voluntariè manerent, tantum se largiturum, vt merito alijs, qui domi desiderant, inuidiosi sint futuri, aliosq; Macedones excitaturi, vt libenter vna cum eis pericula ac labores adeant. Atque hæc quidem Alexander animo gratificandi Macedonibus dicebat, ipsi ita interpretati, ac si ab Alexandro despicerentur inutilesq; ad res bellicas indicarentur, vehementer ea oratione commotis sunt, qua Alexander ad vniuersum exercitum vñus fuerat.

PRIVSQ; AM EXCERNERET) deligeret; apud Columellam hoc verbi leges de frumento & farina, paleis. hic ergo metaphora est, aliae tamen editiones secereret habent.

AES ALIENVM PROFITERENTVR) & iij quos domum erat missurus, & quos erat retenturus. Omnes ergo milites qui nomina æris aliena contraxerant, iussit edere quantum quicunque deberet.

ILLI TENTARI IPSOS RATI) illi tentari se rati, non minus commode dixisset, quam ipsos, quasi de alijs cum de ipsi metageretur, qui se tentari putabant, est demonstratum pro reciprocō positum. Habant ergo hanc munificentiam regis plerique grauius obserati suspectam, arbitrii velle regem explorare, aliorum è suis frugalitatem, aliorum luxum & profusionem: proinde rari nomina profitebantur, cum tamen non ignoraret totum propè exercitum obseratum. Ergo totis castris mensas proposuit atque in ijs sexagies centena millia philipporum (tan- tum

tum enim efficiunt x. millia talentorum) exposuit, Iustinus x x. millia talentum ait exposita, quæ duplum summa efficiunt, duodecies inquam milles centena millia philipporum, duodecim inquam milliones, ut hodie loquuntur.

Diodoruscum Curtio x. millia duntaxat talentum ait prolata, non xx. Multosque, inquit, are alieno obstrictos esse, edocet, id totum vno die x. millibus talentum paulo minus dissoluit. Quod Diodorus paulo minus addit, hoc Curtius expressè è decem millibus talentum, tantum cxxx. post exsoluta nomina superflue testatur, hoc est septemmillia philipporum supra octingentos. Arrianus dimisit tantum in viaticum tot ait talenta donata, singulis nempe singula. Ergo cum decem millia, ut Diodorus numerat, vndecim ut Iustinus, esent in patriam remitti, & singulis talentum eset oblatum, idem numerus talentorum cum Curtio & Diodoro & Plutarcho est expressus. Sed hic Plutarchus addit singulare quiddam de quodam Antigene Lusco falsa creditorum nomina professo, ut maiorem inde vim pecuniae auferret, qui deprimens vix latum vnguentum à furca & cruce abfuit. Rem narrat Plutarchus, tibi ad manum.

A DEO ILLE EXERCITVS) Solenne hoc habet Curtius, ut semper post grauem aliquam aut indignam rei narrationem nobile subiungat epiphonema plus, inquit, victoria quam præderulit. Sed poterat etiam prædam referre, si non per luxum omnia decoxisset, & adhuc nomina fecisset.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

Seditionem militarem primum frustra conatur oratione sedare, quam mox paucorum nece reprimit. Macedones supplices reiicit, peregrinos spretis Macedonibus alloquitur, admittit. Seditiosos mergit aqua, ac tandem popularibus ignoscit.



Aeterum ut cognitum est alios retineri, perpetuam eum regni sedem in Asia habiturum rati, recordes, & disciplinæ militaris immores, seditionis vocibus caltra complevit, regemq; ferocius quam alias adorti, omnes simul missionem postulare cœperunt, deformia oraciticribus, canitiemque capitum ostentantes. Nec aut praefectorum castigatione, aut verecundiaregus deterriti, tumultuoso clamore & militari violentia volentem loqui inhibebant, palam profesi, nusquam inde nisi in patriam vestigium esse moturos. Tandem silentio facto, magis quia motum esse credebant, quam quia ipsi moueri poterant, quidnam acturus esset expectabant, Ille, Quid haec, inquit, repens consternatio, & tam procax atque effusa licentia denunciata eloqui metuo, palam certè rupisti imperium, & precario rex lumen, cui non alloquendi, non noscendi monendique aut intuendi vos, ius reliquistis. Evidem cum alios dimittere in patriam, alios mecum paulo post deportare statuerim, tam illos acclamantes video, qui abituri sunt, quam hos, cum quibus præmissos subsequi statui. Quid hoc est rei disparity in causa idem omnium clamor est. Pervelum scire, utrum qui discedunt, an qui retinentur, de me querantur? Crederes uno ore omnes sustulisse clamorem, ita pariter ex tota concione resonsum est. Omnes queri. Tum ille, Non hercule, inquit, potest, ut adducar querendi simul omnibus hanc causam esse, quam ostenditis, in qua maior pars exercitus est, ut pote cum plures dimiserim, quam retenturus sum. subest nimirum aliud malum, quod omnes auertit à me. Quando enim regem uniuersus deseruit exercitus? ne serui quidem uno grege profugunt dominos, sed est quidam in illis pudor à ceteris destitutos relinquendi. Verum ego tam furiose consternationis eblitus,

reme-

remedias in sanabilibus conor adhibere. Omnes, hercule, spem, quam ex vobis conceperam, damno: nec ut cum militibus meis (iam enim esse desit) sed ut cum ingratissimis ciuibus porrò agere decreui. Secundis rebus, qua circumfluent vos in sanire capistis, oblitus status eius quem beneficio existis meo. digni hercule qui in eodem consenescatis, quoniam facilius est vobis aduersam quam secundam regere fortunam. Entandem illyriorum paulo ante & Persarum tributariorum Asia, & tot gentium spolia fastidio sunt modò sub Philippo seminudis amicula ex purpura fordan. aurum & argentum oculi ferre non possunt. lignea enim vasorum desiderant, & ex cratibus scuta, rubiginemque gladiorum. Hoc cultissimis vos accepi & D. talenta ariani alieni, cum omnis regia supellex haud amplius quam LX. talentorum esset, meorum mox operum fundamenta, quibus tamen (abst inuidia) imperium maxima terrarum partis imposui. Asiane pertinet etiam, qua vos gloriam rerum gestarum düs pares fecit? In Europam ire properatis rege deserto, cum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ut es alienum luissem, nempe ex Asiatica præda. nec pudet profundo ventre denictarum gentium spolia circumferentes reuertiri velle ad liberos coniugesque, quibus pauci premia victoria potestis ostendere. nam ceterorum dum etiam spei vestra obuiam istis, arma quoque pugnori sunt. Bonis vero militibus caritatus sum, pellicum suarum concubinis, quibus hoc solum ex tantis opibus supereft, in quod impeditur. proinde fugientibus me pateant limites, facebit hinc ocyus. egocum Persis abeuntium terga tutabor. neminem teneo. liberare oculos meos ingratissimius, lati vos excipient parentes liberique sine vestro rege redeentes. obuiam ibunt desertoris, bus transfigisque. Triumphabo, me hercule de fuga vestra, & ubiunque ero, expetam penas, hos cum quibus me relinquitis, colendo preferendoq; vobis. Iam autem scieis & quantum sine rege valeat exercitus, & quid opis in me uno sit. Desiluit deinde frendens de tribunal, & in medium armatorum agmen se immisit, notatisque qui ferociissime oblocuti erant, singulos manu corripuit, nec ausos repugnare XIII. asservando custodibus corporis tradidit. Quis crederet seu am paulo ante concionem obtorpuisse subito metu, cum ad supplicium videret trahi nihil ausos grauior quam ceteros? sine regi nominis quod gentes que sub regibus sunt, inter deos colunt, sine propria ipsis veneratio, sine fiducia tanta vi exercentis imperium conterruit eos: singulare certè ediderunt patientia exemplum: adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, cum sub noctem interfecitos esse cognoscent, ut nihil omiserint quo singuli magis obedienter ac pie facerent. Nam cum postero die prohibiti aditu venissent, Asiaticis modò militibus admissis, lugubrem totis castris edidere clamorem, denunciantes protinus esse morituros, si rex perseveraret irasci. At ille per uitacis ad omnia que agitasset animi, peregrinorum militum concionem aduocari iubet. Macedonibus intra castra cohibus: & cum frequentes coissent, adhibito interprete, talem orationem habuit: Cum ex Europa traycerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam vim hominum imperio meo me additurum esse sperabam. nec deceptus sum quod de his credidi fame. Sed ad illa hoc quoque accessit, quod video fortes viros erga reges suos pietatis inuictae. Luxu omnia fluere credideram, & nimia felicitate mergi in voluptates. At hercule muniamilitiae, hoc animorum corporum querobore impigre soleatis. & cum fortes viris sitis, non fortitudinem magis quam fidem colitis. hoc ego nunc primum profiteor, sed olim scio. Itaque & dilectum e vobis iuniorum habui, & vos meorum militum corpora immiscui. Idem habitus, eadem arma sunt vobis. obsequium vero & patientia imperii longè præstantior est, quam ceteris. Ergo ipse Oxatris Persa filiam mecum in matrimonio iunxi, non designatus ex captiuis liberos tollere. mox deinde cum stirpem generis mei latius propagare cuparem, uxorem Daris filiam duxi, proximisque amicorum auctor fui ex captiuis generandi liberos, ut hoc sacro fædere omne discrimen vici & victoris excluderem. proinde genitos esse vos mihi, non ascitos milites credite. Asia & Europa unum atque idem regnum est. Macedonum vobis arma do. In ueterai peregrinam nouitatem: & ciues mei estis & milites, omnia eundem ducunt colorem. Nec Persis Macedonum mores adumbrare, nec Macedonibus Persarum imitari indecorum est. ciuiam uris esse debent qui sub eodem rege vici sunt. Quousque, inquit, animo tuo etiam per supplicia & quidem externi moris obsequeris? milites tui, ciues tuz, incognita causa, captiuis suis ducentibus trahuntur ad pænam. si mortem meruisse inaudas, saltum

ministros supplicij muta. Amico animo, se veri patiens fuisset, admonebatur. sed in rabiem ira paruerat. Itaq; rursus, nam parumper, quibus imperatum erat, dubitauerant, mergi in amnem, sicut vincit erant, ius sit. Nec hoc quidem supplicium seditionem militum mouit. namq; copiarum duces atq; amicos eius manipuli adeunt, petentes ut si quos adhuc pristina noxa iudicaret esse contactos, iuberet interfici. Offerre se corpora ire, trucidare.

Quæ deinceps in Curtio sequuntur velut in comicotragædia, tristissimam habent catastrophen; nihil enim aliud legitur, quam fædæ militum seditiones, secessiones, supplicia, lachrymæ, ultima denique regis ipsius fata & excessus, quo orbem terrarum veluti pupillum, omniaque regna velut nauem sine gubernaculo & gubernatore destituit. Atque hic est rerum humanarū modus, finis, triumphus.

VT COGNITVM EST ALIOS RETINERI) Arrianus, vt ante monui, nullos ait coactos in exercitu & Asia remanere, sed si qui vellent cum ipso porrò militare, donec omnia regni negotia composuisset, amplissima illis præmia per soluturū. omnes indignabundi missionem petluere.

Malè habebat Macedones, quod barbari amicis accensi essent; quod nouam è toto imperio suo iuuentutem collegisset, quasi deinceps minus opera Macedonum vñsus. ita certè primū Arrianus, p. 49. & p. 150. dein alij atque alij restantur. De compescendis porrò seditionibus extat Vegetij caput 4. lib. 3.

CANITIEM QVE CAPITVM OSTENTANTES) Atqui seniores dimiserat; vtique nō omnes, sed mutilatos & ad bellum inutiles: plures tamen iuniores fuere. Iustinum accipe. Dimissus veterani exercitum ex iunioribus supplet. sed retenti, veteranorum discessum agrè ferentes, missionem & p. 121. edita ipsi flagitabant, nec annos, sed st̄pendia sua numerari iubebant, pariter in militia lectos, pariter sacramentum a solui aquam censerent: nec iam precibus, sed conuicio agebant, iubentes eum solum cum patre suo Hammone finire bella, vt milites suos fastidiat. contrà ille nunc castigare milites, nunc lenibus verbis mouere, ne gloriosem militiam seditionibus infuscarent. ad postremum cùm nihil proficeret verbis ad corripiendos autores, è tribunalī in concionem armatam inermis ipse desilÿt, & nemine prohibente xiiii. corruptos manus sua ipse ad supplicia duxit: tantam vel illis moriendo patientiam metus regis; vel huic exigendi supplicia constans disciplina militaris dabat.

QVID HAEC REPENS CONSTERNATIO) scđa seditio, qua etiam loqui conanti oblitus, puere, & vix tandem loquentem audiēre.

PRECARIO REX SVM) suprà l. 9. c. 5. Mori præstat quām precario imperatorem esse.

DEPORTARE STAT VERIM) quia enim Alexandrum æternam in Asia sedem fixurū crederant, cœperunt tumultuari: quorum clamorem primū verbis acriter retundit, dein etiam supplicijs vindicat. Vtrum autem redire in Græciam statuerit, incertum est. Babylone sedem ponere, & solium regium voluisse existimarent. nullam certè à quoquam postea mentionem repetendæ patriæ factam, vel ab ipso, vel à scriptoribus video.

ACCLAMANTES) oclamantes malum cum Acidalio.

OMNES QVERI) quasi antea coniurasset, ita simul omnes missionem petebant, omnesque querebantur. sed cur omnes quererentur causa erat, quod dimittiendi putarent se abs rege contentos: alij agrè ferebant se detineri.

NON HERCVLE, POTEST, VT ADDVCAR) editiones priores & vulgares: non hercule, potest fieri: vt adducar, adiecta vox est ab alijs quibus malam gratiam male merentibus retulit Modius: Corruerant, inquit, hac imperiti nebulones, qui de suo verbum fieri intruserant.

PLVRES DIMISERIM QVAM RETENTVR VS SIM) atqui decem millia, summum unde cim millia & due equitum millia retenta ait. Sed miles seditionis adhuc numerum mansuorum, velabiturientium ignorabat, & poterat rex consilium mutare, ac plures exaucitorare.

QVANDO REGEM VNIVERSVS EXERCITVS DESERVIT?) Sardanapalum & Astyagē apud a Herodotum & b Diodorum Siculum demum omnino desertos in veteri historia legitimis. In Græca & Romana, multa exempla habemus in Mauritio apud Theophylactum, quem ^{a lib. 1.} Phocas auctor defectionis interfecit. Desertus etiā ab omnibus Nero, Vitellius, Pertinax, Didius Julianus & alij. Iambum ex hoc loco natum credo:

Exercitus quando omnis deserit ducem^b

Suetonius
August.

Vegetius l. 3. c. 4. Nunquā mad contumaciam pari consentu multitudō procumbit: sed incitan- tur a paucis, qui vitiorum scelerumque iniunctu punitatem sperant, peccare cum plurimis.

EST QVIDAM IN ILLIS PVBOR) De fugitiis seruis omnia scriptorum veterū volumina plena, & nota Plauti comædiae. Nuper etiam Laurentius Pignorius lib. de seruis copiose tractauit, vt & illegitima fugitiis inusta, & supplicia recenset, nec pauca nos commentario psalm ad Martiale, sed de fide seruorum erga dominos Val. Max. l. 6. c. 8. totū. Ad Alexandri dictum præsens Exempla tellandū maximè seruit, quod Macrobius qui in manibus est, locum si placebit, ipse inspicies. t. 7. & vlt. Saturn. recenset, Antij Ræstionis mancipium, p. 430.

FVRIOSAE CONSTERNATIONIS) Quamvis hac voce nunquam usus legatur Cicero, est

tamen bene latina & Liuio, Sallustio alijsque scriptoribus primae clasis usurpata. Sed hoc obseruandum in illa: Consternationem hic non animi dejectionem valere, sed contumacem seditionem & tumultum: quo intellectu Val. M. x. dixit l. 9. c. 7. quod est de seditionibus. Creditorum quoq[ue] consternatio aduersus S. prouin. Asellionis pratoris urbani caput intolerabili modo exarsit: quæ quia causam debitorum suscepit, concitari à L. Caſto trib. plebis pro æde Concordia sacrificium faciente, ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum, ingredi tabernulo latitantem, praetextatum discerpserunt. Alias tamen etiam pro desperatione & perturbatione usurpatur, ut consternatus animo. Valla l. 5. c. 9. Conſternare est corporis, conſternari autem animi, cum mens turbata est de statu mota, & quasi humili strata, ideoque sapere coniungi animum videmus. ut consternatus animo. Sallustius tamē primo historiarum. Equi, inquit, sine rectoribus exterriti aut lauicii consternantur. cum sit visitatius consternuntur. Inīd meo animo rectius dixit Sallustius consternantur, hoc est, ita perturbantur, ut regi vix amplius possint, & quæ data via ruant. Itaque hoc loco accipe pro tumultu, perturbatione & contumaci seditione, non dejectione aut desperatione animi. propterea adiecit furiosa consternationis. & paullò antè repens consternatio, hoc est procax & effusa licentia.

Valla no.
tatus.
Send
Schick-
worden.

R E M B D I A I N S A N A B I L I B V S) metaphoræ à morbis immedicabilibus & desperatis, adeoq[ue] à medicis conclamatis ducta. Ita eleganter & Cicero hac translatione usus, de rep. locutus, plagam insanabilem reipubl. impositam dixit. & in Tusc. morbum insanabilem. Ceterum, morbi insanabiles dicuntur hydrops, apoplexia, elephas, epilepsia, pestis, calculus, podagra, phthisis cum ad supremum gradum peruenit, & hoc genus alij, præsertim hæreditarij, inter quos senectus, quæ ipsa est morbus, duximus tamen quamvis curari non possit, nisi diuina & antiqua illa Medea accedat, quæ Aesonem capularem recoquat, & in iuuentutem reducat. Medici nullum morbum insanabilem à principio, affirmant, quod & poeta monuit,

--- Venienti occurrite morbo.

Hippocrates de apoplexia: λύει τὴν ἀποπληγήν (ita scribendum est, non ut Heurnius interpres edit. Apoplexis dicit ἀποπληγήν) παχυρήν, ἀδύνατον. Et de ἐπίληψιᾳ in Aphorismis lect. 5. τὰ ἐπίληψία δύσασι πρὸ inuestigata τῆς ἡγεμόνης μετάσασι ἔχει, δύσοσι δέ περι τὴν ἐπίληψιν τρεῖς οὐρανολάξου ἀποθνήσκει. curari non potest.

Morbus comitalis grauis & cōcītata in Macedonas inuestiō, qua illis ingratum animum in te, acerrimè exprobrat, dum ostendit ex mendicis factos opulentos, è seruis liberos, è stipendiarijs & Illyriorum, & Persearum tributarijs, Asiae dominos, ex ultima inopia ad summam rerum omnium copiam & felicitatem per ipsum evectos, nunc regem suum à subiectis patrem à ciubus, ducēab exercitu desertū esse. Itaque iubet omnes faceslere, ac procul à conspectu suo velut hostes recedere.

SECUNDIS REB.Q.V.C. INSANIRE COEPISTIS)

Felicitas causa omnis insolentia

Res prolabuntur prospere ad superbiam.

Rebus secundis adfita insolentia est.

Rebus secundis mater est ferocia.

Rebus secundis disciplina corruit.

Rebus secundis & Dei obliuiscimur.

q. uitur Hip. Ita comicis res secundis & felices commendant.

Pocates.

ILLYRIORVM ET PERSARVM TRIBUTARIJS) olim certe vettigalia pēdere Macedones Illyrijs coacti, & postea etiam à Philippo, qui prius illorū obles erat, pax auro redempta. Bellofratus, inquit Diodorus in sextodecimo bibliothecæ, ab Illyrijs Amyntas vettigalia pendere vettigalibus cogebatur. His filium eius natu minimum Philippum obsidis loco tradiderunt; Qui rursus Epaminondæ patri adolecentulum commiserunt. Iustinus in v. 11. Igitur Alexander (patruus hic Alexandri M. fuerat) inter primi initia regni bellum ab Illyrijs pacta mercede & Philippo fratre (patre Alexandri M.) dato obside redemit. Ac de ipso Philippo, alia (bella) interposita pactione componit, alia redimit. Illyrios tamen postea prælio vicit, & ab eorum imperio Macedonas vēdicauit, ut Diodorus & Iustinus tradidere. Sed Philippo mortuo rursus nouis rebus studiōre, ut auctor est Arrianus: prōinde priusquam Alexander in Asiam traiiceret, in Thraces & Triballos & Illyrios excurrit, quod & vicini essent, & nondum satis domiti. Diodorus quoq[ue] adst pulatur, Tunc & Pæoniam Illyridemque, & conterminashilce terras inuadit, & incolarum plurimis qui à fide regis deficiuerant subactis, Barbaros illis finitimos subegit. De Persis autem ipse Curtius l. 4. c. 1. & c. 19. narrat à Dario & Xerxe Græcis & Macedonibus illatum bellū, & Iustinus in v. 11. Cum interim Dariu rex Persarum turpi ab Scythia fuga submotus, ne vbiq[ue] deformis militia dannis habereetur, cum parte copiarum ad subigendam Thraciam ceteraq[ue] eius tractus regna; quibus prægnobili momen- to erat accessus a Macedonia. Græcos ergo & Macedonas a Persarum feruitute primum Philippus, deinde Alexander non solum liberavit, sed omne regnum Persarum, adeoq[ue] Asia totius & Indię imperia Græcis subiecit. quod hic ingratim Macedonibus & Græcis obiicit, qui, nisi per ipsum fuisset, semper mancipia Persarum futuri erant.

S E M I N V D I S) mendicitatem & ultimam paupertatem Macedonibus exprobrat, & ex cultu cor-

EXPLANATIONES.

63

corporis sordido, quo vix tegebant membra, supellecilem præterea ligneam, arma, scuta & gla-
dios rubigine exestis, cum prætenti splendore vestium, purpura, scutis argenteis, cultu corporis
auro gemmisque fulgente comparat.

X. TALENTA AERIS ALIENI) hoc est trecenta millia aureorum, quæ Philippus in tabulis
& rationibus creditorum mihi reliquit dissoluenda.

LX. TALENTA AERIS ALIENI) lex & triginta millia aureorum seu philippæorum, etiam hanc ipsam pecu-
niam cum toto patrimonio suo, amicis priusquam in Asiam traxeret diuisit, sibi Asiam suffice-
re præfatus. Plutarchus. *stipendium his LXX. talenta nō amplius cum Aristobulus habuisse memoria pro-*
didit. Duris triginta dunt axat dierum cibaria Onesicritus insuper talenta ducenta eum habuisse aeris alieni. qui quamvis subisdys rem suscepit adē exiguis & angustis, non antē tamen concendit, quām confide-
ratis rationibus amicorum erogasset huic agrum, illi pagum, alteri vici prouentum vel portus. *Quum iam*
essent vectigalia regia penè omnia distributa, & diplomata cōsignata, Perdiccas Tibi ipse, rex, inquit, quid
reliquum fecisti? cui cū ille respondisset spes mea, ergo nos quoq; inquit, qui auspicia sequimur tua, ba-
rūm erimus consortes. Repudiantem aſignatum ſibi diplomatice predium Perdiccam, nonnulli alij ex animo
eius ſunt initati, accipientibus & petentibus largitus eſt benignè, ac patrimonium quidem Macedonicum
distributum hoc modo profudit.

M E O R V M M O X F U N D A M E N T A) LX. talenta fuerunt omnium bellorum funda-
menta, quibus Asiam, Persidem, Indiam, oppugnauit & expugnauit, & quibus maximæ terrarū par-
ti imperium tanquam ad ſicium (quod abſque inuidia & iactatione dictum acceptumq; velim)
imposui. Sunt enim, inquit Cicero de officijs, qui quod ſentunt, etiam si optimum sit, tamen inuidia
metu non audent dicere. mitigate ergo quod intolentius dictum videri potest, hac formulâ abſit
verbo inuidia, vel, ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. De finibus.

Q V A E V O S G L O R I A V. G. D I I S P A R E S F E C I T) domi inglori, obſcuri, ignoti vixiſſetis &
periſſetis Hic in Asia tamē rerum gestarum, orbem terrarum impleſtis, & gloriam cœlo termi-
natis. que Asia, in recto calu: gloria exto.

A E S A L I E N V M L V I S S E M) niſi vos aere alieno liberaslem & exoneraslem, veſtis ſique credi-
toribus latifecislem, & omnia debitorum nomina diſſoluſislem. interim vos ingratisſimi morta-
les veſtrum tam munificum & parentem & regem deteritis? Luere aſ alienum elegi inter, nec tamē
ſcio an apud alios legiſtur; ut ſcelus, ſtuprū, crimen, peccatas, ſanguinem luere apud plerosq; oēs.

P R O F V N D O V E N T R E S P O L I A C I R C U M F E R E N T E S) prædam ex deuictis gentibus par-
tam profunda libidine, veſtræ aut profuderunt, aut deuorarunt.

Q V I B V S) liberis & coniugibus.

P A V C I P R A E M I A P O T E S T I S O S T E N T E R E) in ventre & luxū exhausta, absorpta & absūta.

N A M C A E T E R O R V M , D V M E T I A M S P E I V E S T R A E O B V I A M I S T I S , A R M A Q V O Q V Z
P I G N O R I S V N T) Obſcura ſententia, cuius intellectus hic eſt: Ceterorum ex vobis, qui non
ſolum rem confregiſtis, ſed ipem etiam infregiſtis, & præuidiſtis, armā quoque alijs propter aſ
alienum ſunt oppignerata. ita ut ceterorum relpōdeat ſuperiori verbo pauci. Pauci, inquit, exvo-
bis poſſunt præmia victoriæ, ſpolia & prædam ſuis liberis & coniugibus oſtendere. Reliqui non
ſolū non poſſunt præmia victoriæ oſtendere, ſed ipē etiam aia querendi abjecta, arma quibus
poterant ſibi prædam compariare, in pignus debitorum depoſuerunt. Obuiam ire ſpe, eſt ſpem
retundere, abijcere, præcidere: ſicut obuiam cupiditatibus ire, cupiditatibus reſiſtere, cupidita-
tes domare, coercere, frangere.

B O N I S V E R O M I L I T I B V S C A R I T V R V S S V M) ironia eſt quomodo bonis, cūm ſuarum
pellicū & ſcoriū ſcorta ſint, nullius viſus, nullius penſi, diabolares, teſe & purgamenta exercitūſ

C O N C U B I N I S) concubinus apud Catullum legitur in nuptijs Iuliæ & Manlij:

*Ne nuces pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.
Danuces pueris, iners
Concubine----*

& que ſequuntur. Ad quem locum locum vide Seruium & eclogam VIII. Virgilij, Festum, Fabiu-
l. 1. c. 3. Obſoleti à turpi ſeruitio recedentes, ſpargebant nuces, id eſt ludum pueritæ, ut significa-
rent ſe puerilia omnia ſparnere, nec pluribus hic opus. Paſteratium lege ad Catulli verlusp 17.

I N Q Y O D I M P E N D I T V R) qui ex omni præda Aſia nihil ſibi reſeruarunt, niſi quod in ſcor-
ta impenderent. in haec enim omnia ſua impenderunt. Quia ſis rex talis grex, eodem vitio laborabat
Alexander, quod militibus obijciebat. Seneca: *Post Darium & Indos pauper & Alexander Macedo.* Epift. II. 2.

P R O I N D E F V G . M E P A T L I M I T E S) Peroratio plena indignationis & acerbitalis. Abite
ergo transfugæ detentoresque regis veſtri in malam maximam, qua dignitatis, crucē. Redite ſine
rege in patriam, quid reſpondebitis liberis coniugibusque veſtris vobis occurribus. Vbi eſt
rex omnium Alexander? quid reſpondebitis? deſeruimus illum, tranſfigimus ab illo regis & pa-
tria proditoris.

CVM QVIBVS MERBLINQVITIS) cum Persis, Bactrianis & Indis, paullò ante hostibus, nunc pro custodibus salutis meæ, vobis in hostes versi, fidelioribus.

lib. 9.c.ii. **QVANTVM SINE REGE VALIAT EXERCITVS**) Miles sine duce, corpus absque spiritu, inquit infra Perdiccas c. 10. Craterus super multa super hac re. Elegantem narrat Iustinus historiam de Macedonibus cum Illyriis sine rege pugnantibus & victis, & rege, quamvis in cunis prolato, p. 76. l. 7. & vincentibus. Argens, inquit, moderatè, & cum amore populi administrato regno, successorem filium p. 70. edit. Philippum reliquit, qui immatura morte raptus, Europum parvulum admodum instituit heredem; sed Glarean.

Macedonibus assidua certamina cum Thracibus & Illyris fuere: quorum armis veluti quotidiano exercitu induunt, gloria bellicula laudis finitos terrebant. Igitur Illyrii infantiam regis pupilli contemnentes, bello Macedonias aggrediantur: qui prælio pulsi rege suo in cunis prolato, & pugna ante aciem posito acutus certamen repetuerunt, tanquam ideo victi essent antea, quod bellantibus sibi regi sui auspicio defuisse, futuri vel propterea victores, quod ex superstitione animum vincendi ceperant: simul & misericordia eos infantis tenebat, quem si victi forent, captiuum de rege facturi videbantur. Conserto itaque prælio, magna cede Illyricos fudere, ostenderuntque hostibus suis, priore bello regem Macedonibus, non virtutem defuisse.

Facit etiam huc Chabriæ Atheniensium ducis nobile apophthegma, cum diceret, Formidabilior mele ceruorum exercitum duce leone, quam leonum duce ceruo. Hoc senserunt Macedones amissio Alexandro.

DESILVIT DE INDEFRENDENS DE TRIBVNALI) Iustinus ead. vtantea ex ipso docuit.

Sed Arrianus hunc rerum ordinem invertit, & post raptos ad supplicium, orationem hanc à Curtio præmisam, ab Alexando ad Macedones habitam testatur. quæ Arriani oratio Curtianam priorem non parum illustrat, sed longiuscula est, & hinc meritò excludenda, quam in ipso auctore inuenies si utramque inter se componas, ab Arriano Curtianam, (quod alias raro factu) superatam intelliges. Ita omnia explicata, grauiter, & probabiliter sunt pertractata. Curtiana concitator, hæc modestior: illa obſcurior, hæc plañior: illa abrupta, hæc lenior & regia dignitati aptior.

NOTATIS QVÆ) Acidalij emendationem lecutus sum: Modius notans, vulgo notatos. Sed verum opinor, inquit Acidalius, est, notati: que qui ferociissime oblocuti erant. Siculum de re ipsa loquentem adi. q. 575. post m.

NIHIL AVSOS GRAVIORA QVAM CAETEROS) nisi quod reliquis ferocius regi concionanti occidassent, quod ipsum latenter graue. Sed Curtius respicit ad priorem vitæ cursum, quod nihil gravius peccasset, nullum fit gemitum, cædem, furtum, præditionem tentassent. Hic a steriles insertus moneret aliquid in Curtio deesse, quod vel nihil, vel certè peregrinum est, vna vel altera voce, vt & Acidalius sentit, desiderata. quamquam ego putem omnia constare: nam sensus & intellectus totius periodi perfectus est, & cohærent omnia. Cum, inquit, ad supplicium videaret trahi, nihilo ausos grauiora quam cæteros: deinde Curtius tres causas subiicit, cur ita tractis ad supplicium suis commilitonibus omnis reliquis exercitus obtorquerit, nec restiterit regi, nec quicquam amplius oblocutus aut obmolitus sit, siue eos conterruit regi nominis quasi numinis veneratio & maiestas, siue ipsius Alexandri reverentia, siue denique fiducia Alexandri, qui tantavi imperium exercebat, siue quæcumque alia causa: simul omnes animo occurrebat: certè patientissimè nec & supplicium suorum sociorum pertulerunt, nec quicquam contra regem amplius mouerunt, cum sub noctem commilitones occisos cognouissent.

SIVE REGI IN NOMINIS) super hac re legisti, quæ tertio libro capite decimo sunt ad illa verbis annotata: Namq; haud facilè dictu est, prater ingenitam illi genti erga reges suos venerationem, quantum huius ritus regi vel admirazione dediti ei fuerint, vel caritate flagrarent.

LUGVBREM TOTIS CASTRIS EDIDERE CLAMOREM) Hunc ingentem Macedonum luctum, & penitundinem, & lachrymas paullò post ex alijs scriptoribus primum augchimus, ac demum ablergemus.

PEREGRINORVM MILITVM CONCIONEM AD VOCARI IVBET) Mirè torsit hoc Macedone, Plutarchi in lege. p. 597.

TALEM ORATIONEM HABVIT) Huius orationis argumentum Iustinus dabit: Inde, inquit, separatum auxilia Persarum in concionem alloquitur. Laudat perpetuam illorum, tum in se, tum in pristinos reges fidem: sua in illos beneficia memorat: vt nunquam quasi victos, sed veluti vittoriae socios habueri. denique se in illorum, non illos in genti sua mortem transisse, affinitatibus connubiorum victos victoribus commiscuisse. nunc quoq; ait custodiā corporis sui non Macedonibus tantum se, verum etiam illis crediturum. atque ita mille ex his iuuenes in numerum satellitum legit: auxiliotum quoque portionem armatam in disciplinam Macedonum exercitui suo miscer.

FORTES VIROS) aliter lib. 3. cap. 19. Alexander de Persis in acie stantibus sensit & dixit: Aciem, inquit, hostium auro purpureoque fulgentem intueri iubebat, prædam non arma gestarem: irent, & imbellibus fœminis aut um, viri eriperent.

A N I M O R V M C O R P O R V M Q V E R O B O R E) non falsò tum Alexander hæc de Persis pronunciavit, quia delectus Persarum iuuentus ad Macedonum morem instituta, & culta, & armata erat.

F I D E M C O L T I T I S) huius exemplum supra de Sogdianis attulit. Curtius ex triginta captiis lib. 7. c. 24. Sogdianorum, & quæ sequuntur in illo toto capite, quod in promtu habes. Testatur etiam Darius Persarum erga se fidem: *Ite, inquit, consulite vobis, ad ultimum regi vestro, ut decebat, fide exlibita.* Maximè Artabazi fidem erga regem suum Curtius eodem loco celebrauit. lib. 5. c. 23.

H O C E G O N V N C P R I M V M P R O F I T E O R) antea erat; hoc ego non nunc profiteor. Acidalius negantem particulam eiecit, quam, inquit, pugnare in sententiam Alexandri miror ab alijs nō animaduersum. Nam olim, inquit, ita sensi. sed nunc ita aperio. Manifestum nimis hoc & quod ultro se prodit, hucusque tamen (quā nisi clausis oculis?) præteritum. Sed non minùs ego miror ab Acidalio particulam eandem à me supra restitutam, à qua totius capituli sententia pendebat, non fuisse animaduersam, nec repositam, cum contra ius omne & fas à Curtio contextu esset pro lib. 9. c. 9. scripta: Non quidē Gangem amné & quæ ultra essent, coacto transmittere, non tamē finisse bellū.

O L I M S C I O) iam diu hoc scio & agnosco, sed nunc primum publicè testor. iungitur olim præsenti, paterito & futuro. exempla apud poetas & alios scriptores paucim occurunt.

D I L E C T V M) delectum, dilectum eodem sensu prisci dicebant, quos subinde Lipsius amulatur, sed delectus dicitur visitatiū, quod dilectus ambiguè dicatur.

O B S E Q V I O) hoc copiosius explicat Brisonius lib. de regno Persarum primo, vbi mira de illorum obedientia, patientia, & summa fide.

O X A T R I S P E R S A E) alij Oxyartem appellant. Curtius l. 8. c. 10. vbi nuptiæ Alexandri cum Roxane describuntur; Cohortanus vocatur Roxanes pater. sed, quod Rubenius etiam animaduertit, haud dubiè ibi lacuna est, & mea sententia non modica. Totā enim narratio de Oxyarte seu Oxytre prætermissa est: & quæ sequuntur, cum præcedentibus non Cohortani rebus, sed Oxytris coniungenda forent. Nuptiæ & coniuium ibi laute celebrantur.

D A R I I F I L I A M D V X I) hæc nuptiæ cum Statira seu Barsina seu Saptina apud Curtium desiderantur, quæstupia ad c. 4. huius libri expletis lacunis instaurauimus, vt legisti.

P R O X I M I S Q V E A M I C O R V M) omnia suprà sunt restituta & explicata.

V I C T I E T V I C T O R I S) hoc clementer & regiè & politicè: maxima enim victoris virtus est clementia.

G E N I T O S N O N A D S C I T O S) erant iuuenes sex illis etiam à Macedonibus ex victis & Persidiis iam pridem suscepiti: nam ex ultimis non potuit fieri, cū necdum annus intercesserit. Diodorum audi: Alexander numerum eorum quos dimiserat Persis expleuit, & mille ex ipsis ad custodiam sui corporis in aula delegit: & omnino non minus illis quam Macedonibus fidei adhibendum censuit. Sub idem Olymp. 113 anno 3. tempus etiam Peucestes cum vices mille sagittariorum & funditorum agmine venit, quos prioribus compaginatis efficit. Qua mixtura nouitate effectus, vt totus exercitus rectè temperatus, & instituto eius conueniens esset. Nati erant Macedonibus filij ex consuetudine cum captiis. horum numerum diligenter inuestigauit, & ad x. m. inuenit, & stipendijs qua liberali educatione sufficerent, attributis, magistris à quibus in disciplinis idoneis instruerentur, præfecit.

I N V E T E R A V I P E R E G R I N A M N O V I T A T E M) inueterauit ab inuetero ἐνεργητικῶς apud Columellā & Plinium, inueterauit aquam, allium, & id genus similia. vnde participiū apud Ciceronem, inueterata amicitia, inuidia, dolor, malum, barbaries. Veterisca tantum neutrum est. Græcis inuetero est παλαιός, οἶνος πεντάλαχυ μένος vinum vetus, inueteratum. Budæum confule.

E I V S D E M I V R I S E S S E D E B E N T , Q V I S V B E O D E M R E G E V I C T . S V N T)

Rex cuncta format in similitudinem sui.

— torus componitur orbis

Règū ad exemplum ——

Sicut cives sunt qui eisdem legibus, moribus, iure, viuunt: ita regibus subiecti, legibus regijs vtuntur, decretis parent, velut oves pastorem sequuntur. Vnde & Homer, Agamemnonem perpetuo vocat πατέρα λαοῦ, pastorem populorum.

Q V O V S Q U E , I N Q V I T , A N I M O T . E T I A M P . S V P P L . O B S E Q V E R I S) rursus hic asteriscus & hiatus non partus, q̄ em vnde expleam vix inuenio. Apud * Arrianum quidem Callines quidā & ætate & prefectura in amicorum equitatū non obscurus, Macedonū iam luppicum & lamentatiū caussam egit, sed res & effectus parum cū Curtijs sententia conuenit. Rex enim quisquis Macedonū patronus fuit, nihil mitigatus præter eos quos antea interfecerat, vt Curtius tradidit, alios præterea vinciri iussit: quod quidē quo pacto factū sit, in Curtio deest, nec alij perscrubunt. Debentur tū: urlus è leditiosis aliqui, vt aqua mergerentur, pro his orator deprecabatur regē, id * pag. 154. fructū, quod ira & rabies illius nondum defervisset. precabatur autem aduocatus Macedonū, non vt vita rei donarentur, sed tantum vt ne per alienos & Persas interficerentur.

N E C H O C Q V I D E M S V P P L I C I V M) quamvis ægerrimè ferrent suos commilitones à Persis duci & mergi, tamen nemo fuit, qui vllam contra regem indignationis vocem mitteret. Quin ultro (tanta fuit animorum commutatio,) omnes se ad mortem &

supplicia offerebant, dummodo sibi sanguine etiam suo iratum placarent. Iustinus, Tunc vniuersi flentes regem adeunt; orant supplicij suis portius fatuus se, quam contumelij. Quae autem remedia adhibuerint, quas lachrymas fuderint, quibus modis mitigare & flectere animum regis conati sint; & quomodo demum placatus sit * Plutarchus & * Arrianus exponunt, quos iterum consules,

* P. 598.

* P. 153.

Ergo iam placatus omnes exauctos & retentos in gratiam recepit. In patriam tamen eis senibus & veteranis xii millia dimisi. Quibus & Ducē præfecit Craterū, & in eius locum ex Macedonia Antipatrum euocauit. Comitati sunt hos Polyperchō, Polydamas, Clitusalius, Gorgias Antigonas, omnes ex amicis Alexandri, vt Iustinus testatur. Addit Plutarchus scriptum ab Alexander ad Antipatrum, vt remissis in patriam inter spectatores in theatris, ludis, spectaculis pri-

marum locum assignaret, & vt coronati considerent.

Arrianus omnia dolenter & prolixè proponit, singulisque ait supra stipendium, adnumeratum esse talentum; filios ex barbaris suscepitos retentos, quoad adolescentes; parentes militesque cum Ducibus lachrymantibus à lachrymante dimisios.

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

Rex Babylonem reuersus propinato sibi per Cassandra & Iollam veneno, moriturus salutat exercitum; Perdicca tradit anulum, respondet amicis, supremaque mandata edit, & extinguitur.



Nuentibus lacrymae oborta præbuere speciem iam non regem, sed funus eius visentis exercitus. Namor tamen circumstantium lectum eminebat: quos ut rex aspergit, inuenietis, inquit, cum excessero, dignum talibus viris regem? Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis, in quem se composuerat cum admissurus milites esset, durasse, donec à toto exercitu illo ad ultimum persalutatus est: dimissoque vulgo, velut omnivite debito liberatus, fatigata membra reiecit, propriusque adire iussis amicis (nam & vox deficere iam coperat) detracatum anulum digito, Perdicca tradidit, adiectis mandatis, ut corpus suum ad Hammone ferri iuberet. quarentibusq; his, cui relinqueret regnum, respedit, ei qui esset optimus. ceterum prouidere iam se ob id certamen magnos funebres ludos parari sibi. Rursus Perdicca interrogante, quando cælestes honores haberi sibi vellet, dixit tum velle, cum ipse felices essent. Suprema hac vox fuit regis, & paullo post extinguitur.

Priusquam ad hoc tristissimum de morte Alexandri caput explicandum accedamus, narranda sunt quæ cariosa apud Curtium expunxit vetustas, & pestes scriptorum tinea exederunt. Successerunt ergo Diodorus, Plutarchus, Arrianus, Iustinus, Seneca declimator. Val. Maximus, Zonaras, Cicero etiam in partē venier, Appianus in Parthico, ex quibus omnibus tibi Synopsis ponam eorum omnium quæ hic desiderantur.

Cum ergo Alexander susis Ecbatana, Ecbatanis Babylonē repeteret, certam Chaldæi & vates venienti occurserunt monituri, ne Babylonē ingredieretur, locum illum fatalem ipsi portendi, ac primū omnium oraculum hoc Pasargadis à Calano Brachmana rogum concidente accepit, vti narrat M. Tullius, i. de Diuin. n. 45. p. 266. alia edit. p. 263. n. 40. alia edit. p. 90. f.

Nam cum Alexander eum rogum consensurum rogaret, si quid vellet, vt diceret, optimè, inquit, propediem te videbo, quod ita contigit. nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus.

Sed de Calano hoc & eius oraculo copiosius Iustinus in xii. Calano proximus è Chaldæis vates erat Belephantes, qui per Nearchum admonuit Alexandrum ne Babylonē intraret, quod illi Babylone ultimum vitæ periculum immineret, fore autem vt illud auerruncarer, si Beli

Si Beli fanum à Xerxē olim eversum instauraret. hoc plenius exponit Diodotus Siculus, qui & annos, & Consules, & Archontes exprimit, quibus Alexander debellata Coslæorum gente Babylonem contendit, quam tamen oraculis Chaldæorum territus primum declinavit. Mirati Græci cur id ficeret, cognita causa, acriter contra Chaldæos disputerunt, & Alexandrum per Anaxagoram Philosophum eō deduxerunt, vt contentis Chaldæorum denunciationibus Babylonem intraret. Addit his Plutarchus, accedente iam Babylonem Alexandre, cœuos iuxta muros inter se congressos, nonnullosque ante ipsum concidisse, & aruspicem Pythagoram quendam auctore Apollodoro vrbi p̄fecto nomine Alexandri, extra consuluisse, illaque trunca apparuisse, indeque motum vrhem non intrasse. Ead. narrat Arrianus, sed more suo verbosius omnia.

Exstat Seneca patris philosophi inter suspirias i. v. vbi post vaticinia, & oracula, denunciatumque auguris periculum, dubitabundas introducit, An Babyloniam intret, quā conule. Venerant illi vt Alexandre de rebus felicissimè gestis gratularentur: vel coronas offerrēt: vel amicitiā & fædus sancirent; cōplures, vt magnificis regē muneribus afficerent: quidā vt de criminibus obiectis se purgarent. nam præter eos, quos Asiae nationes ciuitates & principes miserant, etiam multi ex Europa & Africa legati regem accedebant. Ex Africa Carthaginenses & Afro-Phænices, & cuncti qui mare vīque ad columnas Herculis accolebant. Ex Europa, Græcorum ciuitates & Macedone; tum Illyri & plerique Adriæ accolæ, Thracumque gentes, & his finitimi Galatæ: quorum gens tunc primum innotescere Græcis cœpit. quibus Iustinus etiam Italos, Gallos, Siculos, Hispanos: Arrianus præter iam expressos Tuscos, Brutios, Lucanos, Celtas, Scythes, Romanos non ex sua, sed aliorum sententia adjicit, quos tamen refutat. Hi omnes legatos miserunt, quorum catalogo rex accepto, quibus primum & quibus deinceps, dum ad omnes perueniretur, ordine respondendū eslet, constituit. Ac primū eos qui sacrorum causa venerant audivit. Secundum locum his dedit, qui dona attulerant. Inde qui cum finitimis controversias habebant. Quarti erant qui de priuatis tractaturi venerant. Ultimæ partes illorum erant, qui restitutioni exulum refragabantur. Eleis igitur omnium primis operam dedit, & post illos Hammonijs, Delphis, Corinthijs; Itemque Epidaurijs, & cæteri; pro maiestate templorum audientia prærogatiuam illis tribuens: in primis verò vt grata cunctis legationibus responſa impertiret, placatalque & benevolas à te dimitteret, operam dabat. Atque hæc de Legatis & legationibus.

Nunc propius ad mortem, & prodigia, omnia, portentaque, quæ proximam illi mortem denunciarunt, à nobis in prolusionibus etiam inter alia mira, quæ Alexandro euenerunt, promissa, veniamus. Illa sanè & multa, & varia, & tremenda fuere, vt plerunque pontificibus, imperatoribus, regibus, magnisque heroibus & sanctioribus etiam viris, cælestis Maiestas per huiusmodi legatos fata sua solet ante denunciare, cuius exempla vbiique occurunt. Nos ad Alexandrum properemus.

Ergo prima duo ex Diodoro do, cūm repente è vinculis quidam elapsus regiam in aula sellam occupauit. Cūm enim vñctioni rex vacaret, regia ueste ac diademate in sella quadam reposita, in digena cuidam in vincula compacto, sponte sua compedes soluebantur. Is ergo nemine vigilum sentiente, per aulæ portas citra impedimentum transiens ad sellam se contulit, regi⁹ habitu induitus & diadema ornatus quietè in solio resedit. Quod factum vbi innotuit, rex insolentia eius perculsus ad solium accedit, & absque increpatione placide hominem interrogat, quis sit, & quo consilio hoc designarit. Ille se nihil scire simpliciter respondet. De portento igitur hoc ad vates refertur. Quorum iudicio miser ille necatur: vt quicquid sinistri portenderetur, in caput illius deriuaretur. Plutarchus Dionysium ait vocatum, domo Mesenium, ab Serapide vinculis exemptum, jussumque sellam regiam occupare. Plura Arrianus. Tum rex habitu recepto, dīs auerruncis sacrum peregit, animoq[ue] reuoluti quæ à Chaldæis monitus erat, doloique se Babylonem ingressum, philosophs Græcorum execratus, quorum confilio Babylonem invirat. Accedit mox aliud prodigium. In lacu Babylonio animi cauſa diu vagatus, inter dumeta hæsit ipsius diadema à capite aulsum, quod inde in aquas decidit, à proximo remigum sublatū, qui dum enataret, illud capiti suo imposuit, saluumque regi porrexit. Consulti super hacre aruspices, sacrificijs prodigium expiari iusserunt. Sunt qui huc nautam interfictū dicant, quod diadema capite suo gestasset, Alij Seleucum aiunt fuisse, qui postea imperauit, futurique imperij indicium. Tertium apud Arrianum extat, immanem leonem ab asino domestico calce interfictum. Leo fuit Alexander, asinus Cassander, qui in vngula asini allatum illi propinavit venenum, sive stygiā aquam.

Valerius quoque Maximus his adiicit de Cassandro, qui Alexandre Stygiā aquam propinavit, quæ ad Stygem vīque nauigauit. Namque Cassandi pestiferam sibi dextram somnio prius cognouit, quæ exitu sensit: existimauit enim ab illo se interfici, cum eum nunquam vidisset. Interposito deinde tempore, postquam in conspectum venisset, nocturni metus pæfacta imagine, vt Antipatri filium esse cognovit, adiecto versu Græco qui fidem somniorum eleuat, præparati iam aduersus caput suum beneficij, quo occidisse Cassandi manu creditur, suspicionem animo repulit.

Quis porrò Græcus verius fuerit, quo somnium Alexander de Cassandro elusit, non certò constat. Dabo vnum cum disticho Tibulli:

Μόσχες γέρων οι φαγόματαν καὶ πραγμάτων.

Somnia fallaci lidunt temeraria nocte,

Et pauidas mentes falsa timere iubent.

plutarchus
p. 60. &
seq.

Cæterum Alexander & Antipatrum, & Cassandrum, & Iolam suspectos de insidijs habuit.

His expositis ad morbum Alexandri, indeque ad mortem accedamus. Atque de morbo pauca, vel potius nihil Curtius; aboleuit enim & hanc capitis huius partem vetustas. de veneno disputat ultimo capite libri huius. Morbone an veneno interierit, hodieq; ambigitur. Nos primùm de morbo, & vnde iscontractus, & quo genere morbi perierit, exponemus.

Perijste morbo, non veneno, complures sunt autores. Literæ sacræ primo Machabæorum, dum mortem Alexandri persequuntur nullam veneni mentionem faciunt: Post hec, inquit, decidit in lectum: & cognovit quia moro retar. & vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuventute sua: & diuisit illū regnum suum cum adhuc viueret. & regnauit Alexander annis duodecim & mortuus est.

epist. 81. Seneca acerrimus Alexandri insectator, per ebrietatem & scyphum Herculaneum extin-
qua est de cunctis affi- mat:

ebrietate. Senecæ suffragatur Athenæus: qui ex quodam Philippo (qui de Alexandri & Hephaestionis sepultura scripsit,) Alexandrum bibacissimum fuisse ostendit, quem ait & Proteæ cuidam Macedoni, egregio calicum trahoni, ultima cæna poculum, quod duos corgios, hoc est, sex noctes mensuras capiebat, præbibisse, vnoque spiritu & hausto ebibisse. Proteamque cum regi basilice respondislet, alteramque cæpedinem vicissim propinasset, regem generosè quidem craterem exhausisse, sed mortem inde contractum interijste.

Weins auff ein Suff. * p. 605. Serarius noster existimat certius esse, contracto per ebrietatem morbo interijste. quod & Plutarchus ex Physicis rationibus demonstrare constat: Maxima tamen, inquit, pars eam veneni fabulam prorsus existimant commentitiam, habentque argumentum non leue, quod dissentientibus per multos dies ducibus, corpus cum locis feruidis & astutis iacuisset non curatum, eiusmodi vneni nullum vestigium praese tulerit, verum sine liuore & tæbe permanerit recens.

Interim nobilissimi scriptores dubie de veneno & ebrietate disputatione. Diodorus primum quasi ex sua sententia etiam hausto ingenti cratero perijste tradit, postea tamen subiicit aliorum opinionem de veneno. Ita Arrianus cum multis verbis suam prius de conuiuo extremo & morbo inde contracto sententiam explicasset, subiicit demum aliorum opinionem, qui illum pharaco interijste contendunt.

Solinus: Victor omnium, vino & ira vietus sic morbo vinolenta apud Babylonem, humiliore quam vixerat fortuna, exemptus est.

Iustinius venenum propinatum ait: & ex ephemericibus quid hausto mortifero poculo fecerit singulis diebus, accurate describit. Explicatus omnia Plutarchus ex diarij setiam ab alijs laudatis, qui & de Aristotele suspecto.

Ouidius in Iblin. etiam venenum bibisse canit:

Nec tibi fidam magis misceri pocula posint,

Quam qui cornigro de loue natus erat.

Et Suidas: Καὶ ὁ Κασάνδρης τὸ διάφραγμα τοῦ φάρμακου δεξάμενος ἐπαραχθεῖ: Et à Casandro duce suo accepto veneno elitus est.

Porro negat Plutarchus etiam ebrietatem; & Herculaneum scyphum epotum fuisse. Mentem Desium apud eundem intellige lunum, non Februarium, ut alij tradidere. Quod ad Aristotelem atinet, si f. b. la non est de mixto regi pharmaco, tanè auctoribus compluribus est suspectus, & affirmat compositum in illum epigramma:

Doctorem ingratus calamo, Dominumque veneno

Obruit, igne patrum dogmata, nos tenebris.

Plinius illius veneni repertorem eundem ait Aristotelem: Vngulas, inquit, tantum mularum repertas, nec aliam ullam materiam, quam non perroderetur à veneno, stygii aquæ cum id dandum Alexander M. Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Quem aiunt, inquit Dalecampius, pecunia corruptum ab Antipatro id consilij dedisse, tanti sceleris participem & consciuum. Idem ut iam dictum, Arrianus tradidit de Aristotele, qui id ab eo factum ait, quod tibi metueret ob Callisthenem ab eo imperfectum.

Zonaras quoque diuersas super morte Alexandri tentativas collegit, quo morbo interierit; quod nos iam ex ipsis auctoribus ostendimus. nihil enim noui adfert Zonaras. Orosius venenum potasse putat.

De genere vero pharmaci seu veneni, quod stygis aquam appellant, infra cap. vlt. tractabimus, quando ibi Curtius de eadem aqua agit. Nunc explicatis quæ defunt, ad ipsa Curtij verba redeamus, quibus ipsam regis extremam valitudinem & mortem tradit. quamuis ex ijs quæ iam allata sunt, propè iam clareant.

FVNVS EIVS VISENTIS EXERCITVS) Macedones cum audissent de regis periculo, rati
jam mortuum esse, & celari funus, magnis clamoribus ad fines regiae constiterunt, vrsuruntque
regios duces ut admitterentur. Ita Plutarchus. Delatus in ulteriore regiam vigesimo quinto die,
paullisper quietuit. cum adiissent eum duces, iam vocem amiserat. pari modo vigesimo sexto egit. vnde Ma-
cedones mortuum rati, ad fines magno strepitu accesserunt, minisque amicos regis coegerunt, ut admit-
terentur, ac foribus aperte tunici ad unum omnes preter lectum eius transferunt. Et hoc est quod
Curtius subdit: Incredibile dictu audituque in eodem habitu corporis in quem se composuerat,
cum admissurus milites esset, donec a toto exercitu persalutatus esset. Arrianus, vt supra dictum,
singulis etiam dextram portetam ait:

MOEROR TAMEN CIRCVMSTANTIVM LECTVM EMINEBAT) duces & amici regis
proximi circumstabant: Perdiccas, Ptolemæus, Lysimachus, (nam Craterus iam abierat) Seleu-
cus, Nearchus, Meleager, Aristonous, Aridæus, Antigonus, alij. qui omnes ex animo dolebant vi-
cem regis, cuius uicem erant amantes, & a cuius spiritu vita eorum pendebat, haud dubie non per-
sonati dolebant.

DIC NV M TALIBVS VIRIS REGEM) pulchre supra lib. 4. extremo dixerat non sine ele-
ganti epiphonemate Curtius: Et si vere estimare Macedones qui tunc erant, volumus, fatebimur & re-
gem talibus ministris, & illos tali rege fuisse dignissimos. quot enim milites tot duces; quot duces tot
reges habebat Alexander.

DETRACTVM ANVLVM DIGITO, PERDICCAE TRADEBAT) reges Persarum, & vt
ex Alexandri exemplo appareret, etiam Macedonum, anulum signatorium digito gestabant, quo
rescripta signabant, quibus nunquam licebat contrauenire, quicquid illa præciperent. Hunc vbi
res poscebat, digito detractum fido alicui ex amicis obsignandi causa dabat. De Artaxerxe nam-
que cap. 3. Esther scribitur: Περιελόμενον τὸ Δακτύλιον ὃ ἀκενεῖς χεῖρας τῷ Αἰαν σφραγίσαν καὶ τὸ
γέραμένον καὶ τῷ Ιεδάφῳ. Tulit annulū suūm, & dedit in manus Aman, ut signaret quod scripsera-
t cora Iudeos. Idem princeps eiusdem lib. cap. 8. ita loquitur: Γεράφατος καὶ ὑμεῖς ἐκ τῆς ὄνοματός μας, ὡς
δοκεῖ ὑμῖν καὶ σφραγίσατε τὸ Δακτύλιον μας. Scribite & vos meo nomine ut vobis videtur, & signate anulo
meo. Moxque adiicit, ad firmandam auctoritatem literarum, quibus regis signum impressum erat:
ὅταν γέραφε τὸ βασιλεὺς ἀπτάξαντος καὶ σφραγίσθη τὸ Δακτύλιον μας, οὐκέτι αὐτοῖς διεπεῖν.
Quacunq; enim scribitis iubente rege, & signatum fuerit anulo meo, nemo illi audet contradicere. Idem-
que cap. 8. Ελαῖος δὲ βασιλεὺς τὸν Δακτύλιον διαφέλατο Αἰαν, καὶ δέκα Μαρδοχαῖος. Accepit autem rex a-
nulum quem ab Aman tulerat, & dedit illum Mardochæo. Huiusmodi anulum Alexander iam ani-
mam agens, præclusa voce, exemptum digito Perdiccae tradidit, vt à Curtio lib. vlt. & Iustino lib.
12. memorie proditum est. Sigilli quoque & σφραγίδας Δαρεῖi meminit lib. 3. Herodot. Regius
autem anulus quale haberet επισφράγισμata sine χαρακή, unus, quod sciam, Thucydidis interpres
attigit, ad eum siquidem Thucydidis locum, quo σφραγίδa Xerxis Patalia ostensam referit,
in σφραγίδē, inquit, τὸ Περσῶν βασιλέως, εἴχε, κατὰ μὲν λευκὸν βασιλεὺς εἶχόν, καὶ τὸ λευκόν, τὸν Κύρον
πρώτες βασιλεὺς αὐτὸν ἔγραψε λευκόν, τὸν Δαρεῖον ἵππον, διὸ χρηματονάγα τὸ βασιλεὺς. Annulus signatorium
seu signum regis Persarum habebat ex quorundam opinione formam seu imaginem regis, alijs putant Cyri
primi Persarum regu figuram fuisse signo impressam, alijs Duci equum, cuius binatu factus erat rex.

Anuli Perdiccae & alij præter Iustinum iam supra laudatum, mentionem habuere etiam Dio-
dorus, cuius verba iam supra legisti. Ex hoc traditi Perdiccae anuli signo reor amicos Alexandri
inductos, vt ex morituriente quererent, vt apud Curtium & alios sequitur, cui regnum relin-
queret, suspicati per anulum etiam imperium & regnum Perdiccae traditum: vt & Iustinus indi-
cat: Qua res, inquit, gliscerent amicorum dissensionem sedauit. nam et si non voce nuncupatus hæres, in-
dictio tamen electus videbatur. Probus in Eumene, Alexandro Babylone mortuo, cum regna singulu fami-
iliaribus dispartirentur, & summa rerum tradita esset tuenda eidem cui Alexander moriens anulum su-
um dederat Perdiccae, ex quo omnes conicerant, eum regnum ei commendasse, quo ad liberi eius in suam
tutelam peruenissent: aberant enim Craterus & Antipater, qui antecedere hunc videbantur: mortuus e-
rat Hephestio, quem viuum Alexander, quod facile intelligi posset, plurimi fecerat.

Sed ille xpartis apud Diodorum, Arrianum, Iustinum, optimo, præstantissimo & dignissi-
mo, respondit: quoquidem dicto classicum cecinuit, ducesque fuos ac principes in contentionem,
arma & certamen regni misit, pro quo multo languine & prælijs postea decertarunt; quod ipsum
se præuidere dicit. Ita per adamantem gemmam, quam Traianus à Nerua accepit, donatus
(Adrianus) ad spem successionis erectus est, vt Aelius Spartanus in Hadriano tradidit.

EI QVI ESSET OPTIMVS) ad exemplum Alexandri, Traianus imperator nullum certum
statuerat designare successorem, sed permittere senatui ut optimum eligeret; vt Aelius Spartanus
in Adriano docet.

FVNEBRES LV DOS) quod nō Curtius tantū subiecit, sed Diodorus, Arrianus, Iustinus, alij.
Qui apophthegmata Alexandri colligit, hoc illius responsum aliò præter Alexandri mentem
vertit: Morti, inquit, proximus, ad amicos respiciens dixit, Magnū epitaphium video futurū, præsentiens
res ab ipso gestas multorum eloquentia celebrandas. nec eum se felix opinio. Non fuit hac mens Alexan-
dri:

dri: Intellexit enim funebres ludos & bella inter duces pro imperio nascitura & gerenda. Plutarchus, ex quo apophthegma sumum est, nihil cogitauit de operibus ibi eloquentia, & historicis; sed epitaphion appellauit funebres ludos, sicut liber Homeri proximus ab ultimo Iliados ἐπιτάφιον appellatur, in quo describitur parentatio Achillis, quam Patroclo instituit.

Sed inter hoc Alexandri responsum de regni successore valde celebrauit ex Trogo Pompeio Iustinus, cuius verba supra collocati, quorum hic principium pono, ut in promptu habeas:
Cum deficere eum amici viderent, querunt quem Imperij faciant hæredem? respondit, dignissimum. Tan- ta illi animi magnitudo fuit, ut cum Herculem filium, & quæ sequuntur.

UT CORPVS SVVM AD HAMMONEM FERRI VBERET) Cur nunquam vel à Perdicca vel alij se delatum est, vt mandarat Alexander? Quia duces primum de nouo rege creando, deinde de diuidendis prouincijs erant solliciti. ita neglectum est multis diebus cadauer Alexander, insepultumque & inflectum iacuit. Curtius septem diebus iacuisse in folio narrat cap. 14. curis omnium ad formandum publicum statum à tam solenni munere auersis. Atque ne diutius rex orbis quasi extra orbem iaceret, & insepultus tabo conficeretur, per Aristandrum Telmissensem, vatem, de quo multa suprà mentio fuit, stetit. De quo Aelianus in varia historia hæc mira tradit: Alexander Philippi (inquit lib. 12. cap. 64. & Olympiadis filius, cum Babylone animam egisset, mortuus iacebat, qui se Iouis filium iactitavat. dumque eius praefecti de regno per seditiones contenderent, ipse sepulturæ expers manebat, cuius etiam egeritissimi quique natura communipostulante, ut mortui terra occultentur) compotes fieri solent. Verum ille triginta diebus inhumatus carenteque sepulcro relictus est, donec Aristander Telmissensis, seu diuino numine percitus, seu alio quodam casu correptus, in medios Macedones progressus & ad eos locutus: Omnes, inquit, omnium seculorum reges Alexandrum felicitate superasse, tam viuum quam mortuum. deos ergo immortales sibi notum fecisse futurum, ut quæcumque terra corpus eius exciperet, in quo primum ipsius anima habitavit, felicissima & ab hostium incursionibus in perpetuum libera foret. Hæc cum audiissent, pro se quisque summō studio diligentiaque amitterebantur, ut in suum regnum singuli transferrent, & thesaurum posiderent, quasi obsidem. r. mitudinis imperij & immobilitatis Ptolemaeus, si credere par est, corpus eius requisirent, & maxima festinatione in urbem Alexandri sitam in Aegypto deportauit. Atque reliqui Macedones quietem egerunt. Perdiccas vero persequi ipsum conabatur, nec tam in Alexandrum cura & pietas, aut in funus religio eum commouebat, quam predicta ab Aristandro inflammabant & incendebant. Postquam vero deprebendit Ptolemaeum, acerrima pugna de cadavere orta est: similius quod ammodo ei qua de simulacro in Troia ut canit Homer, dicens pro Aenea Apollinem in medos heroas impetum. Perdiccas Ptolemaeus, Etenim facto simulacro, Alexandri effigiem referente, veste regia il exornauit, & taphis honorificentissimis. Deinde in Persicum currum imposito, feretrum eius magnificè auro, argento & ebore instruxit, atque verum Alexandri corpus apparatu tenui vilique premisit per vias occultas & iniicias. Perdiccas vero cum deprebendisset simulacrum mortui, instructumq. currum remisit, persecutionem ratus se iam in manibus habere de quo certatum esset. At serdres ciuitatē cognovit que se fallacij circumuentum esse, cum iam amplius persquendi facultas non daretur.

QVANDO CAEL. HON. HABERI SIBI VELLET (sanè perquam eleganter respondit, tum velle sibi cælestes honores decerni, cùm ipsi essent felices, ut cum per felicitatem ad regna essent eucti, cogitarent, cuius potissimum beneficio ad eos honores & regna alpirassent, seleque gratios ostenderent.

Qui porrò honores habití sint Alexandro etiam defuncto, non solum à Græcis, sed etiam Romanis, docuimus in prolusionibus cap. 9.

SUPREMA HÆC VOX REGIS FUIT) de hac voce nihil reliqui scriptores. Instinus sexto morbi die præclusa iam voce datum ait anulum Perdicce. Diodorus ultimam vocem ait fuisse, cùm dixit videri sibi paratos magnos ludos funebres. Quod & Arrianus subindicat.

EXTINGUITVR) cum duodecim annos regnaslet, ut docent oracula sacra i. Machab. S. Hieronymus, ad xii. Daniel. Tertullianus contra Iudeos nō plures numerant, nec mensem addunt. Addit annis xii. Siculus menses septem. Olympiad. descriptio Ηγεσίας ὑπογέων διτρων τῶν Ολυμπίων Αλέξανδρος διεκυρῆσατο τοὺς φυγαδας τῶν ελλήνων εἰς Ἰδίας ἔκαστον πατρόδας πλὴν τῶν ἑναγῶν, καὶ τῶν ιεροσύλων κατελθεῖν. Αλέξανδρος ἐν βασιλῶν ἐτελεύτησε ξαπιλεύτας ἐπηγέρ, καὶ μῆνας. Hegeſias Archon. Imminentibus iam ludiis Olympicis Alexander per pracones edixit, ut omnes exules in patriam redirent excepti scarij & sacrilegij: Alexander Babylone mortuus est cum regnasset annos XII. mens. es septem Olymp. c xiv. anno primo.

Aelius Lampridius eo die deceſſisse air, quo Alexander Seuerus est natus. Io. Georg. Heruartus signat ex Lampridio Cal. Octobres, quas Lampridius non exprefſit. Arrianus, Deceſſit autem Alexander Olympiad. c xiv. Archonte Athenis Hegeſias. Vixit annos duos & triginta, menses octo, ut lib. 9. dec. 1. auctor est Aristobulus. regnauit annos XII. menses VIII. Liuius xiiii. illi tribuit: Miremur si, cùm ex hac parte ſecula plura numerentur, quam ex illa anni, plus in tam longo ſpacio quam in atate XII. annorum fortuna variarit? Componit ibi Liuius Alexandrum cum Romanis. Idem, Superfudit ſe deinde in Asiam & XIII. annis quibus Alexander regnauit, prium omnia quæ Persarum propè immensa ſpacio

spacio imperium fuerat, sua ditionis fecit, & quae sequuntur. Cicero vitæ annos xx xiiii. assignat: Alexander Macedo inquit cum ab ineunte etate res maximas gerere cœpisset, tertio & tricesimo anno mortem obiit; quæ est etas nostris legibus decem annis minor quam consularis.

Iustinus tribus & triginta annis mensem addit. Eusebius duos & triginta dat ætati, duodecim imperio, non sex tantum, vt * quidam falsò scripsit. Aemilius & Probus in Eumene tredecim * A. S. pa. imperij. Clem. Alexandrinus, Αλέξανδρος δεκαοχτώ. Annos regnauit octodecim. tall. Ar. &c

De annis vitæ iam ex Ariano, Cicerone, Iustino doctus es. Sed Nicephorus Constantino- Dem. p. 128 politanus dat illi xxxv. vel xxxvi. quod omnino fallum est, inquit Andr. Schottus. Habet ta- * P. 173. mens suffragatorem Taricium Mirandum in Persicis, & Petrum Texeiram eius interpretem: Qui: Vixit triginta sex annis, regnauit septendecim. Quod ego nō idcirco aio quod refrager Schotto, sed vt intelligatur non solum Nicephorum absurdam scripsisse: & sunt hoc tempore qui pluribus adhuc annis eand. de suo augeant. Chronicum Alexandrinum duos duntaxat & triginta annos vitæ dedit, nec in Olympiade cum alijs conuenit, meritò hīc repudiandum. Noster Salianus ostendit Alexandrum obiisse anno Mundi 3730. Sextæ ætatis 214. Anno imperij Asie 7. regni 13. Iaddi pót. vlt. Olymp. cxi v. A. i. Archonte Egesia, vibis conditæ 429. Dictatore L. Papyrio Curatore M. Eq. Q. Fab. Max. Rut. & mox L. Papyrio Crasso sine cost. Ante Christū natum 323. cui velut exactissimo Chronologo libenter subscribimus, præsertim cum sententiam multis rationibus & testibus confirmeret.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

Luctus omnium immensus per totam Asiam purpuratorum, prætoriæ cohortis, exercitus, Persarum; Sisygambis ex luctu mors.

A primò ploratu lamentisque planctibus tota regia personabat. Mox velut in vasta solitudine omnia tristis silentio muta torpebant, ad cogitationes quid deinde futurum esset dolore conuerso. Nobiles pueri custodia corporis eius assueti, nec doloris magnitudinem capere, nec se ipsos intra vestibulum regiae tenere potuerunt: vagique & furentibus similes totam urbem luctu ac mærore compleuerant, nullis questibus omissis, quos in tali casu dolor suggestit. Ergo qui extra regiam astiterant, Macedones pariter barbarique concurrunt, nec poterant victi à victoribus in communi dolore discerni. Persæ iustissimum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortissimum regem inuocantes, certamen quoddam mæroris edebant. Nec magistrorum solum, sed etiam indignantium voces exaudiabantur, tam viridem & inflorem ætatem fortunaque inuidia deum eruptum esse rebus humanis. Vigor eius & vultus edacentis in prælium milites, obsidentis vrbes, euadentis in muros, fortes viros pro concione donantis occurrebant oculis. Tum Macedones diuinos honores negasse ei pœnitiebat, impiosque & ingratos fuisse se confitebantur, quod aures eius debita appellatione fraudassent. & cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio regis hæsisserint, in ipsis versa miseratione est. Macedonia profecti ultra Euphratēm, medijs hostibus nouum imperium a spernantibus destitutos se esse cernebant, sine certo regis herede, sine herede regni publicas vires ad se quemque tractavunt. Bella deinde ciuilia que secuta sunt, mentibus augurabantur. Iterum non de regno Asia, sed de rege ipsis sanguinem esse fundendum. Nouis vulneribus veteres rumpendas cicatrices: senes debiles modo petitam missione à iusto rege, nunc morituros pro potentia forsitan satellitis alicuius ignobilis. Has cogitationes voluentibus nox superuenit, terroremque auxit. Milites in armis vigilabant. Babylonī alius è muris, alius è culmine sui quisque recti prospectabant, quasi certior avisuri, nec quisquam lumina audebat accendere. Et quia oculorum cessabat usus, fremitus voceisque auribus captabant. Ac plerunque vano metu terrui, per obscuras semitas alius alij occursantes, iniucem suspecti & solliciti fereban-

bantur. Persæ comis suo more detonsis in lugubri ueste cum coniugibus ac liberis, non ut vi-
etorem & modò hostem, sed & gentis suæ iustissimum regem vero desiderio lugebant. assue-
ti sub rege viuere non alium quis imperaret ipsis, dignorem fuisse confitebantur. nec murus
urbis luctus continuebatur, sed proximam regionem ab ea deinde magnam partem Asiae cis
Euphratē tanti male fama peruaserat. ad Dary quoque matrem celeriter perlata est. ab-
scissa ergo ueste qua induita erat, lugubrem sumfit, laceratisque crinibus humi corpus ab-
secit. Absidebat es altera ex neptibus, nuper amissum Hephestionem cui nupserat, lugens,
propriasque cauſas doloris incommuni maiestitia retractabant. Sed omnium suorum mala
Stsygambis una capiebat illa suam, illa neptium vicem flebat. recens dolor etiam præteri-
tare uocauerat. Crederes modò amissum varium, & pariter miseræ duorum filiorum exe-
quias esse ducendas. flebat simul mortuos viuosque quem enim puellarum acturum esse cu-
ram? quem alium futurum Alexandrum: iterum esse se captas, iterum excidisse regno.
Qui mortuo Dario ipsas tueretur, reperiisse: qui post Alexandrum respiceret, vtique non
reperturas. Subibat inter hac animum, LXXX. frates suos eodem die ab Ocho sauvissimo re-
gum trucidatos, adiectumque stragi tot filiorum patrem. è septem liberis, quos genuisset
ipsa, unum suveresse. Ipsum Darium floruisse paulisper, ut crudelius posset extingui. Ad
ultimum dolori succubuit, obuolutoque capite accidentes genibus suis neptem nepotemq;
auersata, cibo pariter abstinuit & luce. quinto postquam mori statuerat die extincta est.
Magnum profecto Alexandri indulgentia in eam, iustitiaque in omnes captiuos documē-
tum est mors huius: qua cum sustinuisse post Darium viuere, Alexandro esse superstes e-
rubit.

Luctum hunc super Alexandri morte nemo dolentius, & plenius, & grauius ipso Curtio de-
scribit, præ quo & ticus Diodorus, & aridus Arrianus, & mutus Plutarchus. Solus Iustinus ali-
quas lachrymula exprimit. Sed idem prorsus contraria tradit Curtio, qui Macedones lamenta-
entes & præ dolore tantum non furentes introducit; Iustinus contrà eosdem magnoperè regi-
tamquam hostis morte gauilos.

LAMENTIS ET PLANTIBVS TOTA REGIA PERSONABAT) hoc solus narrat Curtius, sed ita conuenienter rationi, vt fides non videatur deroganda.

TRISTI SILENTIO) Iam hic suffragatur Iustinus Curtio: Extincto, inquit, in ipso etatis ac
victoriarum flore Alexandro, triste apud omnes tota Babylonica silentium fuit. Caussam subiti, mox
post planctus & lamenta, silentij, Curtius adiecit, quod omnes mox dolorem conuerterint ad co-
gitationes futuri status: quis loco Alexandri regnum obtenturus esset, quis exercitum ducturus,
quo omnes essent ituri, quomodo princeps de prouincijs conuenturi, & hoc genus alia infecuta,
nam bella ciuilia facile mentibus poterant augurari.

NOBILES PVERI) ephebi, principum liberi, quorum officia Curtius suprà lib. 8. cap. 13. ex-
posuit.

CUSTODIAE CORPORIS ADSVETI) Excubabant seruatis noctium vicibus proximi fo-
ribus eius ædis in qua rex acquelcebat. Ita Darium regem, quamuis adhuc viuum, sed despera-
tum, luxere spadones & eius tabernaculo adsueti. Post hanc vocem, inquit Curtius, spado genitu
non modo tabernaculum, sed etiam castra compleuit: irrupere deinde alij, laceratisque vestibus lugubri
& barbaro vulturatu regem deploare coepérunt.

CERTAMEN QVODDAM MOERORIS EDEBANT) Diuersum hoc apud Iustinum cer-
tamen fuit, Periarum lugentium, Macedonum gaudentium. Sed nec deuicta gentes, inquit, fidem
nuncio habuerunt, quod vt inuictum regem, ita immortalem esse crediderant, recordantes quoties pre-
senti morti ereptus esset; quam sapè pro amissione, repente se non sospitem tantum suis, verùm etiam victorem
obtulisset. Vt verò mortis eius fides adfuit, omnes barbaræ gentes paulò antè ab eo deuictæ, non vt hostem,
sed vt parentem luxerunt. Contra Macedones versa vice, non vt ciuem ac tantæ maiestatis regem, ve-
rum vt hostem amissum gaudebant, seueritatem nimiam & assida belli pericula execrantes.

Ita alter album, alter atrum loquitur, vt nescias cui fidem habeas, cui abroges, cù vterque & illi
lacrymarum, & hi libertatis & gaudiorum habuisse cauſas videantur.

INDIGNANTIVM VOCES EX AVDIEBANT VR) Non absimiles Macedonum questus su-
per regem suo in Cilicia vita periclitante meminisse potes.

TVM MACEDONES DIVINOS HONORES NEGASSE EI POENITEBAT) Vbi nega-
runt? Lib. 4. Curtius: Et Macedones adfueti quidem regio imperio, sed in maiore libertatis umbra quam
cetera gentes, immortalitatem contumaciis, quam aut ipsis expediebat, aut regi, auersati sunt. Sed de
hac re totum reuolue caput XII. libri V.III. Iamque omnibus preparatis, & quæ sequuntur. ad quem
locum ex aliis plura.

IN IPSOS VERSA MISERATIO EST) Scipios miserabuntur, quamque sortem & statum fu-
turum?

tutum ac pericula deplotabant. Nechi questus & miseratio maximis rationum momentis carebant, quas mox subdit: Quarum prima, quod procul à patria noui hostes erupturi sint, nouum imperium noui ducis seu regis a spernaturi. Altera, quod nec certus regis, nec regni hæres adsit * * Pausan. Alexandro è Roxane, Hercule ex Barsine nondum natis, ac proinde incertis, cum possint virginis nasci non pueri. & vt maximè nascantur, infantes expectare donec adolescent, longum esse. Præterea duces inter se de regno & prouincijs armis decertaturos, se sanguinem non pro regno Asia, sed pro ignobili aliquo Alexander o satellite profusuros.

NON DE REGNO, SED DE REGE) obserua prothesin de quæ hoc loco in vicem præpositio-
nis pro vel ob vel propter succedit. Ita M. Tullius tertia in Verrem est locutus: Flebat uterque non de
suo supplicio, sed pater de filij morte, de patri filius.

NOX SUPERVENIT) quædolorem non minuit, sed terrorem etiam auxit, nox enim, vt su- lib. 5. c. 10.
præ dixerat, omnia terribilia facit.

NEC QVISQVAM LVMINA AVDEBAT ACCENDERE) quid ita? quia nocturnus metus omnia facit suspecta militibus. Ne viderentur Babylonij coitiones facere, aut vim occultam parare, & arma alijs per se furentium in se prouocare, maluerunt è tenebris speculari, quid Macedones in luctu regis molirentur.

AC PLERVNQVE VANOMETV TERRITI, PER OBSC. SEM. AL. AL. OCCVRSAN-
TES IN VICEM SVSPECTI ET SOL. FEREBA TVR) nempe euenit his vel Macedonibus vel
utrisque quod illis apud Virgil.

Nunc omnes terrent aura, sonus excitat omnis

Horror vbique animos simul ipsa silentia terrent.

Omnis denique omnia turatiment.

PERSAE COMIS SVIS) suprà dictum aliquid ex Plutarcho & alijs hac de re in funere Hephaestionis. De more verò Persarum quo solent lugere vita functos, & coma quæ in funeribus tonderi solebat, multa Alexander Neapolitanus, & in commentario ad eundem copiosissimè l.3. c. 7. Andreas Tiraquellus, qui hunc ipsum Curtij locum, & illi similes complures adducit: at ego hinc ad alia pergam. Porus quoque morti eius illachrymavit, nec ante a se pro rege gessit, quāt Philostr. l. extinctum audiuit, quasi illum solum dum viueret, dignum nomine & honore regio iudicas- set. 3. cap. 5.

AD DARII QVOQVE MATREM) quod reliquum capit is est totum d. Sisygambe est. De fœminarum ritu in publico luctu ex eod. Alexandro & Tiraquelle plura pete. Sisygambim sæpè suprà Curtius celebrauit l.3. c. 23. 24. lib. 4. c. 35. l.5. c. 8. 9.

ALTERA EX NEPTIBVS) Drypetis, cui nuper Hephaestion nouus maritus extictus erat.

OMNIVM SVORVM MALA SISYGAMBIS VNA CAPIEBAT) sequitur omnium, quas 2. per omnem vitam exantlauit, syllabus æruminarū Sisygambis. Primum victo Dario cum liberis capta est ab Alexandro in Cilicia, & è regina Asie facta Macedonum serua, quamuis illi honor regius benevolentia & clementia Alexandri haberetur.

Deinde Alexandrum amisit quasi alterum filium, à quo certè semper & mater appellata est, & honorata. Et hoc est quod dicit: miserae duorum filiorum exequias esse ducendas, nisi Oxatrem velis pro altero filio accipere, qui Darij erat frater, & magno semper honore habitus ab Alexander, vt suprà sæpius audisti. sed is adhuc supererat Alexandre exticto. vt duos hic filios, alterum germanum, alterum quasi adoptatum, vel à quo ipsa potius in matrem erat adoptata.

FLEBAT PRAETER EAS IMVL MORTVOS VIVOS QVE) mortuos Darium & Alexandru, 3. viuos Ochum parvulum nepotem de quo lib. 3. vxorem Darij, & Drypetim Hephaestionis paulo antè coniugem, tum viduam.

ITERVM CAPTAS) hoc eleganter & piè in Alexandrum, quasi illo mortuo rursum regno ex- cederint, iterumque captæ sint, quamuis nullus ceperisset, sed patrono & rege tam clemente, cui parem nunquam essent reperturæ, destituta, sibi captæ videbantur. Accedebant xxcc. fratres Si- sygambis, eodem die olim omnes ab Ocho rege Periarum (quem noster Serarius Aluerum He- steris maritum fuisse existimat) immaniter trucidati. fratribus filij succedebant exticti. E se- ptē filijs quas ipsa ediderat, vnicum supereesse Oxatrem, de quo suprà multa, vt in Indice legis. 6. Et denique filiorum pater, cuius nomen nondum legi.

DARIUM FLORVISSE PAVLLISPER) dum regnaret, quem postea scelerati parricide, Bef- fusi & alij cognati & subiecti occiderunt, vt è supplemento lib. 5. didicisti.

His tantis ac tam multis acerbisque malis oppressa, per inediā, lachrymas & luctum ita se affixit, vt quinto die post acceptum de morte Alexandri nuncium extingueretur. Hæc regina miris modis auxit gloriam Alexandri, vt Curtius ostendit, cum verum regis clementia & con- tinentia omni per eam posteritati documentum reliquit. De eiusdem morte ita tradidit Iusti- nus, Mater quoque Darij regis, quam amissio filio indulgentia victoris in eam diem vita non paenituerat, p. 133. audit a morte Alexandri mortem sibi ipsa consciuit: non quod hostem filio præferret, sed quod pietatem fi- lii in eo quem hostem timuerat, experta esset.

p. 583. Et Diodorus: Reges sic extincti, etiam mater Darij Sifigambri, cum & Alexandri mortem intempestivam, & suam iam ab omnibus deserta calamitatem lacrymis effusissimis deplorasset, in extrema vita (quod dicitur) linea, cibum & lucem auersata, die quinto per inediā magna quidem cum tristitia, sed non minore gloria, vitam sibi abrupta.

1.10. p. 97. De Sylgabis octoginta fratribus ab Ocho trucidatis, quāuis rerū scriptores singillatim nihil sed ed. Gl. tradant, generatim tamen eius immanitatem execratur. Hæreditas regni, inquit Iustinus, Ocho tradita, qui timens parē coniurationem, regiam cognatorum cæde, & strage principum replet, nulla non sanguinis, non sexus, non atatis misericordia permotus: scilicet ne innocentior fratribus parricidii haberetur.

p. 92. Diodorus lib. 16. Regnante pridem Philippo, Ochus Persis imperabat, crudelēmque & violentum erga subiectos segerens, ob asperitatem morum in odio cunctorum erat. Subiicit dein à Bagoa eunicho veneno sublatum. Plutarchus: ob crudelitatem μάχαιρα dictus, cui & hoc poetæ accinitur:

— Scelere ante alios immianior omnes.

C A P V T I X.

A R G V M E N T U M.

Laudatio funebris, virtutes, fortunam, famam, gloriam, regis vitijs extenuatis complexa.

Hercule, iuste estimantibus regem, liquet bone naturæ eius fuisse. virtus vel fortuna, vel ætatis. vis incredibilis animi, laboris parietia propemodum nimia. fortitudo non inter reges modò excellens, sed inter illos quoq; quorum hæc sola virtus fuit: liberalitas sapè maior a tribuētis quā à dīs petuntur: clementia in deuictos, tot regna aut reddita, quibus ea demserat bello, aut dono data: mortis, cuius metus ceteros exanimat, perpetua contemcio: gloria laudis q; ut iusto maior cupido, ita ut iuueni & in tantis admitenda rebus. Iam pietas erga parentes, quorum Olympia da immortalitatē consecrare decreuerat, Philippum ultus erat; iam in omnes ferè amicos benignitas, erga milites benevolentia, consilium par magnitudini animi, & quātam vix poterat atas eius capere solertia: modus immodicarum cupiditatum, Veneris intranaturale desiderium usus: nec vla nīsi ex permisso voluptas. ingentes profectō dotes erant. Illa fortuna, dīs aequaliter se, & cœlestes honores accersere, & talia suadentibus oraculis credere, & dedignantibus venerari ipsum, vobis metius quam par esset irasci: in externum habitum mutare corporis cultum, imitari deuictarum gentium mores, quas ante victoriā spreuerat. nā iracundiam & cupiditatem vimisicut iuuentia irritauerat, ita senectus mitigare potuisset. Fatendū est tamen, cū plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortuna, quam solus omnium mortaliū in potestate habuit. quoties illum à morte reuocauit: quoties temere in pericula vectum perpetua felicitate protexit? vita quoq; finem eundem illi quem gloria statuit. expectauere eū fata, dum Oriente per domito, adiuto, Oceano, quidquid mortalitas capiebat, impleret. Huic regi duciq; successor quærebatur, sed maior moles erat, quā ut unus subire eā posset. Itaque nomen quoq; eius fama rerum in totum propemodum orbem, reges, ac regna diffudit: clarissimū sunt habiti, qui etiam minimē partitante fortune adhæserunt.

Sex omnino seu λόγις ἐπιτροπεῖς, hoc est, funebres laudationes, seu potius panegyricos à viis auctoriis Alexandro scriptos lego, qui quidem omnium regum pyramidas, mausolea, obeliscos, columnas, aras, tropæa, multis interuallis post se relinquent. Illa enim omnia plerūq; uno aliquo mūdi in angulo vel vrbe spectantur, imò ne spectantur quidem, pleraque amplius temporum vetustate deiecta & abolita. Auctorū verò quæ scripsierunt encomia hodieque, quāuis nō omnia, innumeri enim prope scripsierunt, in omnitemen orbe leguntur, celebrantur & prædicantur, nec ante fatalem ipsius mūdi diem ē mundo tollentur. Duos cōposuit Plutarchus de Fortuna Alexandri inscriptos, quibus docet, omnia Alexandri acta non Fortune, sed Virtuti tribuēda: fortunamque illi semper infestam & aduersam fuisse, sed illum virtute sua fortunā quoq; sibi subieisse, adeoque suæ ditionis fecisse. Et hi duo Plutarchi libri iustarum orationum magnitudinem & mo-

EXPLANATIONE

& molem implent. Breuior est Arrianus sub finem septimi, quo totum opus claudit. Iustinus ext.
tremo XII. Curtius hoc loco. Suidas. Ego post Curtij laudationem subiungam etiam Arriani,
Iustini, & Suidæ. Plutarchum quia longior, & simul in omnium manibus est, & plerunque cum
Curtio & vita Alexandri ab ipso etiam Plutarcho composita, editur, omittam.

Ad Curtium veniamus, qui omnes Alexandri actiones vel naturæ tribuit, vel fortunæ, vel ætati, vt & Arrianus: naturæ virtutes, virtus fortunæ vel iuuentæ.

NATVRAE) quam præstantissimam ab auctore naturæ accepit. quod ostendunt. **VIS IN-** I.
CREDIBILIS, seu vigor animi, vt alibi * appellat, seu indoles qua omnes reges antecelsit vtili, s.c. * li. 4. c. 35.
15. locutus est, vbi & ingentia animi bona vocavit.

2. LABORIS PATIENTIA PROPE NIMIA) primus enim & dux in omnibus arduis aggrediē- 2.
dis, grauissimis itinerum molestijs subeundis, fame, siti, frigore, æstu tolerandis, mœnibus obsidē-
dis, rupibus expugnandis, periculis ingētibus adeūtis, vulneribus excipiendis. Reuelue c. 15. l. 5. &
16. eiuld. l. & proprissim alia. Plutarchum etiam audi in secundo de fortuna. Alexander verò quid supra p. 650.
dignatione, non annus sanguine mixtos bibebat, quos casorum corporibus iunctos trāciebat: herbam fame
enectus edebat, quam primam offendisset: obrutas altis niuibus gentes adiit: vrbes sub terram mersas exci-
dit: pugnantia maria nauigavit: arida Gedrusiorum, Arachosiorumque, litora premensus: in mari prius etiā
quam in arma stirpes vidit. Et mox infra: En tibi Alexandri corpus, si nihil aliud, certè ab imis vngubus p. 651.
ad vericem saucium, accisum, contusum, ab hostibus denique, casum & iaculo & gladio & toti libramine
saxi. Propter amnum Granicum ense dissecta galea capillo tenus ad Gazam sagitta humero saucius. In
Maracandis sagitta ictusura, ita vt à tibia radio fractum os disiliret. In Hyrcania oblaeso lapide collo, quo
ictu tenebris ob oculos effusis ad dies multos cæcitatem timuit. propter Assacanos ralo Indico telo icto, quo
tempore ad aſtentatores renidens dixisse fertur: Hic quidem sanguis meus, non saniosum quid, quale ex
deorum vulneribus effluere creditur. ad Issum ense femor etraicto à Dario, vt Chares, inquit, manus
cum eo conserente ipse verò Alexander magna cum fide ad Antipatrum scribens, Contigit, inquit, mibi pu-
gione sauciari in famur adacto, sed vnde nulla pernicies aut illico, aut postea secura sit. Apud Mallos tri-
pedana sagitta ictus spiculo per loricam & pectus ad ceruicem pertingente, vt auctor est Aristobulus.
Traiecto Tanai Scythias in fugam versos, equo etiam ad centum & quinquaginta stadia insectatus est,
infesto alii profluuo remorante. Euge fortuna, qua Alexandrum magnum facis, nouisque subinde male
esse incrementis iubes, vndique corpus eius lacinians, omnem corporis partem vulneribus patefaciens, non
vt Minerua quandam pro Menelao stans, tela infirmissima quoque armorum veluti manu dirigen, obie-
ctisque lorica, fascia & balteo tenorem iactus strigens, sumnum tantum corpus scarificans, eliciendo
in speciem cruentum, sed nuda potius telis vitalia præbens, vulnera per media ossa infligens, deprehensu vnde
que corpore, visum insuper ingressumque obſidens, inſequentem interpellans, vincentem diſtingens, spes
denique eius ludificans.

3. FOR TITVDO NON MODO INTER REGES EXCELENS) nullius enim regis cōgressum 3.
formidauit; cum Dario dimicauit, cum Poro, quamuis gigantea eset mole, singulari certamine
ausus est congreedi, nullarum etiam ferarum, quamuis immanum occursum pertimuit; apros, ti-
gres, hydras, leones, & qui quid silvæ horrent, stravit, superauit. Nullos ille Antæos, nullos Her-
cules metuisset. soli reor Samsoni celsisset, si tempora hos commisissent.

4. LIBERALITAS) non enim pecunias tantum & talenta amicis impertitus est, sed opida, 4.
ciuitates, regiones, prouincias, regna, testes Alonymi, Taxiles, Pori. Plutarchum cōsule, p. 554. Cō-
parat idem aliorum regum fortes cum liberalitate Alexandri: quæ tu ibidem cognosces.

QVM A DIIS PETANT VTR) quis enim vñquam à diis regna & imperia fuit ausus petere.
Satyram iuuinalis audi decimam, cum qua hæc sunt de votis hominum:

Prima ferè vota & cunctis notissima templis
Dinitia, crescant vt opes, vt maxima toto
Nostra sit arca foro.----

Et Persius:

Illa sibi introrsum & sublingua iminur murat. & si
Ebullit patrui præclarum funus, & & si
Sub rostro crepet argenti mibi seria dextro
Hercule ---- & quæ sequuntur.

Nemo ferè de regnis cogitauit, nisi ipse Alexander, cui ipse orbis angustus fuit.

5. CLEMENTIA IN DEVICOTOS) habes documenta huius in Curtio, & quos in Commenta- 5.
tis supra laudavi, Sifygambim matrem, vxorem, liberos Darij, ipsum Darium, ad quem humanum
& tegendum suum ipse amiculum detraxit. habes præter Satrapas Oxatrem, Nabarzanem,
Sisymethrem. deinde reges & reginas, Taxilem, Porum, Cleophen: habes omnem Asiam, Persidē,
Indiam. De Poro eleganter Themistius, quem Georgius Remus Augustanus è Greco transtulit:
quem consules, locus est elegans, sed prolixus. p. 70. f. 71. & seq.

REGNA REDDITA) Poro, Taxile, Abisari, Cleophe, alijs.

DONO DATA) Alyonymo, Poro, Taxili, quibus alia regna aut prouincias ad priora regna
adiecit.

in acie, primus in obsidionibus & incendis oppugnandis fuit; præsertim apud Mallos, ubi in urbem hostibus plenam solus desiliit.

7. GLORIAE LAVDIS QVE CUPIDO) huius nec modum, nec finem, nec terminos ullos posuit, sed ad diuinitatem affectandam progresius, mortalitatis oblitus:

*Aestuat, infelix (inquit Satyrus) angusto limite mundi
Ut Gya et clausa scopulis, parvusq; Seriphos
Cum tamen à figulis munitam intrauerit urbem
Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur
Quantula sunt hominum corpuscula---*

Aestuabat non tam desiderio opum, quam infinita gloriae cupidine. Excusat tamen hanc Curtius & iuueni ignorantem, imo protantis rerum gestarum momentis admittenda.

8. OLYMPIADA) redi ad cap. 12. lib. 9. Si Olympias mater immortalitati consecretur.

PHILIPPVM VLTVS ERA T) ca. 20. l. 4. Post hac institut quærere an omnes parentis sui interfatores pœnas dedissent. ad quem locum lege commentarium. Hic ex Iustino addo videri ipsum quoque Alexandrum de cæde patris suspectum, vel certè consicum fuisse. Plutarchum adde, que etiam ante monui. Itaque Alexander debebat etiam de seipso quærere & pœnas dare.

9. De benignitate iam dictum. 9. BENEVOLENTIA in milites ostendunt oēs orationes priorum librorum, præter ultimas huius libri cap. 6. cum grauiter ab illis offensus esset. Reconciliatus tamen omnibus, & dimissis & præsentibus ante mortem, quibus dextram moribundus porrexit.

10. CONSILIVM) Verum hoc, ut etiam Parmenionem ingenij solertia superaret. Nihil enim unquam decreuit, quod non feliciter exequeretur.

11. VENERIS INTRANATVRALE DESIDERIUM VSUS, NEC VLLA NISI EX PERMISSO VOLVPTAS) Neque naturæ, neque diuina lex permittebat, quod permittebant sibi pagani. quis Bagoas, Hephestiones, & alios flore etatis & formæ conciliatos regi permisit, nisi rex qui sibi ipsi lex. Castior in teminas quam viros fuit. Athenæum l. 13. lege, quam continens & castus fuerit Alexander, præsertim erga Bagoam scortum, quod illi etiam Orsines moriturus obiecit. Græcis tamen olim à quibus & Persæ & Romani malos mores & amores didicere, permisæ pederasti, hoc est nullis legibus aut supplicijs, sicut apud Iudeos & Christianos vindicatae. nempe qui sine lege peccauerunt, sine lege perierunt. hodie rogo flammisque deprehensa expiantur.

VITIA ALEXANDRI) vitia excusat, i. superbiam præsertim fortunæ assignat, qua se viuu cæstori. lo inferere conatus est. de qua re sæpè supra, vt & de Perlarum moribus aslumtis, cultu corporis, adoratione barbarica qualita & imperata, nec tamen ab omnibus impetrata.

12. TRACVNDEM ET CUPIDINEM VINI) in iuuentam Alexandri confert olim vitia cum ætate desitura.

PLVS FORTVNAE) hoc totis duobus libris refellit Plutarchus: qui ipsius acta virtuti, non fortunæ adscribit. Curtius Alexandri fortunam ita celebrat, vt dicat tamen Fortunam Alexander, non Alexandrum. Fortunæ feruississe, quam solus in potestate habuerit, illi imperarit potius quam imperaretur.

A MORTE REVOCAVIT) primo in Cilicia, quando in Cydno flumine obriguit. Deinde ad Gazam, ubi graue vulnus per sagittam accepit l. 4. c. 19. Postremò Mallis: vt alia tempora & pericula taceam, de quibus iam antea ex Plutarcho.

VITAE FINEM EVNDEM QYEM GLORIAE STAVIT) caussam ipse Curtius subiicit, quod tantisper fata eum expectarent, dum orbem terrarū sibi subderet, & Oceanum vel orbis terminū adiret, ultra quem nihil mortalitas poterat sperare. Si diutius vixisset, paullatim gloria rerum gestarum consenuisset, adeoque abolita fuisset. & fortasse vitijs & cæribus famam inquinasset, laudem corrupisset, gloriam delesset. ita vita breuis, gloriae cursus Alexandro fuit sempiterminus.

MAIORVM MOLES ERA T) Leothenes imperium Alexandri post eius mortem compatriuit Cyclopiab Vlyssle exoculato, quod hoc illuc sine duce ferretur, nec haberet a quo regeretur.

IN TOTVM ORBEM) non solum in totum orbem, sed ad omnem etiam orbis posteritatem, famameius propagauit. Iam aliorum quoque elogia & funebris iuuat audire. & Iustinus quidem quasi panegyricum instituit pro lachrymis, quo totius vitæ cursum, & quod ante ortum etiam illius, futuram gloriam ostendit. Decessit Alexander mensem vnum annos tres, & triginta natus, vita supra humanam potentiam magnitudine animi præditus. & quæ ibidem sequuntur.

Arrianus in extremo VII. Statu corporis pulcherrimæ fuit, diligentissimus & vehementissimus, magna animi fortitudine præditus, honoris & gloria appetentissimus, periculorum amantissimus, divinitus cultus obseruatisimus: circa corporis voluptates moderatisimus: circa eas quæ ad animalium pertinet, sola laude inexplibili summa consilij dexteritate quid in rebus obscursis facta esset opus cernebat: & ex verisimilibus felicissime euentus rerum coniectabat: ordinandi exercitus, armandi, gubernandi que peritissimus.

mus. idem ad militum animos excitandos, & bona spe replendos, & metum periculorum priuati periculis contemtione profigandum, eximius. Res dubias summa audacia aggrediebatur: ad anticipandos hostes eosque corripiendos, priusquam, quod euenturum erat, timerent, solertissimus, promisi pactumque religiosissimus obseruator; neve aliorum si audibus caperetur, instructissimus: pecunias in priuatas voluptates parciſſime conuertebat; in amicos summa cum liberalitate erogabat. Si quid verò ab Alexandro ira vehementia rapiditat eque commissum est, aut si insolentius barbarorum fastum imitatus est, equidem non tanti faciendū censuerim, si quis iuuenilem Alexandri atatem non inique estimet, si perpetuum felicitatis cursum, si assentatores, qui voluptatis causa cum regibus magno eorum malo versantur, animaduertat. Ceterū delicti pœnitentia duci, id ego soli ipsi inter veteres reges tanquam eximium ac genuinum quidam adscribo. plerique enim, tametsi alicuius delicti consūtū sibi sint, tuentes id ut recte factum obtegere seculpam suam putant inique statuentes: Vnicam enim peccati agnitionem & confessionem, manifestumque pœnitentia documentum edere, nam qui iniuriam accepit, non ita grauiter Iesum sese iudicat, si is qui laſit perperam sese fecisse fateatur, & bona alicuius spes sit, se non amplius iniuria affectum iri, si uis qui Nota in afficit, pœnitentiam factū sui præferat. Quod verò ad decū generis sui originem referebat, ne hoc qui pagano dem atrox delictum fuisse censuerim: quippe qui nihil aliud fortassis sibi propositum habuerit, quam ut vim conscientię eo figmento maiorem auctoritatem apud subditos sibi conciliaret. Neque verò mibi videtur Alexander fuit, e Minoe aut Aeaco aut Rhadamantio inferior, quorum genus ad Iouem à veteribus relatum nullo ipsis vitro aut contumelia versum fuit: quemadmodum nec Thesei ortus ad Neptunum, neque Iouis ad Apollinem relatus. Verum & Persicus habitus arte quadam milii à rege assumptus videtur, ne in vniuersum alienus ab eis rex esse pideretur: utque refugium quoddam aduersus Macedonum insolentiam superbit amque haberet. Qua etiam de causa eum Macedonum ordinibus Persas melophoros immiscuisse arbitror & agemati, qui paricū cum eis honore essent, accensuisse. Longas etiam potationes, ut ait Aristobulus, non vini causa amabat (neque enim multum vini porabat) sed ut benevolentiam cum amicis foveret. Quapropter quisquis Alexandrum incusat ac vituperat, is non ea solum quae vituperatione digna sunt profers, vituperet, sed omnia eius facta in vnum cumulum congerens, ita demum secum reputet, quis ipse & qualifortuna v̄sus, ad cuius ac quanti principis accusationem accedat, qui ad tantum humana felicitatis fastigium euasit, ut viriusque Continentis rex citra villam controversiam fuerit, nomenque suum per universam terrarum orbem propagari: cogitetque iste quisquis est accusator, quam exilis ipse sit, quamq; in exilibus paruq; momenti rebus labore, ac ne illas quidem ipsas decorè conficiat. Ita enim sentio, nullam ea tempestate gentem, nullam urbem, nullum denique hominem fuisse, ad quem non Alexandri votum peruerterit. Quocirca non absq; numine eius modi hominem terris datum exstimatorim, cui, nemo omnium mortaliū paruit, quod quidem etiam oracula in Alexandri morte testata sunt, diuersaque alijs atque alijs hominibus spectra & insomnia oblatā & continua in hunc usque diem inter homines memoria & gloria maior, quam quae in hominem cadat, tum denique alia post tantum tempus spacū oracula Macedonum genti de eius honore edita. Ego verò tametsi nonnulla Alexandri facta in his oris rerum ab ipso gestarum reprehendi, Alexandri tamen ipsius admiratorem esse me ipsum citra pudorem profiteor: facta verò nonnulla improbaui, & veritatis mea & publica utilitatis causa: in cuius gratiam huius historiæ scriptiōnem, non absque numine etiam, aggressus sum.

Suidas verò primum multa ex Arriano depromit, postea etiam ex Nearcho alia subdit, ac de-
mum ex alijs virtutis quoq; describit. Philosophi quoque lessum illi cantarunt, ut est apud Petrum Alphonsum à nostro Serario laudatum. Primus ergo dixit, Heri totius terra spatiofitas Alexandro nō sufficit: nunc trium quatuor vēlinarum spatium ipsi sufficit. Aiebat alijs: Heri potuit Alexander à morte multos liberare; bodie seipsum non potest. Alius cum aureum eius loculum videret: Heri Alexander ex auro fecit thesaurum, bodie aurum fecit ex ipso thesaurum. Alius: Heri Alexander terram oppresit, bodie à terra opprimitur. Alij alia: quorum omnium nullam quidem apud Curtium, Arrianum, Plutar-
chum, mentionem inueni, video tamen, cum, uti Plutarchus sub Alexandri finem ait, eius cadaver abegat
πεντον, id est, incuratum & insepultum diu manserit, aduenire potuisse, qui talia dicent, vel è Gracia
philosophos, vel ex ipsa Chaldaea & Perside Magos, vel ex eo ipso gymnosophistarum catu, qui tam mirabiles ab Alexander ipso posita questiones, ut apud eundem Plutarchū est: sapienter ac ingeniosè antea dissoluerant, præsertim, cum eandem ob causam mater Olympias lamentabunda exclamarit: O fili quib;
cœli particeps esse studebas, ne tuis quidem potiri iam vales, quae mortalium omnium com-
munia sunt, terra & sepultura. vti habet lib. 8. apopht. 46. Verè vanitas vanitas-
sum & omnia vanitas. Rex bodie est, & cras moritur.
Eccles. 10.

Serap. II. i.
Machab. E.
i. pag. 553.

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

Vocato principum coetu Perdiccas perorat apud militem, & agit de rege subrogando, quem nominat Roxanis filium nondum genitum.



A Eterum Babylone (inde enim diuertitoratio) corporis eius custodes in regiam principes amicorum ducesque copiarum aduocauerent. secuta est militum turba cupientium scire in quem Alexandri fortuna esset transitura. Multi duces frequentia militum exclusi regiam intrare non poterant, cum praeceptis qui nominatum citarentur, adire prohibuit. Sed precarium spernebatur imperium, ac primum ciulatus ingens ploratusque renouatus est. deinde futuri expectatio inhibitis lachrymis silentium fecit. Tunc Perdicca regia sella in conspectum vulgi data, in qua diadema vestisque Alexandricum armis erant, anulum sibi pridie traditum à rege, in eadem sede posuit: quorum adspectu rursus oborta omnibus lachryma integravere luctum. Et Perdicca. Ego quidem, inquit, anulum quo ille regni atque imperij vires obsignare erat solitus, traditum ab ipso mihi, reddo vobis. Ceterum quamquam nulla clades huic qua affecti sumus, par ab iratis dīs excogitari potest, tamen magnitudinem rerum, quas egit, intuentibus credere licet, tantum virum deos accommodasse rebus humanis, quarum sorte completa citò repeterent eum sua stirpi. Proinde quoniam nihil aliud ex eo superest, quam quod semper ab immortalitate seducitur, corpori nominique quamprimum iusta soluamus, haud obliti in qua urbe, inter quos simus, qualis rege ac praeside spolia. Tractandum est cōmilitones, cogitandumq; ut victoriā partam, inter hos de quibus parta est, obtinere possumus. Capite opus est, hoc uno an pluribus in vestra potestate est. Illud scire debetis, militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu. Sextus mensis est, ex quo Roxane pregnans est. optamus ut marem emitatur: cuius regnum dīs approbantibus futurum, quandoque adoleuerit, interim à quibus regi velitis destinate. Hac Perdicca.

CORPORIS EIVS CVSTODES) è quibus facilè principes Perdiccas, Ptolemæus, Léonnatus, Python, Lysimachus.

PRINCIPES AMICORVM) Nearchum, Meleagrum, Aristonum, Phitonem, Eumenem, alios. Diodorus: Oi δὲ μέγιστον ἔχοντες ἀξιωμάτων φίλων καὶ σωματοφιλάκων συνεδρεύοντες καὶ προσλαβόμενοι τὸ τῶν πατέρων τῶν ἑραρχῶν ὄνομαζομένων σύσκηνα & quæ sequuntur. Sed qui inter amicos & custodes corporis, auctoritate maxima pollebant, senatu habito, cum equitum quis sodales nominantur agmen sibi adiunxit. & quæ sequuntur. Quanti porrò viri fuerint hi regis amici & duces, ostendit Iustinus, quos omnes cum regibus componit: Sed nec amici Alexandri frustra regnum expectabant. nam eius virtutis erant ac venerationis, vt singulos reges putares. Quippe ea forma pulchritudo & proceritas corporis & virium ac sapientia magnitudo in omnibus fuit, vt qui eos ignoraret, non ex una gente, sed ex terrarum orbe electos iudicaret: neq; enim in qua ^{* ante} Macedonia, illa gēs tam clarorū virorum prouentu floruit, quos primum Philippus, mox Alexander tanta cura legerat, vt non tam ad societatem bellī, quam in successionem regni, electi viderentur. Quis igitur miretur, talibus ministris orbem terrarum vicevit, cum exercitus Macedonum à tot non ducibus, sed regibus regeretur? qui nunquam sibi reperissent pares, si non inter se concurrisserint. multosq; Macedonia pro uno Alexandros habuisset, nisi fortuna eos ex simulatione virtutis in perniciem mutuam armasset.

SECUTA EST MILITVM T V R B A) milites iam tum contumaces, & timebant duces, & hi vicissim illos, paullatimque res ad vim & arma spectabant. nec ducibus ipsis inter se conueniebat, cum nemo unus alteri inferior cederet, vt æqualitas ipsa discordiam augeret. Itaque, vt Iustinus ait, duces armati in consilium venerunt, vt de summa rerum delibera- rent.

TUNC

TUNC PERDICCA) cuius maxime auctoritas eminebat, quod anulum etiam à viuo Alexandro tanquam pignus imperij accepisset: sed cùm post anulum acceptum respondisset rex, imperium se dignissimo relinquere, hoc ipso reliqui cognouere, non simul Perdicca cum gemma regnum esse traditum. hinc illæ lacrymae, certamina, cædes. Aristonus tamen Alexandri mentem interpretatus, eò dixit illi anulum traditum, quod ab Alexandre optimus omnium & dignissimus regno videretur. Perdiccas ex amicis & ducibus primo loco sententiam de rege deligendo dicit, quamvis illi pauci assentirentur.

EGO QVIDEM ANVLVM) œconomiam huius oratiunculæ Causinus hinc instituit: *Hac p. 578.*
oratio, inquit, valde morata est & ciuilis, præfert enim insignem moderationem, & fidem ipsius Perdicca, quod magnum erat amoris & benevolentiae lenocinium. Atque, vt à principe viro profecta, sententia habet verbus pressas, rebus magnas, vt cùm dicit, Alexandrum commodatum terris, non datum. Observatum est, inquit Fab. I. 6. esse nescio quam spes tantas decerpit inuidiam: ne videlicet ultra quam homini datum est, nostra proueliantur. Deinde quod habet, Militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu: rectè ad mentem Senecæ, qui de Imperatore ait, *Is est spiritus quem tot milia trahunt.* Epaminondas apud S. Maximum serm. 9. de magistratu & potestate, cum magnum & pulchrum videret exercitum sine duce, *Quanta, inquit, bellua, caput nullum habet!* Sed hanc Meleager tanquam infidiosam & ambitionem refutat infrà, nihilque aliud spectare Perdiccam ait, quam regnum, quod sub tutelæ nomine velit occupare; quæ sententia Meleagro tanquam feroci & parum consulto, mortem attulit.

IMPERII VIRES OBSIGNARE SOLITVS) quando deus ēis populis leges dixit, præsides & prætorēs à quibus regerentur, misit, decreta edidit, hoc anulo firmauit.

VOBIS REDDO) hoc Ianè per quam modelū Perdicca saltem in speciem, fortasse ratus exercitum acclamaturum, reciperet anulum & acciperet imperium, vt mox post Aristoni orationem acclamauit.

TANTVM VIRVM DEOS ACCOMMODASSE REBUS HUMANIS) quemadmodum va-
tes de Catone:

Tertius è celo cecidit Cato —

Et de Iulio Cælare Pelignus olor:

*Hic sua compleuit, pro quo Cytherea laboras
Tempora, perfectis quos terris debuit, annis,
Ut deus accedat calo templi q̄ colatur.*

TRACTANDVM COMMILITONES) altera pars orationis de rege deligendo: Perdicca, inquit Iustinus, censet Roxanis expectari partum, quæ exacto mense octavo maturam ex Alexandre erat, & si puerum peperisset, hunc dari successorem patri.

MILITAREM SINE DVCE TVRBAM, CORPVS ESSE SINE SPIRITU) suprà cap. 6.
Iam autem scietis & quantum sine rege valeat exercitus, & quid opis in mevno sit. ad quem locum plura ibi.

SEXTVS MENSIS (Iustino iam octauus.

CAPVT XI.

ARGVME& TVM.

Nearchus Barsines filium dicit regem. Ptolemæus aristocratiam suadet. Aristonus Perdiccam conatur coronare, quod Perdicca cupit, nec audet. Meleager ad aurum properas mouet seditionem. Gregarius Aridaeum fratrem Alexandre designat. Phyton dissuadet, concio iubet, adducitur & rex salutatur à milite; refragantur optimates, & in Perdicca sententiam concedunt.



Vm Nearchus, Alexandri modò sanguinem ac stirpem regie maiestati conuenire, neminem aut posse mirari: ceterum expectari nondem orium regem, & quiam sit, prateriri, nec animis Macedonum conuenire, nec tempori rerum. Esse è Barsine filium regis, huic diadema aandum. Nulli placebat oratio. Itaque suo more hastis scuta quatiantes obstrepere perseverabant. Iamque prope seditionem peruererant, Nearcho periculus tuente sententiam tum Ptolemaeū. Digna prorsus est soboles, inquit, qua Macedonum imperi genti, Roxane vel Barsines filius, cuius nomen quoque Europam dicere pigebit, maiori ex parte captiui. Cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum seruamus? quod iusti illi reges Darius & Xerxes tot millium agminibus, tantisque classibus ne quicquam petiuerunt. Mea sententia hac est, ut sede Alexandri in regia posita, qui consiliis eius adhibebantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit: eo que quod maior pars eorum decreuerit, stetur. duces praefecti, co-piarum his pareant. Ptolemao quidam, pauciores Perdicce assentiebantur. Tum Aristonius orsus est dicere, Alexandrum consulatum cui relinquere regnum, voluisse optimum deligi. iudicatum autem ab ipso optimum Perdiccam, cui anulum tradidisset. neque enim unum eum assedisse morientis, sed circumferente m oculos, exturba amicorum delegisse cui traheret, placere igitur summam imperij ad Perdiccam deferri, nec dubitauere quin veracenseret. Itaque universi procedere in medium Perdiccam, & regis anulum tollere iubebant. hærebat inter cupiditatem pudorem, & quo modestius quod apperebat expectaret, periculus oblaturos esse credebat. Itaque curatus, diuq; quid ageret incertus, ad ultimum tamen recepit, & post eos qui sederant proximi, constitut. At Meleager unus è ducibus confirmato animo, quem Perdicca cunctatio erexerat. Nec dīsuerint, inquit, ut Alexander fortuna, tantique regni fastigium in istos humeros ruat; homines certè non ferent. Nihil dico de nobilioibus quām hic est; sed deviris tantum, quibus iniuris nihil perpeti nesciit. Nec verò interest, Roxane filium, quandocumque genitus erit, an Perdiccam regem habeatis, cum iste sub tutela specie regnum occupatus sit. Itaque nemo ei rex placet, nisi qui nondum natus est. Et in tanta omnium festinatione, non iusta modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus expectat, & iam diuinat mare esse conceptum, quem vos dubitatis paratum esse vel subdere? si medius fidius Alexander hunc nobis regem pro se reliquisset, id solum ex his quae imperasset, non faciendum esse censerem, quin igitur ad dicipiendos thesauros discurreris: harum enim opum regiarum, utique populus est hæres. Hac elocutus per medios armatos erupit. & qui abeunt viam dederant, pronuntiantem prædam sequebantur. Iamque armatorum circa Meleagrum frequens globus erat, in seditionem ac discordiam versa concione, cum quidam plerisque Macedonum ignotus ex infima plebe, Quid opus est, inquit, armis ciuilique bello habentibus regem, quem quaritis? Aridaeus Philippo genitus, Alexandri paulò ante regis frater, sacrorum ceremoniarumque consors modò, nūc solus hæres, præteritur à vobis. quo merito suo: quidue fecit, cur etiam gentium communi iure fraudetur? si Alexandro similem quaritis, nunquam reperiatis. si proximum, hic solus est. Conclamant inde pariter Aridaeum vecundum esse, mortemque meritos, qui concionem sine eo habuissent. Tum Phiton plenus lachrymarum orditur dicere. Nunc vel maximè miserabilem esse Alexandrum, qui tam honorum ciuium militumque fructu & præsentia fraudatus esset, nomen enim memoriamq; regis sui tantum intuentes, ad cetera caligare eos. Haud ambiguè in iuuem cui regnum destinabatur, impensaprobra, quae magis ipsi odium, quām Aridaeo contemnitum attulerunt: quippe dum miserentur, etiam fauere cœperunt. Igur non alium regem se, quām eum qui ad hanc spem genitus esset, passuros pertinaci acclamatione declarant, vocariq; Aridaeum iubent. quem Meleager infestis iniuisusque Perdicce strenue perducit in regiam, & milites Philippum consalutatum regem appellant. Ceterum hac vulgi erat vox, principum alia sententia. è quibus Phiton consilium Perdicce exsequi cœpit, tutoresque destinat filio ex Roxane futuro Perdiccam & Leonatum stirpe regia genitos: adiecit, ut in Europa Craterus & Antipater res administrarent, tum iusurandum à singulis exactum, futuros in potestate regis geniti Alexandro.

TVM NEARCHVS) Nearchus ille primus Oceani explorator, & Alexandri cum Onesicrito nauarchus, fuit Roxanis partum nondum editum, & sexus incertum non videri expectandum, cum iam ex Barsine Memnonis olim coniuge natus sit Alejandro P. Hercules iam nouennis. huc ergo regem designandum. Sed Nearchus statim explosus est.

E BARSINE FILIVM) Herculem. Barsine filia erat Artabazi principis purpuratorum, viri regum stirpe oriundi, & Dario ad ultimam usque fortunam fidiissimi, de quo multa paucim superioribus libris habita mentio; & de Barsine quoque dictum lib. 3. cap. vlt. ex Plutarcho. Vidua haec clarissimi ducis Memnonis erat: ut mirer quid Arriano venerit in mentem, ut scriberet Barsinem Darij natu maximam fuisse filiam, cum disertè ex Aristobulo Plutarchus ostendat fuisse Artabazo natam, nec unquam ab Alexandro vxorem ductam, sed loco pellicis habitam, semper enim ubi de uxoribus Alexandri agitur, Barsinen seu Barsenen excipiunt scriptores. Darij filias alteram aiunt Statiram, maiorem natu, Alexandro Susis nuptam, alteram Drypetim Hephaestioni. Substituit deinde Parysatin Arrianus pro Barsine Ochi regis, quem volunt A-suerun, Hesteris maritum, filiam natu minimam, siue illa fuit Vasthi, siue Heltene nata.

HASTIS SCUTA QVATIENTES) sicut acclamatio post orationem, militis alacritatem ostendit, ita strepitus armorum, quibus inhibere dicentem conantur, seditionem, vel certe animum ab ea re quam dux vult impetrare, alienum; vel cum terrorem alijs incutiebant, ut est apud Lixium lib. 28. *Vix dicendi finem fecerat, cum ex preparato fini omnium terror oculis auribusque est effusus. Exercitus qui coronam concionem circumdederat, gladijs ad scuta concurrevit.*

Scuta hic hastis quatabant, quod oratio & petitio non placeret. acclamabant cum probarent quod dicebatur aut petebatur. Infrà hoc ipso capite iratus miles rursus hastis clypeos concul-fit.

DIGNA PRORSVS EST SOBOLES) Ptolemæus diuersam ab utroque viam ingreditur, & nullum ex captiuis haeredem regni admittendum putat. orditur ab Ironia: Egredios, inquit, vobis reges proponitis, vel Roxanes vel Barsines: Roxanes satrapæ sobolem; Barsines pellicis, cum neutra regina unquam fuerit aut regnarit, sed captiuae fuerint nostræ. Quorum Perlas vicimus, an ut serujs nostris & captiuis seruiamus? quod nec Darius ille priscus, nec Xerxes postea, quamvis totam Græciam milite inundarit, à nobis impetrare potuerunt.

IUSTI REGES) εἰσαγόνες, ut qui contra ius fas Græciam armis inuaserint, alijs iusti, legitimi, verique reges. Sed hic, ut dixi, ironia est. præconis audita vox citantis nomina damnatorum in concilio: nudi in medium protrahebantur, & quæ sequuntur.

Ergo censeo aristocratiæ in instituendam, inquit Ptolemæus, ut sicut in repub. populus senatus obsecundat, ita ducibus paucis milites obtemperent, illique regna omnia administrarent, præfecti copiarum imperata extequantur.

PTOLEMAEO QVIDAM) Neacho nemo, Perdicæ pauci, Ptolemæo aliqui assentieban-tur.

ARISTONVS) Hic est ille fortissimus heros, qui Alexandrum apud Oxydracas seu Mallos cum Leonnato, Timao & Peuceste aduersus hostes omnes defendit, ut suprà lib. 9. cap. 10. legisti. Hic rursum aliud à tribus prioribus, obliqua tamen oratione suadet, ut Perdiccas regnet, & per-suaderet: led Perdiccas ipse suam felicitatem cunctando corrupit, dum iussus anulum recipere, & regnum suscipere, hæreret, expectaretque dum maioribus clamoribus urgeretur, adeoque sibi vim fieri volebat, ad inuidiam fortasse parium declinandam. Sed interim & anulum & regnum amisit.

Fronte capillata est, pone est occasio calua.

NEQUE ENIM VNVM EVM ASSEDIFFE MORIENTI) Ex anulo Perdicæ tradito ostendit mentem Alexandri fuisse, ut summa imperij ad Perdiccam deferretur. Quorum enim illi anulum tradidisset, nisi & dignissimum imperio ex omnibus qui illi assidebant, judicas: t.

NEC DV B. QVIN VERA CENSERET) Probabilis erat ratio & oratio Aristoni, nec tamen certa; poterat enim tradidisse anulum & amicissimo & familiarissimo, non tamen ad regnum ap-tissimo vel optimo vel dignissimo. Sed custodi anuli, dum rex omnium votis & suffragijs de-signaretur. Iuslus est ergo surgere, & cum æmulo diadema sumere. Cunctatus per speciem mode-stiae, putabat futurum Perdiccas, ut faustis acclamationibus exercitus viuat Perdiccas, regnet Perdiccas, perennet Perdiccas, regnum acciperet. Sed morante illo & concio conticuit, ex quo male animatus, locum quem proximum sellæ regiae tenebat, reliquit, & inferiorem occupauit. Quod ubi Meleager dux phalangis Macedonicae & peditum, homo stolidè ferox, nec satis cautus animaduertit, aperè inuectus in Perdiccam, illum sibi capitalem hostem reddidit, cuius & artibus mox cecidit & periret.

QVEM CVNCTATIO PERDICCAE EREXERAT) nam si Perdiccas anulum & diadema statim ac iussus est, sumisset, nihil unus contra omnes mouisset, nec contra torrentem niti ausus fuisset.

Nec dicitur si verint) abdicat regnum adhuc dubium Perdicæ. Nec dicitur, permit-tant,

tant, nec hominēs ferant, vt regnet Perdiccas; humeri eius tantam fortunam, tantumque regni fastigium non ferunt.

NOBILIORIBVS PTOLEMÆO & ARIDÆO PHILIPPI REGIS FILIIS, FRATRIBUS ALEXANDRI, quamuis non ex Olympiade, sed expellibus.

SED DE VIRIS TANTVM, QVIBVS INVITIS (ita lege, non ut imprestum est inuidis) **Nihil perpeti necesse est**) intelligit exercitum, & maximè pedites seu phalangem Macedonicam, qua nihil firmius erat, & cui ipse præserat. His ergo inuitis nihil necesse perpeti aliquid indignum, vel ut regnet Perdiccas, vel ut, quod sequitur, Roxanes partus in duos, ex Iustini, quatuor, Curtij sententia, mens expectetur. Non videtis Perdiccam regnum affectare vel per se, vel specie tutelæ? perinde enim illi est, dummodo regnet, vel suo nomine, vel alieno.

IN TANTA OMNIVM FESTINATIONE IVSTA ET NECESSARIA) ne sine capite sit tantum ac tot gentium imperium, tantus exercitus, in terra, non patria, sed paullo antè subacta.

DIVINAT MAREM ESSE CONCEPTVM) quid si sc̄ominam edat? quid agat Perdiccas? partum subducet, solum subiicit, & nos eludet; ipse imperabit. hoc enim est quod dicit, quem vos dubitatis paratum esse vel subdere? hoc est alienum aliquem spurium pro Alexandri & Roxanes filio subiicare & supponere.

MEDIVS FIDIVS) de hac iurandi forma suprà dictum. Festus Pompeius, medius fidius, ait esse compositum & significare Iouis filium Herculem, quia Iouem Graci dicit, nos Fidium pro filio: nam prisci t̄pc d litera pro l, vtebantur. Vnde, inquit, sub Dio, Deus fidius. Gyraldum contule syntag. 10. deor. hist.

HVN C NOBIS REGEM PRO SE RELIQVISSET) Perdiccam an Roxanes filium experitum? Perdiccam non Roxanes partum; Perdiccas enim insidiabatur regno sub velo tutelæ, quem usque adeo indignum regno arbitror, vt nec Alexandro parendum censerem si nobis viuus adhuc Perdiccam obtrudere pro se regem voluisse.

QVIN IGIT VR AD DIRIPIENDOS THESAVROS DISCVRRITIS) deliberent & decertent inter se processus de regno quamdiu volent, nos regni thesaurostanquam prædam nostram inuadamus. Atque hæc est quinta principum oratio & deliberatio de creando rege. Sed Meleager cum ad prædam properaret, trecentos secum, vt infrà docet, ex phalange traxit, adeo vt res in seditionem versa sit, & phalanx ab equitatu ducibusque, Meleagro seditionis orum auctore, secedere coepit, cum opportunè è grege militum Macedo, cuius obscuritas etiam nomen silentio inuoluerat, progressus in medium pro rege iubendo Aridæum Philippi filium, Alexandri fratrem nominauit, quem exercitus mox vocatum per vim in regiam perduxit, & regem Philippum à patris memoria appellauit. Sed optimates duce Phitonem Roxanes partum experimentum censuerunt, & Perdiccam cum Leonnato tutorem filio nascituro destinant; adeoque duos pro uno reges designant. Suader ergo anonymous miles Aridæum (seu Arrideum, vt Arrianus illum duplice p̄f scribit) deligidum, cauſas addit, quod iustus regni haeres sit, sicut antea Alexander Philippi erat, cum & Aridæus sit Philippo natus, quod Alexandri frater, omnium sacrorum & ceremoniarum ante consors, nunc etiam haeres. Respondet interim tacitæ obiectio, quod Alejandro par non sit, negatque parem illi ullum reperiri posse, proximum tamen hunc esse.

SACRORVM CAERIMONIARVMQUE CONSORS MODO) inter solennia sacrificiorum omniumque sacrorum, & mensæ accusationem proximus Alejandro, & omnium particeps post Alexandrum honorum.

SOLVS HAERES) nam Barsines filius Hercules velut captiuæ negligebatur.

MORTEMQUE MERITOS) principes Perdiccam, Ptolemæum, Aristonum, Lysimachum, alias: qui Aridæum à publico consilio velut indignum & ineptum excluserant.

TVM PHITON) huius ducis mentio habita est suprà lib. 9. cap. 15. vbi Musicanos deficere conatos ad officium redigit, regulumque captum ad Alexandrum adduxit, à quo est in crucem actus. Huius h̄c Phitonis seu Phytonis subobscura oratio est, dissuadentis Aridæi inaugurationem. Maximè, inquit, miserabilis nunc est Alexander, non tam quod mortuus, quād quod digno & apto regni haerede & successore destitutus sit. Nam qui ex amicis eius clarissimi, fortissimi, sapientissimi sunt, à regni successione repelluntur, vt eorum fructu carere cogatur, & eligitur is qui nihil, præter nomen fratris, regis habet, & memoriam patris Philippi renouat, ad quod nomen & memoriam ij qui Aridæum regem iubent, respiciunt; ad cætera omnia, virtutes inquam regias, fortia facta, sapientiam, industriam, res gestas cœcutiunt, & caligant. Quid enim Aridæus unquam dignum regno & imperio gessit, fecit, suavit, cogitauit? Hæc mens & sententia est paucorum & obliterissimorum verborum Pythonis, quibus tamen haud ambiguè, vt Curtius subiicit, impensa probra in iuuenem Aridæum. Sed miles in sua perficit sententia, nec Pitho terretur.

MAGIS IPSI ODIVM) Pythoni.

DYMMISERENTVR) memoria enim Aridæi negleti & contemti misericordiam mouēbat

bat, misericordia fauorem, fauor regem dixit. Itaque iussu concionis Aridæus ad regnum euocatur. Meleager dux concionis & ductor Aridei cum impetu adest, fratremque Alexandri in regiam perducit, quem mox ut miles videt, regem prouinciat, & pro Aridæo ad memoriam Philippi, Philippum appellat.

CAETERVM HAECA VVLGI ERAT VOX; PRINCIPVM ALIA SENTENTIA) ergo miles duce Meleagro secessionem fecit ab optimatibus, qui auctore Perdicca, ministro Pithone Roxane filium, ubi genitus esset, regem designant, & Perdiccam ac Leonatum regia stirpe ortos, regni & nascituri regis tutores constituunt.

IN EVROPA CRATERVS ET ANTIPATER) Antipatrum Alexander Babylonem euocarat, Craterum miserat ut Macedoniam & Græciam eius loco administraret. extincto interim Alexandro, ambo iubentur Europam curare.

IUSIVRANDVM A SINGVLIS EXACTVM) principibus (non milite, qui Aridæum legerat) vt futuro regi ex Alexandro genito se obsecuturos iurarent. Atque hæc de dissensione principum & militum, duobusque regibus designatis Curtius. Iustinum hic consule de ead. re plura docentem lib. 13. pag. 133. sed ed. Glar. p. 128. m.

Miraberis Aridæum à Ptolemaeo repudiatum propter Philinem Larissæum, cùm & ipse Philippi spurius fuerit. Paulaniam in Atticis audi: Ptolemaum quidem Macedones re Philippi Amyntæ F. verbo Lagi filium fuisse existimant, eius enim matrem vterum ferentem à Philippo uxorem Lago, datam ferunt. Arrianus vtrumque postea regnasse tradit libris quos de rebus post Alexandrum decem concr̄p̄sit, quorum epitomas habes apud Photium. In latin. p. 81. Græc. p. 123. n. 92.

Composit & Dexippus (Rhetor Atheniensis fuerat) de rebus post Alexandr. M. gestis libros quatuor, quem apud Photium videbis Latin. p. 75. Græc. p. 115. n. 82.

Diodorus paucis Olymp. CXIV. anno II. Cephalodoro Archonte Athenis. Sub quod tempus, p. 586. inquit, Alexandro sine liberis defuncto, ingens de imperio, quod moderatore tum carebat, dissidium extitit. Pedestris enim phalanx Arridaeum Philippo genitum, sed vitis quibusdam animi non sanandis affectum, ad regni administrationem prouehebat. Sed qui inter amicos & custodes corporis auctoritate maxima pollebant. Senatu habito, cum equitum, qui sodales nominantur, agmen sibi adiunxisse, primum armis cum phalange decertare statuerunt. Et missu ex virorum dignitate praestantium ordine legis, inter quos Meleager nobilissimus erat, ad pedites, ut dicto audientes essent, contendere. At Meleager quam primum ad peditum delectos, quorum præcipua tunc dignitas (inter ceteros autem phalangites maxime conspicuus erat) venit, legationis nullam facit mentem: sed è contrario ob decreta collaudatos in adversarios irritat. Quapropter Meleagro sibi duce creato Macedones cum armis in refragantes suis studijs procedunt. Cumque & stipatores regi Babylonem egypti, ad bellum se prepararent, gratiosissimi inter illos, ut concordiam resarcirent, utrique persuaserunt. Nec mora, Arridaeum Philippi filium, inque Philippi nomen adoptatum, regem: & Perdiccam, cui etiam rex moriens annulum tradiderat, regni procuratorem designant: Et amicorum stipatorumque primarios, administrare prouincias, regi & Perdicca obedientiam praestare, iubent.

Paulanias in Atticis de Perdicca: Perdiccas verò ad speciem quandam in exercitu Arideum Philippi F. & Alexandrum puerum, Alexandru & Roxane Oxyartæ filia genitum, habuit: quasi verò illis regnum vindicaret: cùm re tamen Aegypti regnum Ptolemaeo eripere conaretur. Verum ex Aegypto pulsus, amissa magna ex parte existimatione quam in bellicis rebus consecutus fuerat, & iam antè in magnam apud Macedones inuidiam adductus, à satellitibus suis interfectus est.

CAPVT XII.

ARGVMENTVM.

Meleager Aridæum reuocat, qui insignia capit regia. Perdicca cum equitatu & regia cohorte, regiā cedit. Meleager tendit Perdiccae insidias, in quas mox ipse incidit. Perdiccas occupat Babyloniae campos, annonam intercipit. Mittuntur legati ad Perdiccam de concordia. Aridæus deponit insignia

signia regia, meliori porrígenda. iubetur illa recipere. Perdiccas simulat amicitiam erga Meleagrum. Curtius excurrit in statum & felicitatem sui æui. Meleager circumuenitur & occidiatur.



Eleager haud iniuria metu supplicij territus cum suis secesserat. Rursum Philippum trahens secum irrupit in regiam, clamitans suffragari respub. de novo rege paulò ante recepto robur etatis: experientur modo stirpem philippi, & filium ac fratrem regum duorum: si bimeti ipsis potissimum crederent. Nullum profundum mare, nullum vastum fretum & procellosum tantos ciet fluctus, quantos multitudine motus habet, utique si noua & brevi duratura libertate luxuriat. Pauci Perdicca modo electo. plures Philippo quem spreuerant, imperium dabant. Nec velle, nec nolle quidquam diu poterani. paenitebat q̄ modò consilij, modò paenitentie ipsius: ad ultimum tamen in stirpem regiam inclinauere studijs. Cesserat ex cōcione Arideus, principum auctoritate conterritus, & abeunte illo conticuerat magis quam elanguerat militaris fauor. Itaque revocatus, vestem fratris eam ipsam quæ in sella posita fuerat, induitur. Et Meleager thorace sumto, capit arma. noui regis satelles. sequitur phalanx hastis clypeos quatiens: expleturam se sanguine illorum, qui affectauerant nihil ad ipsos pertinens regnum: in eadem domo familiaq; imperij, vires remansuras, hereditarium imperium stirpem regiam vendicaturam: assuetos esse nomen ipsum colere venerarique, nec quenquam id capere nisi genitum ut regnaret. Igitur Perdicca territus conclanue, in quo Alexandri corpus iacebat obserari iubet. DC. cum ipso erant spectatae virtutis. Ptolemaeus quoque se adiunxerat ei, puerorumque regia cohors. Ceterū haud difficulter à tot millibus armatorum clausa perfracta sūt. Et rex quoque irruperat, stipatus satellitum turba, quorum princeps Meleager: iratusque Perdicca, hos qui Alexandri corpus tueri vellent, seuocat: sed qui irruperant, eminus tela in ipsum iaciebant. multisque vulneratis, tandem seniores demis galeis, quo facilius nosci possent, precari quicum t' eradicare erant, cōspere, ut absisterent bello, regique & pluribus cederent. Primus Perdicca arma deposituit, ceterique idem fecere. Meleager deinde suadente à corpore Alexandri discederent, insidys locum queri rati, diuersa regia parte ad Euphratem fugam intendunt. Equitatus, qui ex nobilissimis iuuenum constabat, Perdiccam & Leonatum frequens sequebatur placebantque excedere urbe, & tendere incampis. Sed Perdicca ne pedites quidem secuturos ipsum desperabat. Itaque ne abducendo equites, abrupisse à cetero exercitu viseretur, in urbe subsistit. At Meleager regem monere non destituit: ius imperij Perdicca morte sanciendum esse: ni occupetur impotens animus. res nouaturum: meminisse eum quid de rege meruisse. Neminem autem ei satis fidum esse, quem metuat. Rex pariebatur magis quam assentiebatur. Itaque Meleager silentium pro imperio habuit: misitque regis nomine, qui Perdiccam accerserent. iisdem mandatum, ut occiderent, si venire dubitaret. Perdicca nunciato satellitum aduentu, sexdecim omnino pueris regiae cohortis comitatus in lumine domus sua constituit, castigatosque, & Meleagri mancipia identidem appellans, sic animi vultusque constantia terruit, ut vix mentis compotes fugerint. Perdicca pueros equos iussit concendere, & cum paucis amicorum ad Leonatum peruenit, iam firmiore præsidio vim propulsaturus, si quis inferret. Postero die indigna res Macedonibus videbatur. Perdiccam ad mortis periculum adductum, & Meleagri temeritatem armis ultum ire decreuerant. Atque illi seditione professa, cum regem adissent, interrogare eum cōsperebunt, an Perdiccam comprehendendi ipse iussisset. Ille Meleagri instinctu se iussisse respondit. ceterū non debere tumultuari eos, Perdiccam enim vivere. Igitur concione dimissa, Meleager, equitum maximè defectione perterritus, inopsque consilij, quippe in ipsum periculum reciderat, quod inimico paullo ante intenderat, triduum ferè consumst, inserta consilia voluendo. & pristina quidem regiae species manebat: nam & legatigenium regem

regem adibant, & copiarum duces aderant, & vestibulum satellites armatiq; complenerant. Sed ingens sua sponte mestitia ultima desperationis index erat, suspectiq; iniucem non adire proprius, non colloqui audebant; secretas cogitationes intra se quisque voluerentes: & ex comparatione regis noui desiderium excitabatur amissi: ubi ille esset, cuius imperium, cuius auspicium secuti erant? destitutos se inter infestas indomitatas gentes, expetituras tot cladem suarum pœnas, quandocunque oblata esset occasio. His cogitationibus animos excedebant, cum annunciatum, equites qui sub Perdicca essent, occupatis circa Babylonem campus, frumentum quod in urbem inuehebatur, retinuisse. Itaque inopia prium, deinde fames esse caput. Et qui in urbe erant, aut reconciliandam cum Perdicca gratiam, aut armis certandum esse censebant. Forte acciderat, ut qui in agris erant, populationem villarum vicorumq; veriti confugerent in urbem, oppidani, cum ipsis alimenta deficerent, urbe excederent, & utrig; generitior aliena sedes, quam sua videretur. Quorum consternationem Macedones veriti, in regiam coeunt, qua&q; ipsorum sententia esset, exponunt. Placebat autem legatos ad equites mitti definienda discordia armisq; ponendis. Igitur à rege legatur Pasas Thessalus & Amissas Megalopolitanus & Perlaus, qui cum mandata regis edicassent, non aliter posituros arma equites, quam si rex discordie auctores dedisset, tulere responsum. His renunciatis sua sponte arma milites capiunt; quorum tumultu è regia Philippus excitus. Nihil, inquit, seditione est opus: nam inter se certantium præmia, qui queuerint occupabunt. Simul memento rem esse cum ciuib; quibus spem gratiae ciuo abrumpere, ad bellum ciuale properantium est. Altera legatione amittari possint, experiamur, & credo nondum regis corpore sepulto ad praestanda ei iusta omnes esse coituros. Quod ad me attinet, reddere hoc imperium malo, quam exercere ciuum sanguine. Et si nulla alia concordia spes est, oro quaoq; eligite potiorem. Obortus deinde lachrymis diadema detrahit capiti, dextram quia tenebat, protendens, ut si quis se dignorem profiteretur, acciperet. Ingentem spem in dolis ante eum diem fratris claritate suppressam, ea moderata excitauit oratio. Itaq; cuncti instare cœperunt, ut qua agitasset, exequi vellet. eosdem rursus legat petituros, ut Meleagrum tertium ducem acciperent. haud agre id impetratum est, nam & abducere Meleagrum Perdicca à rege cupiebat. & unum duobus imparem futurum esse censebat. Igitur Meleagro cum phalange obuiam egresso, Perdicca equitum turmas antecedens occurrit, utrumque agmen mutua salutazione facta coit, in perpetuum, ut arbitrantur, concordia & pace firmata. Sedi am fatis admovebantur Macedonum genti bella ciuilia: nam & insociabile est regnum, & à pluribus expetebatur. Primum ergo collegere vires, deinde disperserunt, & cum pluribus corpus quam capiebat onerasset, cetera membra deficere cœperunt. Quodque imperium sub uno stare potuisset, dum à pluribus sustinetur, ruit. Proinde iure meritoq; pop. Rom. salutem se principi suo debere profitetur, cui noctis, quam pœne supremam habuimus, nouuri fidus illuxit. huius Hercule, non solis ortus, lucem caligant ire redditum mundo, cùm sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faces? quot condidit gladios? quantum tempestatem subita serenitate discusit? non ergo reuirescit solum, sed etiam floret imperium. Absit modo inuidia, excipiet huius saeculare tempora eiuscè domus utinam perpetua, certè diuturna posteritas Ceterum, ut ad ordinem à quo me contemplatio publica & felicitatis auerterat redeā, Perdicca unicam spem salutis sua in Meleagri morte deponebat; vanum eundem & infidum, celeriterq; res nouaturum, & ibi maximè infestum, occupandum esse. Sed alta disimulatione consilium premebat, ut oppimeret incutum. ergo clam quosdam ex copiis quibus præerat, subornauit, ut quasi ignoraret ipse, conquererentur palam, Meleagrum aquatum esse Perdicca: quorum sermone Meleager ad se relato, furens ira, Perdicca que cōperisset, exponit. Ille velut nouare exterritus, admirari, queri, dolentisq; speciem ostentare ei. Ad ultimū conuenit, ut cōprehenderentur tā seditione vocis auctores. agit Meleager gratias, amplexusq; Perdicca, fidē eius in se ac benevolentia collaudat. Tum communi cōsilio rationē opprimendi noxios ineunt. Placebat exercitū patrio more lustrari: & probabilis causa videbatur præterita discordia. Macedonū reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissa canis viscera ultimo in capo, in quē de duceretur exercitus, ab utrag; abīceretur parte. Intra id spaciū armati oēs starēt, hinc equites, illint phalanx. Itaq; eo die, quē huic sacro destinauerat, rex cū equitibus elephantiq; constituerat cōtra pedites, quis Meleager præerat. Tā equestre agmen mouebatur, & pedites subita formidine ob recentē discordiā, haud sanè pacati quidquā expectāter parūper addubitaure, an in urbe

subducerent copias, quippe pro equitibus planities erat. Ceterum veriti ne temere com-
militonum fidem damnarent, substitere, preparatis ad dimicandum animis, si quis vim
inferret. Iam agmina coibant, paruumq; inter uallum erat, quod aciem utramque diuide-
ret. Itaque rex cum una ala obequitare peditibus cœpit, discordia autores, quos tueri ipse
debebat, instinctu Perdicca ad supplicia depositus, minabatur q; omnes turmas cum Ele-
phantis inducturum se in resusantes. Stupebant improviso malo pedites, nec plus in ipso
Meleagro erat, aut consilij, aut animi. Utissimum ex praesentibus videbatur, expectare
potius, quā mouere fortunam. Tum Perdicca ut torpentes & obnoxios vidit, CCC. fere
qui Meleagrum erumpentem ex concione, quæ prima habita est post mortem Alexan-
dri, secuti erant, à ceteris discretos, elephantis in conspectu totius exercitus obiecti, om-
nesq; beluarum peditibus obrutis sunt, nec prohibente Philippo, nec auctore, apparebat q; id
modò pro suo vendicaturum, quod approbasset euentus. Hoc bellorum ciuilium Macedo-
nibus & omen, & principium fuit. Meleager serò intellecta fraude Perdiccae, tum qui-
dem quia ipsius corpori vis non afferebatur, in agmine quietus stetit: at mox damnata spe
salutis, cùm eius nomine, quem ipse fecerat regem, in perniciem suam abutentes videret
inimicos, confugit in templum: ac ne loci quidem religione defensus, occiditur.

METU SVPLICII CVM SVIS SECESSERAT.) Meleager viderat principes nascituro
regi iurasse: Perdiccam & Leonnatum hostes suos, tutores designatos, proinde actum de se vidit,
nisi vim vi repelleret, & periculum anteuerteret, quod tamen illi male cessit.

CVM SVIS) cum peditibus & phalange.

DE NOVO REGE.) Aridæo, cuius florem corporis, virium robur, iuuentutem, Meleager
Macedonibus commendat. erat enim iunior Alexandro, qui alterum & trigessimum paucis men-
sibus superauit, aut certè tertium vix attigit, vt suprà docui. Aridæus autem post Alexandrum
ex Larissæ saltatricula natus est.

FILIVM, AC FRATREM, DVORVM REGVM) filium Philippi, fratrem Alexandri; duo
rum regum, fratrem non refer ad duos reges, sed filium, ac fratrem, Philippi & Alexandri regū.

SIBI METIPSIS POTISSIMVM CREDERENT.) optimates & equitatus pro Roxane filio
& tutore Perdicca stabant. Meleager & peditatus pro Aridæo, quem Meleager cum phalange
rursus ad regiam adduxit, & optimatibus coram stetit, vt experimentum, tum corporis, tum ani-
mi & virtutum eius, prælentes caperent, non dubitare se, quin si virum probè cognoscent, ipsum
admissuri sint, quod & factum est, sed ita, vt quasi precario regnaret, vt qui primùm ad nutum
Meleagri, mox ad ipsius Perdiccae potentiam & arbitrium omnia administraret.

NVLVM PROFUNDVM MARE.) elegans comparatio meris & populi, qui ingenium ma-
ris imitatur. Quo mare altius & profundius, hoc maioribus fluctibus agitatur; vt non immerito
dixerit Nato:

Ouid. de
Trist. cl. 2.
Idem ferè
3. El.

Me miserum quanti montes voluuntur aquarum,
Iamiam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subidunt aquore valles
Iamiam tacturas tartara migraputes.

Cic. 5. de
finib. n. 4.
Pro Mu-
rena.

Talis quoque motus est furentis populi, cui vt aduerseret Demosthenes, ad fluctum decla-
mare solitus est, vt fremitum voce vinceret. Non immerito Cicero concionum fluctus appellat.
Et quidem ceteras, inquit, tempestates & procellas in illis duntaxat concionum fluctibus semper putau-
Miloni esse subeundas.

I. En.

Virgilius inuertit similitudinem, & maris tempestates cum populi seditionibus componit:
Atque velut magno in populo cùm sapè coorta est
Seditio, sicut q; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & saxa volant: furor arma ministrat.

& quæ sequuntur.

VASTVM FRETVM ET PROCELLOSUM.) Freta propriè sunt angustiae maris, vbi vastum
Plin. lib. 2. pelagus in arctum coit. In fauibus autem huiusmodi maximè æstus & euripi existunt, vt in Tau-
rominitana & Eubœa, vbi septies die ac nocte reciprocatur mare. Sed quare vatum fretum? cùm
fretum fauces & angustias sonet, vbi æstus maximè teruet, qui in alto vix notatur. Synecdochis
ergo accipe, partem pro toto procellosum autem est maximè fretum.

Apoph. p.
442. Quale ergo fretum, talis populus. Demosthenes cùm proscriptus iret in exilium, inter fugiendum
fertur, subinde respiciens ad aream Palladis, sublati manibus dixisse, o Pallas urbium domina, cur tri-
+ infestissimi bestijs delectaris, noctua, dracones & populo? Noctua, cùm sit auum inauspicatissima,
mis. tamen Palladi sacra est, quemadmodum & draconem habet pro gestamine: populus autem bellua est,
mul-

multorum capitum, pessimam gratiam referre solita optimè de se meritit, velut Socrati, Phocioni, Scipioni, & alij compluribus.

NOVA ET BREVI LIBERTATE) rege adhuc certo carèbat miles, quamuis enim Aridæus esset proclamatus Alexandri successor, principes tamen illum non admiserant, sed Roxanes partum decreuerant expectandum, & Perdiccam cum Leonnato tutorem constituerant. Explicat mox Curtius quam adduxerat similitudinem maris & populi in electione adhuc fluctuantis, & modò in Perdiccam, modò in Aridæum inclinantis, & iam hunc, iam illum volentis, iam sua ipsius suffragia & vota damnantis, siue consilij & mox penitentiæ ipsius ipsum penitentis.

PERDICCAE MODÒ ELECTI) atqui nunquam erat electus. Sed Aridæus duntaxat & Roxanes filius, si nasceretur. imò verò & Perdiccas iussus erat insignia regni capere, si ad superius caput & Aristoni consilium respicias, quo persuasi vniuersi, inquit, procedere in medium Perdiccam & regi anulum tollere iubebant. Non fustulit tamen tunc anulum Perdiccas, inter cupiditatem & pudorem haren. Hic ego Curtium hoc dicere existimo, Perdiccam modò ab optimatibus tutorem & administratorem regni electum fuisse, ut ipse quidem regoaret, sine nomine regio, sed specie duntaxat tutelæ.

IN STIRPEM REGIAM INCLINAVERE) in Aridæum, qui maiestate & auctoritate principum perculsus ex concione militarise subduxerat, quamuis enim generis esset omnibus nobilior, reliquis tamen omnibus impirem se illis agnoscebat.

ITAQUE REVOCATUS) Meleagro concionem instigante vt reuocaretur.

VESTEM FRATRIS INDIVITVR) hoc erat cum veste regnum capessere.

MELEAGER THORACE SVMPTO) more custodum corporis armatur, secumque phalangem peditum trahit. Quæres Perdiccam & equites terruit, vt se cum sexcentis conclavi Alexandri includeret.

HASTIS CLYPEOS QVATIENS) vt terrorem aduersarijs incuteret, vt illi Liuiani, quos paullo ante posui.

QVI AFFECTAVERANT N.A.C.P. REGNVM) hæc omnia potissimum in Perdiccam dicta & Leonnatum, designatos tutores.

IN QVO ALEXANDRI CORPVS IACEBAT) incipiunt ludi funebres ad ipsum funus Alexandri, qui non ante finit quam tota domus Alexandri, omnes principes & Antipatri quoque & Cælestini posteritas deleretur.

PVERORVM REGIA COHORS) custodes corporis, socij omnium periculorum, venationum, excubitores nocturni, de quibus multa supra.

QVI ALEXANDRI CORPVS TVERI VELLENT) sperabat Perdicca fore, vt veneratio, & amore, & memoria prætentis Alexandri plerique ad ipsum à Meleagro deficerent. Sed cùm iaculis peteretur, & à senioribus monitus est, vt pluribus cederet, cessit, arma posuit, quem alij principes sunt secuti.

SENIORES DEMTIS GALEIS) nullus reliquorum scriptorum, qui extant, tam disertè & enucleatè hæc, vt noster Curtius enarrat. Seniores ex agmine & phalange Meleagri nudatis capitibus rogarunt Perdiccam, & qui cum illo erant, vt & regi Aridæo, & toti exercitui cederent.

MELEACRO DEINDE SVAD. VT A CORP. ALEX. DISCEDERENT) quid est, quod Perdiccas, & qui cum ipso erant infidias metuerent, cùm iuberentur à corpore Alexandri recedere? quia sola defuncti regis prætentia & reverentia videbatur impedire Meleagrum, quo minus eodem loco Perdiccam cum suis opprimere. Ut ergo circumueniri, & è medio tolli possent, videbantur ex eo loco amouendi.

DIVERSA REGIAE PARTE AD EUPHRATEM FVGAM INTENDVNT) Euphrates me- Sic. l.2. p. 96. diam Babylonem interfecbat. Regiae duæ ex vtraque pontis regione spectabantur, & flumini imminebant. Et ergo è regiæ auersa parte, quam miles Meleagri non oblidicbat ad Euphratem, & inde in campum extra vibem contenderunt.

EQUITATVS) Perdiccam & Leonnatum totus equitatus sequebatur, quæ res vehementer terruit Meleagrum, quod nobilissimus quisque inter equites verlaretur.

PLACEBAT QYE EXCEDERE VRBE) excessere, sed nondum, Perdicca enim cum Leonnato in urbe substinxit, quod speraret etiam pedites ipsum secuturos, quos ab equitatu solebat sequi, cùm validissima pars exercitus esset phalanx.

MEMINISSE EVM DEBERE QVID DE REGE MERVISSET) quemadmodum Perdicca designatus tutor filij Roxanes nondum nati, omnia pro imperio, atque si ipse rex esset, agebat, & reuera absque nomine tantum, regnabat; ita Meleager & ipse Aridæi nomine imperitabat. Ergo cum Perdiccam, quo superstite regnum diuturnum desperabat, vellet opprimere, fugiensit hoc Aridæo, si saluus esse vellet, tolleret Perdiccam, qui nunquam ei suffragatus esset, sed imperium ipse potius affectaret; iam verò metuat potius quam partes eius sequatur. Proinde si ipse regnare fecurus cuperet, æmulum regni amoueret; nunquam illi fidum fore quem me- tuat.

Nemo esse sat fidus potest ei quem timet, inquit Comicus.

REXPATIEBATVR MAGIS QVAM ASSENTIEBATVR) videbat enim fore, ut ex cæde tanti principis, odium in se ingens omnijum, non solum procerum, sed militum etiam existeret, quod sibi etiam periculum crearet. itaque nec inhibuit Meleagrum, nec immisit, sed permisit quod exequi statuerat. infra tamen instinctu Meleagri iussisse testatus est.

SILENTIVM PRO IMPERIO HABVI T) ita scelus facit qui non prohibet Icelus, sed res Meleagro non succedit, quamuis miserit qui arcesserent, aut renuentem occiderent. neutrum impetravit. Perdicca enim quamuis solus, & puerstantum regis in ipso ædium aditu stipatus, tanta vi dicendi, & vultus leueritate & constantia, maiestateque oris conterruit Meleagri satellites, vti velut attoniti & fulminati inde profugerint.

De hac operatione MANCIPIA MELEAGRI adeo non est blanditus illis, vt etiam conuitijs infectaretur, efferaslet si rogasset.

Perdicca Iustinum recognoscere initio lib. 13. Non dissimile exemplum est infra apud Siculum de Olympiade, ad quam interficiendam cum Caſlander ducentos satellites missiſet, omnes eius conspectu & maiestate territi refugerunt.

Iam Romana quoque historia de Mario apud Minturnos latente leges, ad quem interficiendum satelles Cimber seu Germanus mislus, solo alpectu ita conterritus est, vt ab intacto mox tamquam à numine aliquo profugerit. Velleium Paterculum audi: Marius post sextum consulatum, an-

lib. 2. p. 67. noq; LXX. nudus, ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus extractus arundineto, circa paludem Marica, in quam se, fugiens consecit antes Sullæ equites, abdiderat, injecto in collum loro, in carcerem Minturnensem, iuſſu II. viri perductus est, ad quem interficiendum missus cum gladio seruus publicus, natione Germanus, qui forte ab imperatore eo bello Cimbro captus erat, vt agnouit Marium, magno euilatu expromenti indignationem casus tanti viri, abiecto gladio profugit è carcere. Tum ciues, ab hoste, misereri paulò ante principis viri, docti, instructum eum viatico, collatag, veste, in nauem impoſuerunt, at ille affecutus circa Aenariam filium, cursum in Africam direxit, in opemq; vitam in tugurio ruinarum Carthaginem toleravit, cum Marius adspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri possent esse solatio. Nec minus dolenter de eodem Mario Val. Max. I. 2. c. 10. p. 159. quē adibis.

Sc̄. 694. Sc̄ripere de eodem Mario Plutarchus in eius vita, & Appianus de bellis ciuilibus. Leguntur & alia hoc genus exempla paſsim in historijs, nobis ad hunc locum ista satis.

AD LEONNATVM PERVENIT) non expectauit Perdicca donec Meleager ipse cum pluribus adeslet, cui succumberet, sed ad equitatum, cui Leonnatus præterat, cum suis amicis & regis pueris properauit. Dubites vehementer an Leonnatus cum equitatu iam ex vrbe in campos Babylonios euaserit, an adhuc in vrbe relederit? Quæ enim sequuntur in Curtio, videntur potius ad Macedonum equites, quæ pedites pertinere, qui infesti erant Perdicce; & Aridæo quem regem crearant addicti, vt supræ Curtius ostendit cum sc̄ribit: Sequitur Meleagrum phalanx hasti clypeos quatians, expleturam se sanguine illorum qui affectauerant nihil ad ipsos pertinens regnum. Hic tamen Curtius nihil distinguit inter equites & pedites, cum dicit: Postero die indigna res Macedonibus videbatur, Perdiccam ad mortuū periculum adductum, & Meleagri temeritatem armis vltum ire decreuerant.

Quæras ergo vtrum omnibus an equitibus tantum? & an tota exercitus concio Aridæum ex postulandi causa adierit, an equites tantum? ego omnibus, & quæ præcedunt, & quæ sequuntur ad calcum vocatis, existimo tantum equites tumultuosos esse, qui nondum ex vrbe excederant, nec adhuc defecerant à peditatu: Sed postquam Meleager aperte Perdicce vitam petiit & languinem, secutam esse omnium equitum defectionem, vrbeque post Aridæi respondunt, excelsite. Hoc enim est quod subiicit seditione professus (ita cum Acidalio rescripti, quem ad hunc locum videbis) regem illos adjisse vt quererent, cuius imperio iussus esset Perdicca comprehendendi, cum quæ Aridæus respondisset, suo quidem imperio, sed Meleagri impulsu iussum comprehendendi, non tumultuandum tamen illis esse Perdicce causa, quod non esset occisus. Ex quo constat equites reliquos nondum habuisse cognitum Perdicce statum post mislos ad eum comprehendendum satellites, & quo loco eius tunc res essent, cum ad Leonnatum cum suis profugit. Inde tamen Meleagrum in ultimum equitum odium incidisse, cuius consilio & instinctu factum esset, vt pene comprehenderetur & occideretur, nisi ipse sua animi vultusque constantia immisos percussores perculisset, & propè exanimasset.

MELEAGER EQVITVM DEFECTI ONE PER TERRITVS) sensu Meleager medios delapsus in hostes, quod Alcraus cecinit:

Oι αὐτῷ κακὰ τεύχα ἀνήρ ἀλλοι κακὰ τεύχων
ιδὲ κακὴ έγλη τῷ έγλεύσαντι κακίη.

Ipse sibi nocet u, alium qui laderet quarit
Consultum malè consultori peſima res est.

Hic ergo aperte descinderunt oēs equites, & se extra vrbe in campum contulerunt, quo omnes cum Perdicce, Leonnato, & equitatu confluxerunt. vnde de suo periculo, quod ipse sibi accersierat Meleager facile potuit existimare. Iam ergo aperta secessio inter equitem & peditem facta.

Nec

Nec Meleager tantum, sed totus peditatus & principes phalangis cum ipsa phalange magna-
pre perturbati erant, defunctique regis memoriam refricabant, suaque pericula à circumfusis
barbaris aestimabant, si ferret occasio rebellandi. Quin & ipsi inter se parum concordes, alter al-
teri diffidebat, dubius vtrum cum hoste suas cogitationes an amico communicaret. Hęc omnia,
vt è suprà collocatis constat verbis, paullo aliter Iustinus: quem videbis.

PRISTINA REGIAE SPECIES MANEBAT) qualis Alexandro viuo erat, cùm & custodes
corporis ad vestibulum adessent, & legati audirentur, & qui in consilio erant ex copiarum du-
& toribus, prætoribus, & satrapis frequentes aderant, sed alia facies hominum erat, Aridæo reg-
nante, alia fuerat Alexandro imperante. Ibi omnia plena maiestatis, dignitatis, gratulationum:
hic tristis miceror altum silentium, vbique luctus & præsentis status desperatio rerum omnium
animos abijciebant, quando inter fortunam præteritam & pericula præsentia comparatio fie-
bat.

CVM ANNUNCIATVR EQVITES QVI SVB PERDICCA ESSENT O.C.B.C. FRVMNT.
Q IN VR. INVEHEBAT VR. RETINVISSE) fecit hoc callidissimus Perdiccas, vt Meleagri &
phalangis ferociam retunderet, & ostenderet, qualem sibi regem delegissent, qui nec sibi, nec
ipsis posset consulere. cùm vicani in urbem confugerent, opidani urbe excederent, & rerum o-
mnium inopia & fames timeretur. Itaque eo sunt redacti angustiarum Macedones qui in urbe
cum Meleagro remanserant, vt vel pacem cum equitatu & Perdicca reconciliandam, vel armis
& vi agendum censerent. Itaque chiliarchi & centuriones phalangis, cum Meleagro regem ad-
eunt, & de summa rerum in medium consulunt. Vixum legatos ad Perdiccam & equites mittere,
qui de armis ponendis & reconciliandis equitum peditumque animis tractarent. Nam Aridæus
ab armis & vi abhorrebat. Missi ex ducibus Pasas, Thessalus, Amassas Megalopolitanus & Peri-
laus, quorum apud alios quod sciam, nulla est mentio. Meleager non est ausus compa-
rere.

Responsum fuit arma posituros, si autores seditionis dederentur. quo haud ambiguè Meleag-
er ad necem destinabatur, vt qui princeps esset secessionis. cùm interim quisque capiti suo cau-
tum vellet, cùm nemo exploratum haberet, quos duces seditionis præter Meleagrum nominatu-
ri essent. itaque omnes simul ad arma versi decertandum cum equitatu iudicabant, quorum ta-
men ferociam Aridæus placidissima oratione composuit.

*Tum pietate grauem, ac meritu si forte virum quem
Confexere silent, arrectisq; auribus astant,
Ille regit dictu animos & pectora mulcit.*

Nihil ait opus esse armis aliam viam supereiele pacis firmandæ, proinde se in hostium numero
habiturum, qui arma spectarent, premiaque & prædas illis concessurum qui arma ponent;
meminiſſent rem esse cum ciuibus, non hostibus, quibus si spes venia & gratia præcideretur, ne-
cessario ad vim velut ultimum asylum, hoc est, ad arma ciuilia esset properandum: se hoc consi-
lij dare, vt altera legatio mittatur, qua animi illorum mitigentur. Occasionem etiam dabunt ex-
equiæ simul promulgandæ Alexandri nondum sepulti, ad quas nemo dubitet omnes ulro con-
cursuros, quo tempore simul de reconciliandis animis optimum locum datum iri. Interim, in-
quit, si per me stet, quo minus pax inter vos conueniat, paratus sum regno decedere, nolo impe-
rium per ciuilem sanguinem auspicari, & cum dicto lachrymisque, detractum è capite insigne
regium, manu protensa offert, illi quisquis se digniorem existimaret.

Quam Aridæi modestiam & regiam indolem antea Alexandri maiestate suppressam, reg-
noque dignam valde prædicat Curtius, qua spem omnibus injectam ait, vt imperium retinere,
& ea quæ destinarat exequi pergeret. Similem omnino modestiam exhibuit inter æmulos suos
magnum illud Ecclesiæ lumen Gregorius Nazianzenus vt in Eccl. hist. obseruare potuisti.

INDOLIS SVPPRESSÆ) ita verè cum Acidalio legimus; non vt ante erat, *suppressam*.
EOS D. RVRS VS LEGAT) itaque resumtiis insignibus, quasi nouus rex, & certus ac confirma-
tus, mittit eosdem rursus ad Perdiccam & equites, nihil aliud petituros, quam vt Meleagrum ter-
tium ducem admitterent. Duo erant Perdiccas & Leonnatus: tertium pedites Meleagrum duo-
bus voluerunt esse parem: ita vt Perdiccas Leonnatus, & Meleager pari iure post Aridæum essent,
parique potestate, & in regia, & exercitu veterentur. Datum est hoc regi, & phalangi, vt videtur.
admissus Meleager in triuuiatum. quod Perdiccas & Leonnatus eo copili, fecerunt, vt ab-
ductum à rege interficerent, quod mox, vt Curtius narrat, factum, ad quem alioquin nullum
aditum habuissent. hæ sunt strophæ & technæ perniciabilis ambitionis. Ergo infelix Meleager
cum sua phalange extra urbem procedit; venienti velut amicus occurrit ante omnes ipse Per-
diccas, fit & principum & peditum equitumque consultatio, & pax in speciem facta velut æter-
no sedere coauislet, & adamantinis vinculis constricta & obfirmata esset. sed omnia ficta & al-
ta dissimulatione ab altera parte in occasionem vindictæ reposta.

SED IAM FATIS ADM. MACED. G. BELLA CIVILIA) hoc nempe Danielis oracula quoque cap. 21
docuerunt de prouidentia diuina, nam fata neficit vera religio: Ipse, inquit, murat tempora

Gatates transfert regna & constituit. Ita Assyriorum imperium Medi, Medeorum Persae, Persarum Macedones & Graci, Gracorum Romani occuparunt. Ita supremus cœli dictator pro cuiusque gentis meritis has extollit, alias deprimit, alias omnino extinguit.

IN SOCIABILE EST REGNUM) ita Alexander Dario pacem petenti respondit apud Iustitium: Cæterum neque mundum posse duobus solibus regi, neque orbem summa duo regna salib. ii. officio statu terrarum habere. Ita Ennius quoque apud Ciceronem:

Nulla sancta societas nec fides regni est.

Homerus:

z. Iliad.

Oὐκ ἀγαθὸν πολυκοινωνίης κοίρανος ήσω

εἰς βασιλεύς ---

Res mala multorum imperium, dux vnicus esto,

Rex unus ---

Hanc caussam esse voluit (vt ex Aristotele annotauit Delrius) Musæus, cur aquila tres pullosexcludens duos nido deturbet, vnum educet.

v. 252.

Seneca in Agamemn. *Nec regna facium ferre, nec tada possunt. nec enim capit regnum duos.*

Lucanus:

Nulla fides regni socij, omnisq; potestas

Impatiens confortis erit ---

--- & summo dulcissimum

Stare loco, socij, comes discordia regnis.

In Theb.

Statius:

cap. 12.

Idem suprema docet apud Matthæum veritas: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Elegans Simanca in tertiam Cyprianus, vñquam regni societas aut cum fide coepit, aut sine cruce coepit? Hinc illa Ciceronis in Cæsarem inuestio, quam primo de officijs leges.

cap. 3.

PRIMVM ERGO COLLEGERE VIRES, POSTEA DISPERSERE) primum collegere vires per Alexandrum, qui totum Orientem Gracis & Macedonibns subiecit, quas ipsius postea duces per discordias & seditiones dispersere.

ET CVM PLVRIBVS CORPV\$ QUAM CAP. ONERASSENT) cum maius regnum Alexander duce effecissent, quām commode regi posset, post illius mortem cum illi par nemo vñus inueniretur, qui tantam imperij tam latè fusi molem solus sustinere posset, membra cum corpore defecerunt.

QUODQUE IMP. SVB VNOSTARE POTVISSET DVM A PLVR. SVST. RVIT) si quis Alexander par inuentus esset, sub uno stare potuisse, aut si cuicunque alteri seu Perdicca, seu Lilymacho, Ptolemæo aut Eumeni, seu etiam Aridæo cum pari obsequio, reverentia & parential alacritate voluisse committere, iteisset sub uno, sed principes demum illi tamen regnabant. Et prouincias inter se diuidebant, & postremo diademata quoque cum regio nomine sumerunt, adeo que ex uno regno plurima sunt nata.

p. 34.

Ad quem

versum

multa etiā

Eustath.

Verè Scholiastes verus ad illum supra laudatum Homeri versum, οὐκ ἀγαθόν--- annotauit: οὐτώ γεν ὅτι ή Περσῶν ἀρχὴ διά τῆς μοναρχίας μεγάλητι, ότι οἱ Αθηναῖοι δὲ ὁ τάλαιονας παρέχουν τῷ στρατεύματι Τηγευμόνας, φέρεται γότις ποταμοῖς τούς ἐννέα, ηδῶντο. ὅπότε δὲ δένεος ἐποιήντο τοὺς ἄγαντας ἐνίκαν. Ωσπερ ἐν τῇ Κύδεῳ οἱ Κόνωνικαῖν τὸ τῶν Πελοποννησίων στρατόπεδον. ὅπῃ γε καὶ τὰ σώματα ἡμῶν εἰς ἥσαν ἔξι ἐνὸς σοιχείων δὲ ποτε αὐτοῦ γένεται, οὐτε γαρ ἐν ὑψῳ οὐδὲ ἀργοτείνειν ἐν ὅντα, ὃς φήσιν ὁ θεός ιπποκράτης. Καὶ ἐντέλεφ δὲ πάλιν εἰς ἀντοργήν, Πάντο πολὺ τῇ φύσει πολέμιον τὰ γὰρ πολλὰ ἀλλοιος ἀντισάμχνα, Ωσπερ πόλεμον ἐπιφέρει, οὐδὲ φθορά. Ita, inquit, regnum Persarum per monarchiam ingens effectum est. & Athenienses quando plures simul belliduces crearunt, vt ad Aegis fluvios, nouem miserunt, victi sunt. Quando vero omnibus copijs vnum prefecerunt, vicerunt. vt Conon Peloponnesiorum exercitum deleuit. Quin & corpora nostra, si ex uno elemento constarent, nunquam agrotarent, neque enim esset, vnde dolerent, si omnia vnum essent, vt diuinus Hippocrates testatur, qui & alio in loco: Omne, inquit, quod ex multis conflatum est, inimicum est natura. multa enim sibi aduersantur, & tanquam bellum, ex quo perniciose, parvunt. Romana etiam res publ. primum per reges inchoata crevit, nec vñquam maior, nec felicior fuit, quām imperante Augusto, qui Ianum etiam clausit, qua tempestate Christus auctor pacis natus est. Plura super his doctissimus noster Adamus Conzen l. i. Pol. c. 14. & disertissimus Pontanus progymn. 13. Par. 2. vol. 3.

DVM A PLVRIBVS SVSTINETVR, RVIT) firmius haud dubie stetisset, si plures fuissent concordes, sicut concordia res paruæ crescunt, discordia maximè dilabuntur. A pluribus etiam imparibus, alijs prudentibus, probis, fortibus, iustis, alijs improbis, stolidis, imbellibus. vt si idem onus graue plures tñbeant impares corpore, necesse est, vt omnes sub onere deficiant.

PRO INDE IVRE MERITO QUE POP. ROM.) Ex hoc loco scriptores ætatem & tempora, quibus Curtium vixisse arbitrantur, coniectant. & est triplex auctorum sententia. Alij ad tempora Augusti referunt, qui Julio Cæsari succedit, adducuntque Virgilij verlus ex i. Georg. Ille etiam extincto & quæ sequuntur. Alij ad Claudij Cæsar's creationem. Alij denique ad

ad Vespasiani, de quibus copiosè in primo cap. prolusion. disputatum est. Nos ad Tiberium, etatem Curtij retulimus.

PERDICCA VNICAM SPEM SALVTIS SVAE IN MELEAGRI MORTE DEPONEBAT) Quod Meleager antè Perdiccam ad necem vique persecutus esset, hoc Perdicca alta mente reponuerat, omnesque vias talionem reddendi quarebat. Saluo enim Meleagro se saluum esse posse non credebat, quod & fides ipsius dubia esset, & ingenium inconstans, leditiosum, inquietum, rerumque nouandarum cupidum. Ergo reconciliatis inter se, ut videbatur, equitibus & peditibus, & Meleagro Aridaei regis rogatu Perdicce & Leonnato auctoritate & potentia & magistratu aequato, Perdicca huiusmodi viam & modum Meleagri perdendi inuenit.

CLAM QVOS DAM EX COPIIS QVIBVS PRAEERAT) ex copijs equestribus, quibus Perdicca praeerat, quosdam ipse subornauit, qui palam quererentur, de Meleagro, Perdicce honore, gratia & potentia aequato, illum paullò antè prope fuisse è grege, Perdiccam è stirpe regia oriundum semper proximum apud Alexandrum locum tenuisse. Subornati ergo cum huiusmodi querelas palam inter suos parvissim, res ad aures Meleagri mox est perlata: Vnde ingens mox incendium natum. Meleager propè in rabiem actus, apud ipsum Perdiccam hostem querelas contra ipsius milites deposituit. Ille singulari vafricie perinde quasi rem indignissimam tunc primùm audiret, speciem non minus admirantis, dolentis, & indignantis quam Meleager ipse præse ferre, dicereque huiusmodi pestes exercitus & ignitabula, qui seditiones & discordias inter principes & milites excitarent, comprehendendos. Placuit simplici Meleagro consilium Perdicce, complexusque velut amantisimum salutis & vindicem honoris sui, etiam gratias agit, ignarus miser omnes has compedes in se fabricatas.

PLACET EXERCITVM PATRIO MORE LVSTRARI) etiam modum capiendi seditios Perdiccas minimè suspectum docet; quod iam diu non esset lustratus exercitus, quod paullò antè discordia multa perturbasset, miscuit, confusisset. omnia vera infelici Meleagro videbantur. laudat consilium. dies ei rei facer destinatur.

DISCISSAE CANIS VISCERA) explicat Curtius morem antiquum regum Macedonum, in lustrando exercitu iam olim obseruatum.

Fiebat hoc mense Xanthico, qui apud nos est Aprilis, ut Suidas & alij docent. dies autem festus lustrationi designatus Xanthica dictus est, ut Hesychius testatur. Illustrat hunc Curtius locum Io. Meursius vir græcè latineque egregiè doctus in Græcia Feriata voce Xanthica his verbis:

ΖΑΝΘΙΚΑ, inquit, Macedones celebrabant, eratque militum lustratio. Hesychius. Ζανθικά, ἔστι lib. 5. p. 214
Μακεδόνων Ζανθική μηνός, η Ζανθική ἀγομένη. Εἰ δὲ οὐ βάστον τῷ σπαρευμάτῳ. Sed corruptus ille locus. & seq.
Nam cur Xanthici mensis nomen bis commemoratur? deinde, quoniam mensis die actum festum? reiçio illud
posterior Ζανθική, à librario oscitante geminatum & restituo. Ζανθική μηνός, ἄγομένη, nēpe ad diem VIII.
Xanthici celebrari id festum solitum Hesychius scripsera. De lustratione militum, quod subiungit, tunc
peracta; eam ita describit Liuius ab lib. XL. v. c. Forte lustrandi exercitus venit tempus, cuius solenne
est tale: Caput media canis præcisæ & prior pars ad dextram cum extis, posterior ad lauam via ponitur.
inter hanc diuisam hostiam copia armatæ traducuntur. præferuntur primo agmini arma insignia omnium
ab ultima origine Macedonia regum; deinde rex ipse cum liberis sequitur: proxima est regia cohors
custodesq; corporis: postremum agmen Macedonum catena multitudo claudit. Mos erat lustrationis sacro
peracto, exercitum decurrere; & diuisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugna. Et mox in
Demetry oratione ad patrem Philippum: Quis dies? quo lustratus exercitus, quo inter diuisam victimam
prælati omnium qui unquam fuere Macedonia regum armis regijs, duo soli tua tegentes latera, pater,
præueti sumus, & secutum est Macedonum agmen. De ead. lustratione, sed non adeò plenè Curtius lib. x.
Placet exercitum patrio more lustrari, & probabilis causa videbatur præterita discordia. Macedonum re-
ges ita lustrare soliti erant milites, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur, ab y-
traq; abicerentur parte. intra id spatiū armati omnes starent: hinc equites, illinc phalanx. Hæc Meur-
sius. Cæterum cum in historia Alexandri Græca, præsertim apud Plutarchum, sæpius Macedo-
num mensium habeatur mentio, ut suprà de Dæsio seu Iunio diximus, erit opera hic omnium a-
pud Macedonas mensium nomina subiçere.

ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ

Ianuar.

ΠΕΡΙΤΙΟΣ

Februar.

ΔΥΕΤΡΟΣ

Martius.

ΖΑΝΘΙΚΟΣ

April.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΣ

Maius.

ΔΑΙΣΙΟΣ

Junius.

ΠΑΝΕΜΟΣ

Julius.

ΔΟΟΣ	Augustus.
ΓΟΡΠΙΑΙΟΣ	Septemb.
ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ	Octob.
ΔΙΟΣ	Nouember
ΑΠΕΛΛΑΙΟΣ	December.

VLTIMO IN CAMPO) quomodo vltimo campo? campus admodum patēbat, præsertim Babylonius, & alias etiam in Macedonia cum lustraretur exercitus, & decursoñ siebant, opus erat magno spatio. & quia exercitus totus collocandus erat intra metas viscerum discissæ canis, partes illæ præcīse utrinque in vltimis campi illius in quo lustrabatur exercitus, partibus ponebantur. vltimo ergo hīc pro extremis campi partibus accipitur.

Eo DIE QVEM HVIC SACRO DESTINAVERANT) octauum Aprilis dicit, vt ex mendato Hesychij loco didicisti.

REX CONTRA PEDITES) iam hoc erat suspectum phalangi, quod rex contra morem cum equitatu contra pedites in campo staret. nam aliás primum insignia gentis regumque omnium Macedoniae primo equitum agmini præferebantur. deinde rex cum regia cohorte & custodiis corporis sequebatur. phalanx demum totum agmen & pompam claudebant, tum decursoñes & simulacra belli siebant.

AN IN VRBEM S VBDVCERENT COPIAS) animaduertit Meleager cum sua phalange non ludicram decursoñem, sed seriam pugnam & prælium imminere. proinde ne ab equitatu in patenti campo circumuenirentur & opprimerentur, ad urbem redeundum existimabant. Ne tamen secessu suo causam darent regi, equitibus, & Perdicce, deque illorum fide dubitas videbantur, in campo perstitere, vim vi repulsuri, si quis quid contra illos moliretur.

DISCORDIAE AVCTORES. Q. T. I. D. I. P. AD SVPLICIA DEPOSSENS) acerbè hoc in Aridæum Perdicce obnoxium & precariò regnanteſ ſuorum mancipium ſeuorum, quostueri debebat creatus ab illis in vito Perdicca rex, à quo hanc gratiam retulere.

IMPROVISO MALO) medios delapsi in hostes, quos amicos putabant.

IN MELEAGRO) æquè perculso tam inexpectato malo. quicquid autem timore mixtum est, confilio caret.

TVTISS. FORTVNAM EXPECTARE POTIVS QVAM MOVERE) ne Perdiccam iam ante furentem, omnino in rabiemagerent.

CCC. QVI MELEAGRVM) ad illa respicit cap. XI. Hæc elocutus (Meleager) per medios aratos eruptit. & qui viam abeunti dederant, pronunciantem prædam sequebantur. iamque globus erat & quæ sequuntur.

BELVARVM PEDIBVS OBTRITI SVNT) immane & crudele Perdicca facinus & spectaculum. Sed malus ipse male postmodum perijt.

NEC PROHIBENTE PHILIPPO NEC AVCTORE) quia umbra erat, & precariò, vt dixi, regnabat, satelles Perdicce potius quam rex.

APPAREBAT QVE ID MODO PRO SVO VENDICATVRM QVOD APPROBASSET EVENTVS) incertum enim erat, quid phalanx commilitonum supplicijs irritata contra Perdiccam, adeoque ipsum regem Aridæum motura esset, nihil mouit amplius. Rex ergo Aridæus, (cuius regnum vita & fortuna ab huius tragicis operis fine pendebat) ita regnum auspiciatus est, auctoribus sanè infelicibus, regnauit tamen donec ab Olympiade circumueniretur.

HOC BELLORVM CIVILIVM MACED. ET OMEN ET PRINCIPIVMFVIT) quod nō ante finijt, quam omnes ordine tandem se mutuo confidentes perirent.

MELEAGER SERO INTELL. FR. PERDICCAE) omnium primus auctor primæ seditionis ex ducibus interiit Meleager.

CVM EIVS NOMINE Q. I. F. R. IN P. S. ABVTENTES) ita lege.

VIDERET INIMICOS) rex nomine est quis sapè, vim alter obtinet, inquit Senarius apud Gruterum, qui ex Tacito subiicit: Tum Hiero pueritiam Tiridatis increpat: neque penes Arlacidem imperium: sed inane nomen apud imbellem externâ molititia: vim in Abdagesis domo. Contulatur Plinius orat. ad Traian. cap. 88.

IN TEMPLVM CONFVGIT) sed nihil sacrum aut religiosum impijs & hostibus. Sic Pyrrhus Priamum.

— altaria ad ipsa trementem
Traxit & in medio lapsantem sanguine gnati
Implicitus, comam laua, dextraque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenuis abdidit ensem.

Modestè & piè Alexander victoria in Tyrios vñus: Alexander, inquit Curtius, exceptis qui int templis confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici iussit. De aris & ayslis templorum, statua-

rum-

tumque copiosè Alexander Neapol. lib. 3. cap. 20. De confugijs Christianorum etiam iurisconsulti. Alii tamen scriptores, Iustinus, Arrianus, Diodorus, Orosius negant imperfectum, additque Diodorus Lydiæ prætorem factum. De hac editione & lustratione, cæde seditionum breuiter Iustinus: *His itaque compositis Macedonia & Gracia Antipater præponitur. Regia pecunia custodia Cra-*
tero traditur. castrorum exercitus & rerum cura Meleagro, & Perdicca assignatur, iubeturque Aridaeus
corpus Alexandri in Hammonis templum deducere. Tunc Perdicca infensus seditionis auctoribus, repente
ignaro collega, lustrationem castrorum propter mortem regis in posterum edicit. Postquam armatum ex-
ercitum in campo constituit, consentientibus vniuersis, euocatos duntaxat de singulis manipulis seditiones
supplicio tradi occulte iubet.

lib. 13.

CAPVT XIII.

ARGVMEN TVM.

Perdiccas, summa rerum Aridaeo fratri Alexandri commissa, diuidit principibus copiarum provincias.

Perdicca perducto in urbem exercitu, concilium principum virorum habuit, in quo imperium ita diuidi placuit, ut rex quidem summam eius obtineret, satrapes Ptolemaeus Aegypti & Africae gentium, quæ in ditione erant. Laomedonti Syria cum Phœnico data est; Philotæ Cilicia destina-
ta. Lyciam cum Pamphylia & maiore Phrygia obtinere iussus Antigo-
nus. In Cariam Cassander, Menander in Lydiam missi. Phrygiam mi-
norem Helleponio adiunctam Leonati prouinciam esse iusserunt. Cappadocia Eumeni;
*cum Paphlagonia ceſſit. præceptum est, ut regionem eam usque ad Trapezunta defende-
*ret, bellum cum Arbate gereret: solus hic detrectabat imperium. Phiton Medianam, Lysi-
*machus Thraciam, appositaque Thraciae ponticas gentes obtinere iussi. Qui India, quique
*Bactris & Sogdianis, ceterisque aut oceani aut rubri maris accolis præerant, quibus quis-
*que finibus habuisset, imperium obtineret, decretum est. Perdicca ut cum rege eſſet, copys-
*que præſet quæ regem sequabantur. Credidere quidam testamento Alexandri distri-
*butas esse prouincias. Sed famam eius rei (quanquam ab auctoribus tradita est) vanam
*fuisse comperimus. Et quidem suas quisque opes diuisis imperij partibus tuebantur, quas
*ipse fundauerant, si unquam aduersus immodicas cupiditates terminus staret. quippe
*paullo antea regis ministri specie imperij alieni procurandi, singuli ingentia inuaserant
*regna, sublati certaminum causis, cum & omnes eiusdem gentis eſſent, & à ceteris sui
*quisque imperij regione discreti. Sed difficile erat eo contentos eſſe, quod obtulerat occasio:
*quippe sordent prima, cum maiora quaque sperantur. Itaque omnibus expeditius videba-
*tur augere regna, quam fuisset accipere.**************

Derebus post Alexandri mortem gestis scripsere Diodorus in xix. Dexippus & Arrianus apud Photium, Iustinus in xiiii. extenso, oracula Danielis, & quædam apud Machabeos ipso principio.

IMPERIUM ITA DIVIDI PLACVIT) seditionis punitis Perdicca, consilio principum coacto , de summa rerum deliberauit , ita ut Aridaeo summum in omnes prouincias & regna, ipsoque prætores eſſet & maneret. Regiones in principes, cui quisque præſet, diuise: quam nos diuisionem in tabulis, vt omnia clarius pateant, spectandam proponemus , quas & Andreas Schottus in Photij sui tralatione compoluit & proposuit, quibus nos alias quoque, à Schotto præteritas adiiciemus, ac principe loco nostri Curtij subiiciemus, deinde Diodori Siculi, tum Dexippi, Arriani, Iustini, Orosij.

CURTIANA REGNORVM ET PROVIN-
ciorum designatio.

Rex	obtineret	Summam Imperij.
Ptolemæus		Aegyptum & Africæ gentes, quæ in ditione erant.
Laomedon		Syriam cum Phœnicio.
Philotas		Ciliciam.
Antigonus		Lyciam cum Pamphylia & maiore Phrygia.
Caſlander		Cariam.
Menander		Lydiam.
Leonnatus		Phrygiam minorem Hellesponto adiunctam.
Eumenes		Cappadociam cum Paphlagonia usq; ad Trapezuntam.
Pithon		Medianam.
Lyſimachus		Thraciam, appositaque Thraciae Ponticas gentes.
Perdiccas		Præfecturam copiarum, quæ regem sequebantur.

DIODORI SICULI.

Miculus pauca in hac verba præfatus: Meleagro sibi duce creato Macedones cū armis in refragantes suis studijs procedunt. Cumq; & stipatores regij Babylonem egressi ad bellum se præpararent, gratiosissimi inter illos, vt concordiam resarcirent, vtrisq; persuererunt. Nec mora: Arrideum Philippi F. inq; Philippi nomen adoptatum, regem, & Perdiccam, cui etiam rex moriens anulum tradiderat, regni procuratorem designant; & amicorum stipatorumq; primarias administrare prouincias, regiq; & Perdicca obedientiam præstare iubent. Ille rerum summam adeptus, consilio ducum aduocato,

	Arridæus Rex	
Ptolemæo Lægi	In Asia	Aegyptum.
Pythoni		Medium.
Eumeni		Paphlagoniam & Cappadociam & conterminas illis legiones.
Antigono	tradit	Pamphyliam Lyciamque, & quæ magna vocatur, Phrygiam.
Cassandro		Cariam.
Meleagro		Lydiam.
Leonnato		Phrygiam ad Hellespontum.
Lyſimacho	In Europa	Thraciam cum finitimis ad Pontum gentibus.
Antipatro	tradit	Macedoniam cum vicinis populis.

Ducibus reliquis in Asia prætermislas prouincias.

Oxyartæ Socero Alex. M.	Indianam & Indis	Caucasum & Paropamisadas.
Siburtio	proxima	Arachotiam & Gedrotiam.
Sasanori Solio	tradit	Arianam & Dranginam.
Philippo prætori		Bactrianam & Sogdianam.
Phratapherni		Parthiam & Hyrcaniam.
Peuceſtæ		Perſidem.
Tlepolemo		Carmaniam.
Atrapæ		Medium.
Archoni		Babyloniam.
Arcefilaō		Mesopotamiam.
Seleuco		regium omnem equitatum, cui primum He- phæſtio, dein Perdicca præsuerat. sua utrique regna ab Alexandro redditæ & au- cta, relicta.
Taxili &		
Poro		

Perdiccam rex secum retinuit, & præfectum prætorio, copijsque qui regem sequebantur, præfecit.

DIVISIO PROVINCiarVM IMPERII ALEX. M. A PERDICCA
facta apud Arrianum.

Photius
lat. p. 85.

Cum prius ex pacto pedites inter equitesque
Antipater Exercitus dux per Europam,
Craterus Tutor regni Arridæi,

Per-

Perdiccas

Tribunus militaris pro Hephaestione constituti fuisse.

Ptolemaeus Lagi Imperare iussus Aegypto Libyæ & Arabiæ, quo ad hæc Aegypti
fines attingit

Cleomenes	imperare iussus	Loco Ptolemaei vicaria potestate.
Laomedon		Syriæ.
Philotas		Ciliciæ.
Pithon		Mediæ.
Eūmenes		Cappadociæ, Paphlagoniæ, & Euxino ponto finitimis, Trapezuntem usque,
dianus		Pamphylijs, Lycijs, & Phrygiæ maiori.
Antigonus		Caribus.
Cassander		Lydis.
Menander		Phrygiæ, quæ est ad Hellespontum.

Sic Asia partita.

Lysimachus	In Europa imperare iussus	Thraciæ, Chertoneo, omnibusque Thraci- bus finitimis gentibus, ad Salmydeshum Euxini-ponti.
atque		Omnibus, quæ ultra Thraciam sunt locis, vi- que ad Illyrios Triballos & Agrianos; ipso quoque Macedoniae, & Epiro ad Ceraunios vique montes, & omnibus Græcis.
Craterus		

ALTERA PROVINCIARVM DIVISIO
per Antipatrum.

Ex eodem Arriano hic p. 127.

Ptolemaeus	accepit	Aegyptum, Lybiām, & vastām, quæ has ultra est, regionem.
Laomedon Mi- tylenæus		Syriam.
Philoxenus		Ciliciam.
Amphimachus		Mesopotamiam & Arbelen.
Seleucus		Babyloniam.
Antigenes		Sufianam Satrapiam.
Peucestes		Persida.
Tlepolemus		Carmaniam.
Pithon		Medianum usque ad Caspias portas.
Philippus		Parthyæorum regionem.
Cassander		Artiorum & Drangenorum prouinciam.
Stafander		Bactrianen & Sogianen.
Stafanor Soliensis		Arachotos.
Sibyrtius		Parapamisadas.
Oxyartes Rhoxa- nes P.		Finitimos Parapamisadibus.
Pithon Ageno- ris F.		Quæ ad Indum fluuium sunt, & Patala vrbem.
Porus Indus		Prouinciam ad Hydaspen fluuium.
Taxiles Indus		Cappadocas.
Nicanor		Phrygiam maiorem, Lycaonas, Pamphylios, Lycios, ut prius.
Antigonus		Caryam.
Aleander		Lydiam.
Clitus		Phrygiam ad Helleponum.
Aridæus		Collectionem vestigialium Sufianorum.
Antigenes		

Ante-

Antolicus Agatholis F.	accepit	Præturam equitum. Imperium in Perdicæ olim copias & regum præsidium.
Amyntas Alexandri F. idemque Peucestiaæ frater.		
Ptolemæus Ptolemæi F.		
Alexander Polyper- chontis F.		
Casander Antipatri F.		

Antigonus

DIVISIO IMPERII MACEDONICI PERDICCA
distribuente.

Ptolemæo	Apud Dexippum sup. pag. 116.
Cleomeni	Aegyptus vniuersa, & Lybia, & quidquid ultra
Laomedonti Mi- tylenæo	Aegyptum attingit.
Philote	Ptolemæi vicarium præfectum agere.
Phitonii	Syria.
Eumeni	Cilicia.
Antigono	Media.
Afandro	Cappadocia, Paphlagonia, & quidquid ad Pontum
Menandro	Euxinum vergit Trapezuntem usque.
Leonnato	Pamphyli & Cilices usque ad Phrygiam.
Lysimacho	Cares.
Antipatro	Lydi.
Cratero	Phrygia ad Hellespontum.
Perdicæ	In Europa
Poro	Thracia & Cherronesus.
T'xilæ	Omnes Macedones, Græci, Illyrij, Triballi,
Pithoni alteri	Agrianes, & quæcunque in Epiro.
Oxyarti Baetrio	Tutoris ac curatoris regij dignitas.
Roxanes patri	Chiliarchia Hephaestionis.
Sibyrtio	Apud Indos
Stafanori Soliensi	Indum inter, & Hida penpopuli.
Philippo	Indi reliqui.
Rhadapherno	Indorum finitimi, exceptis Parapamisadibus.
Neptolemo	Caucaseis subiecti montibus populi, Indis
Peucestæ	proximi.
Oropio	Arachosijatque Gadrosij.
Seleuce	Areii & Drangi.
Archelao	Sogdiani.
	Hircania.
	Carmania.
	Perlæ.
	Sogdianorum pars.
	Babylonij.
	Mesopotamia.

M A C E D O N I C A R V M P R O V I N C I A R V M
partitio.

Apud Iustinum libro 13.	
Ptolemæus	Aegyptum & Africae Arabiæque partem.
Laomedon Mity- lenæus	Syriam.
Philotas cum filio	Ciliciam & Illyricos.
Acropatos	Median maiorem.
Alctas Perdicæ frater	Median minorem.
Synus	Susianam gentem.
Antigonus Philip- pi F.	Phrygiam maiorem.

E X P L A N A T I O N E S.

673

Accipiunt à Perdicca

Learchus	Lyciam & Pamphyliam.
Cassandra	Cariam.
Menander	Lydiam.
Leonnatus	Phrygiam minorem.
Lysimachus	Thraciam & regiones Pontici maris.
Eumenes	Cappadociam cum Paphlagonia.
Seleucus Antiochi F.	Summum castrorum tribunatum.
Cassandra Antipatri F.	Præfecturā Stipatorū regis, Satellitumque.
Taxiles	Res Indum inter & Hydaspen flu.
Pithon Agenoris F.	Colonias in Indijs conditas.
Parapomenus	Fines Caucaſi montis.
Axiarches	Dracas.
Statanor	Argæos.
Amyntas	Bactrianos.
Scythæus	Sogdianos.
Nicanor	Parthos.
Philippus	Hyrcanos.
Phratæernes	Armenios.
Neoptolemus	Persas.
Peucestes	Babylonios.
Artous	Pelasgas.
Archelaus	Mesopotamiam.

Orosius suæ diuisioni præfatus, Macedoniam, inquit, duces mortuo Alexandro diuerſas sortiti lib. 3. cap. 4.
provincias, mutuis se bellis consumperunt. quorum ego tumultuosissimum tempus ita mihi spectare videor, quasi aliqua immensa caſtra per noctem de ſpecula montis aſpectans, nibil in magni campi ſpatio
præter innumerous ſocios cernam. Ita per totum Macedonia regnum, hoc eſt, per vniuersam Asiam & plu-
rimam Europe partem, Libyæq; vel maximam, horrendi ſubito bellerum globi colluxerunt: qui cum ea
principue loca, in quibus exarſere, populati ſunt, reliqua omnia terrore rumoris, quaſi fumi caligine tur-
bauerunt. Sed nequaquam tantorum regum ac regnorum bella excediāq; explicabo, niſi prius ipsa cum
regibus regna prodiſero. Igitur Alexander per duodecimi annos tremendem sub ſe orbeni ferro preſit.
Principes verò eius 14. annis dilaniauerunt, & veluti opimiam prodam, à magno leone prostrata in audi
diſcipere catuli: ſeq; ipſos inuicem in rixam irritatos præda amulatione fregerunt. Itaq; prima Ptolemao
Aegypti & Africa Arabia pars forte prouenit. Confinem huic provinciam Syriam Laomedon Mitylinaeus,
Ciliciam Philotas, Philo Illyrios accipiunt. Media maiori Atropatus, minori ſocer Perdicca præponitur.
Suziana gens Scyno, Phrygia maior Antigono Philippis filio aſignatur. Lyciam & Paniphyliam Nearchus,
Cariam Cassandra, Lydiam Menander fortiuntur, Leonnatus minorem Phrygiam accipit. Thracia & re-
giones Pontici maris Lysimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni data: ſumma caſtrorum ſe-
leuco Antiochi filio ceſtit; ſtipatoribus regis ſatellitibusq; Cassandra filius Antipatri præſicitur. In Bactri-
ana ulteriore & Indiæ regionibus præfecti, qui ſub Alexander eſſe coepérant, permanerunt. Seras inter
duos amnes Hydaspen & Indum conſtitutos Taxiles habuit. In colonias in Indis conditas Pithon Age-
noris filius mittitur. Parapomenos fines Caucaſi montis Oxyartes accepit. Arachosy Gedrosyq; Sibur-
tio decernuntur. Drangas & Areos Stanor, Bactrianos Amyntas fortitutur, Sogdianos Scythæus, Nic-
anor Parthos, Philippus Hyrcanos, Phratæernes Armenios, Tlepolemus Persas, Peucestes Babylonios,
Archon Pelasgos, Arcelaus Mesopotamiam adepti ſunt.

Literæ ſacræ primo Machab. nullum certum numerum exprimit: Et obtinuerunt pueri eius
regnum, vnuſquisq; in loco ſuo, & imposuerunt omnes ſibi diademat a poſt mortem eius, & filii eorum ar-
mis multis, & multiplicat a ſunt mala in terra.

Sanct Isimus autem yates Daniel in oraculis suis ait regnum regis Græcorum diuifum in Cap. 8.
quatuor regna:

Idem eodem capite 8. clarius omnia: Aries quem vidisti habere cornua rex Medorum eſt atque Per-
ſarunt. porro bircus caprarum, rex Græcorum eſt, cornu grande quod erat inter oculos eius ipſe eſt rex
primus. quod autem fracto illo ſurrexerunt quatuor pro eo; quatuor reges de gente eius conſurgent; ſed
non in fortitudine eius.

Quem locum D. Hieronymus, & ex illo N. Serarius, Gorælius de Lapide & alij recentiores,
expont de p̄ recipiuis quatuor regibus & regnis Antigono Asie, Philippo I eti Aridaeo Mace-
donie, Seleuco Syriæ, Ptolemao Aegypti. Hieronymus verò ex Iosepho hæc videtur tranſcri- Lib. 12. c. 6.
piſſile, poſito, pro Cassandra, Aridaeo, cui ſuccedit Cassandra, omislo Lysimacho.

CREDIDERE QVIDAM TESTAMENTO ALEXANDRI DISTRIB. EſſE PROVIN-
CIAS) Vtrum viuus testamento ſignarit regnorum & prouinciarum lucesſores, aut præſides A-
lexander, incertum eſt: quarniuis Curtius illam famam omnino vanam fuſſe existimet, auctori-
bus tamē ut ipſe non inſtitutus, testatam. Hoc interim certissimum eſt, à viuō adhuc prouin-
cias certis ducibus aſignatas, ſi qua fides, ut ſumma eſſe debet, ſacris literis. Machabæorum caput

primum accipe. Post hoc decidit in lectum, & cognovit, quod moreretur. & vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuenture, & diuinit illū regnum suum cùm adhuc viueret. Ea dum adhuc viueret, inquiunt, diuinit illis regnum suum, si testamento distribuit, certè viuus testamentum fecit. Non ergo vana fuit omnino fama de testamento, quod illis viuus tradidit, vel publica voce suum cuique regnum, quod pro testamento erat, assignauit.

OPES TVEBANT TVR QVAS IPSI FVNDAVERANT) vna cum Alexandro Asiam & Indiam bello subigentes.

SI VNQVAM ADV. IMMOD. CUPID. TERMINVS STARET.)

Cupiditati nū satis est, natura etiam satis est parum.

Regni præsertim cupido fas nefasq; proterit.

Thebae

Polynices in Thebaide

pro regno velim

Patriam, penates, coniugem, flammis dare.

Imperia quolibet precio const. ant bene.

Cap. 47.

Tacitus 12. Annal. Illi cupido regni fratre & filia potior.

pag. 191.
led alia
edit. p. 99.

ITAQUE EXPEDITIVS VIDEBATVR AVGERE REGNA QVAM ACCIPERE) Quantis opib. & copijs inter se ipsi Macedones & duces Macedonum pro imperijs & regnis concurrerint, nemo breuius & melius Orosio exponit, qui sua pleraque omnia ex Iustino decerpfit. concludam ergo hoc caput & finiam bella omnia cum Orosio, cuius supremum ego libri tertij caput subiiciam. Ergo post diuisionem prouinciarum. Causa, inquit, & origo bellorum epistola Alexandri regis fuit, qua iusit omnes exules patri libertatiq; restitui. potentes enim ciuitatum Graci at mentes ne exules recepta libertate vltionem meditarentur, a regno Macedonum defecerunt. Primi Athenienses, contra dicto xxx. m. exercitu & cc. naibus, bellum cum Antipatro, cui Gracia sorte obuenerat, gerunt: per Demosthenem quoque oratorem, Sicyona, Argos & Corinthum, ceterasq; ciuitates sibi socias adiungunt, Antipatrum obsidione cingunt. Ibi dux eorum Leosthenes telo è muris iacto per fossu occiditur. Athenienses Leonnato, qui Antipatrum auxilium ferebat, occurruunt, eiusq; copijs comminutis ipsum interficiunt. Perdicca verò bellum Ariarathii Cappadocum regi intulit, eumq; vicit, in qua victoria nihil prater vulnera & pericula conquiuit; nam omnes ante irruptionem vrbis sua, succensis domibus suis, se suaq; omnia concremaverant. Post hoc bellum inter Antigonum & Perdiccam oritur grauiissimum, multis prouincijs & insulis ob auxilia vel negata, vel praefita dilaceratis. Diu deliberatum vtrum in Macedoniam bellum transferretur, an in Asia gereretur: nonissime ipse Perdicca Aegyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia in duas partes discurreribus ducibus, in sua viscera armatur. Ptolemaeus Aegypti viribus & Cyrenensibus copijs instruas occurvere bello Perdicca parat. Inter hac Neoptolemus & Eumenes cruentissimo inter se prælio digladiati sunt. Victor Neoptolemus ad Antipatrum fugit: quem, ut Eumenem de imperfecto opprimat, perurget: quod Eumenes futurum ratus insidiantes insulæ capit. In eo bello Polyperchon occiditur, Neoptolemus & Eumenes mutuis vulneribus confos; sed Neoptolemus interjet, Eumenes, viator eius, Perdicca cum Ptolemaeo acerbissimo bello congressus, amissis copijs, ipso quoque imperfectus est. Eumenes, Phiton, & Illyrius, & Alceta frater Perdicca à Macedonibus hostes pronunciantur, bellumq; aduersum eos Antigono decernitur. Itaque Eumenes & Antigonus collatis aduersum se maximis copijs conflixerunt: Eumenes vicit in quoddam castellum munitissimum fuit, unde a milia Antipatri tunc potentissimi per legatos poposcit: quo nuncio territus Antigonus, ab obsidione discessit. Sed nec sic Eumeni spes firma aut salus certa. Quare ultimo consilio Argyraffidas, ob arma deargentata sic dictos, hoc est, milites qui sub Alexandro militauerant, in auxilium rogat. Qui fastidiosè ducem in disponendo bello audentes, ab Antigono vici, castrisq; priuati, & vxores, & liberos, simulque omnia quæ sub Alexandro acquisuerant, perdiderunt. qui postea turpiter per legatos reddi sibi quæ perdiderant, victorem rogant. Antigonus autem se redditurum pollicetur si vindictum sibi Eumenem pertraherent. Ita illi spe recuperationis illiciti, dedecorissima proditione suum ducem, cuius signa paulo antè seculi fuerant, captiui ipsi, captum catenatumq; duxerunt, & mox cum fædissima ignominia in exercitu Antigoni dispersi sunt. Interea Eurydice Arridae regis Macedonum vxor, multa sub nomine viri egit nefaria per Cassandrum: quem flagitosè cognitum, ad summum fastigium per omnes honorum gradus prouexerat, qui ex libidine mulieris mulras Gracia ciuitates afflixit. Tunc Olympias mater Alexandri regi hortante Polyperchonte, cum ab Epiro in Macedoniam prosequente Aeacida rege Molosorum veniret, & ab Eurydice finibus prohiberetur, aduentibus Macedonibus, Arrideum regem & Euridicem iussit occidi: quamquam & ipsa Olympias continuo merititas crudelitatis penas luit. Nam cum muliebri audacia multas principum cades ageret, auditio aduentu Cassandi, diffusa Macedonibus, Cum R. oxane nuru sua & nepote Hercule in urbem Pydnam concedit: ibique continud per Cassandrum capta, imperfecta est. Filius Alexandri Magni cum matre in arcem Aphepolitam custodiendus est missus. Perdicca, Alceta & Polyperchonte, ceterisq; ducibus, quos commemorare longum est, diversa partis occisis, finita bella inter successores Alexandri videbantur. Tum Antigonus ardens cupiditate dominandi, liberandum bello Herculem regis filium ab obsidione simulat. Hic cognitis Ptolemaeus & Cassander, inita cum Lysimacho & Seleuco societate, bellum terra marisq; factus, cum Apollonianam rediret, incidit in Abderitas: qui propter intoleranda multitudinis ranas & mures, relitto patri solo & antiquis habitaculis emigrantes, nouas sedes prætentia interim pace requirebat.

Sed Cassander & virtutem, & multitudinem gentis agnoscens ne adacti necessitate Macedoniam bello quaterent, atq; inuaderent, receptos in societatem, in vltimis Macedonia simibus collocat. Inde cum iam Hercules Alexandri filius, xiv. esset annorum, timens ne eum Macedones quasi legitimū regē præoptarent, occidē tacite cum matre curauit. Ptolemaeus iterū cum Demetrio nauali prælio conflixit, & cām omnem penē classēm atq; exercitū perdidisset, vicit in Aegyptum refugit. Hac victoria elatus Antigonus, regem se cum Demetrio filio appellari iubet: quod exemplū omnes secuti, regiū nomen sibi dignitatemq; sumperunt. Igitur Ptolemaeus, & Cassander, ceteriq; alterius factionis duces, cum decipi se ab Antigono singillatim viderent, per epistolā se inuicem confirmantes, coēundi in vnu tempus locumq; condicunt: & bellū aduersus Antigonum cōmunitib; viribus instruunt. Cassander finitimorū bellū implicitus, Lysimachū clārisimū inter omnes ducem, cum ingenti manu pro se socij in auxilium misit. Seleucus quoque ex Asia maiore descendens, nouus Antigono hostis accessit. His siquidem Seleucus plurima per Orientem inter socios regni Macedonici bella gesit. Principio Babyloniam bello expugnauit & cepit. Bactrianos nouis motibus assurgentēs perdomuit. Transitum deinde in Indiam fecit: quā post mortem Alexandri ve- luti detracto excusoq; à ceruicibus iugo præfectos eius occiderat, Sadrocotto quodam ad vindicandam libertatem duce, qui poste a crudeliter in ciues agens, quos de externa dominatione defenderat, ipse seruitio premiebat. Cum hoc ergo Sadrocotto Seleucus quamvis multa & grauia bella gesisset, nouissimè * firmatis

* firmitati regni conditionibus & pacta pace discessit. Adunatis itaque copijs Ptolemai sociorumq; eius, pugna committitur: cuius quanto potentior apparatus, tanto ruina grauior fuit. nam in ea tunc roius penē Macedonici regni vires conciderunt. In ipso bello Antigonus occisus est: sed finis belli huius initium alterius fuit. Nam cum victoribus de præda non conueniret, iterum in duas factiones diducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemaeus Lysimacho iungitur. Cassandra defuncto, filius Philippus succedit. sic quasi ex integrō noua Macedonia bella nascuntur. Antipater Thessaloniken matrem suam Cassandri vxorem, quamvis miserabiliter pro vita precantem, manusua transuerberauit. Alexander frater eius, dum bellum aduersus fratrem ob vltionem matris instruit, à Demetrio, cuius auxilium petierat, circumuentus occiditur. Lysimachus cū Doricetus regis Thracum infestissimo bello vrgeretur, aduersus Demetrium pugnare non potuit. Demetrius augmento Gracia & totius Macedonia elatus in Asiam transire disponit. Ptolemaeus autem & Seleucus, & Lysimachus experti priore certamine, quanto vires essent concordia, iterūm societate facta, adunatisq; exercitibus bellum in Europam transferunt, aduersus Demetrium. His se comitem & bellū socium Pyrrhus rex Epiri iungit, sperans De metrium Macedonia posse depelli, nec spes frustra fuit: quippe exercitu eius corrupto, ipsoq; in fugam acto, regnum Macedonia Pyrrhus inuasit. Deinde Lysimachus generum suum Antipatrum insidiantem sibi, interfecit, filiumq; suum Agathoclem ultra humanum morem perosus occidit. Quibus quidem diebus, Lysimachia ciuitas formidolosissimo terra motu euersa, oppressoq; populo suo crudele sepulchrum fuit. Lysimachum autem a suis se parricidij cruentantem omnes socij deseruerunt, & ad Seleucum deficiente, prouiam regem amulatione regni, vt bellum Lysimacho inferret, hortati sunt. Res fædissimæ spectaculi erat, duos reges, quorum Lysimachus annos natus LXXIV. Seleucus autem LXXVII. de eripiendis alterutrum regnis concurrere, in acie stare, arma gerere. Ultimum hoc quidem bellum Alexandri commilitonum fuit, sed quod ad exemplū humana miseria fuerit reseruatum: quippe cū orbem terrarum extinctis iam XXXIV. ducibus Alexandri, soli possidebant, & angustissimos seuectutis, ac vita sua terminos non aspicienes, arguti: ores esse imperio suo rotius mundi terminos arbitrabantur. In eo bello Lysimachus, vel amisū, vel imperfecti prius ante hanc pugnam X. liberis, postremus occisus est. Sic Lysimachus solutio pugna Macedonica fuit. Sed ne Seleucus quidem tanta victoria impune latatus est: namque neque ipse post LXXVII. annos quietem, naturalis mortis inuenit, sed extortam sibi infeliciter vitam velut immatura morte finiuit, quippe insistente Ptolemaeo, cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, insidijs circumuentus & occisus est. Hac sunt inter parentes, filios, fratres, ac socios consanguinitatis societasq; commercia. Tanti apud illos diuinata atque humana religio pendebatur. Erubescant sane de recordatione præteriorum, qui nunc interueniuntur fidei Christianæ, ac medio tantum iurationis Sacramento viuere se cum hostiis, nec pati hostilia sciunt, quibus indubitatissime probatur, quia non sicut illi ante a casa iungebant fœderā porca, sed quia nunc inter barbaros ac Romanos creatorem ac dominum suum contestantes, tantam fidem adhibita in Sacramentum seruant Euangelia, quantam tunc nec inter parentes, ac filios potuit seruare natura. Nunc autem finis Macedonici belli, finis etiam libri siat, præsertim cum iam abhinc Pyrhi bella incipiunt, & mox Punica consuantur.

Qui temet super his plura nosse cupit, adeat Dicdorum Siculum lib.18. Iustinum 13. &
seq. Arriani epitomen apud Photium p.81. Dex ppus ab Arriano non dif-
fentit. Multa etiam pâsim de eisdem Strabo, Paulianus, Plinius,
Zonaras tom.1.alij.

CAPUT XIV.

ARGUMENTVM.

Proceres septimo post die quam Alexander obierat, versi ad curandum corpus Alexandri, reperiunt incorruptum, & tantum non spirans, ut pollinatores vererentur manus admouere. post purgatum & inunctum, aromatisque repletum regio insigni exornant, & in aureo solio, seu feretro collocant. Narratur quoque genus mortis, & quam vim habeat stygia aqua. Demum ut tota stirps Alexandri sublata, corpusque in Aegyptum translatum sit.

Sepimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in solio, curis omnium ad formandum publicum statum a tam solenni munere auersis, & non alijs quam Mesopotamia regioni feruidior astus existit, adeo ut pleraque animalia, qua in nudo solo deprehendit, extinguat, tantus est vapor solis & cœli, quo cuncta velut igne torrentur. Fontes aquarum & rari sunt, & incolentium fraude celantur. ipsis usus patet, ignotus est aduenis. Ut tandem curare corpus exanimum amicis vacuit, nulla tabe, ne minimo quidem liuore corruptum videre, qui intrauerant. Vigor quoque, qui constat ex spiritu, non destituerat vultum. Itaque Aegypti Chaldei, in corpus suo more curare, primo non sunt ausi ad moire velut spirant manus. deinde precati, ut ius fasque esset mortalibus attractare eum, purgauere corpus, repletumque est odoribus. Aureum solium, & capiti adiecta fortuna eius insegnia. Veneno necatum esse credidere plerique: filium Antipatri inter ministros, Iollam nomine, patris iussu dedisse. Sapientia auditæ erat vox Alexandri, Antipatrum regium affectare fastigium, maioremque esse praefecti opibus, ac titulo Spartanæ victoria inflatum, omnia a se data afferentem sibi. Credebant etiam Craterum cum veterum militum manu ad interficiendum eum missum. Vim autem veneni, quod in Macedonia gignitur, talem esse constat, ut ferrum quoque exurat, virgulæ iumenti duncta axat patiens. Stygem appellant fontem, ex quo pestiferum virus emanat. Hoc per Cassandraum allatum, traditumque fratri Iolle, & ab eo suprema regis potionis inditum. Hæc ut unque sunt tradita, eorum quos rumor asperserat, mox potentia extinxit. Regnum enim Macedoniae Antipater, & Graciam quoque inuasit. Soboles deinde exceptis, imperfectis omnibus quiunque Alexandrum etiam longinqua cognatione contigerant. Ceterum corpus eius a Ptolemao, cui Aegyptus cesserat, Memphim, & inde paucis post annis Alexandriam translatum est; omnisque memorie, ac nomini honoris habetur.

SEPTIMVS DIES ERAT) Aelianus quem supra testem adduxi, triginta diebus, inhumatum iacuisse narrat: ἀλλὰ οὐ τόπει, inquit, Σιδωνία ἡμέρας ηγετεῖσθαι ἀνθρόπον. Fieri potest, ut neuter fallat; nec enim Curtius affirmat post septimum diem funus illius fuisse in Aegyptum auctum, quo deferri se præceperat viuus adhuc Alexander, ad Ammonis nempe fanum, ex quo se natum credi volebat. Et Iustinus docet, datum Aridaeo

EXPLANATIONES.

677

Aridæo negotium, vt corpus eius ab eo ad Ammonis deportaretur: quod factum est nuncquam.
Nam primò Memphim, dein Alexandriam à Ptolemaeo est delatum.

IN SOLIO aureo, vt mox sequitur; caput diadema veluti rex reuinatus.

CVRIS OMNIVM) causam addit cur tam diu infletus & intepultus iacuerit; quamuis certè non ab omnibus infletus; vt suprà cognouisti.

ET NON ALIIS) sequitur ingens miraculum, inter mira primo loco prolationum merito ponendum. In summo cœli ardore, summoque æstu, illa in terra, quæ propè nullam hiemem sentit, Babylone inquam, cadauer Alexandri incorruptum, illæstum, nec minimo quidem liuore contactum tot diebus perdurasfe, & vivo proprius quam mortuo videretur. Ex quo Plutarchus ostendit, non fuisse veneno, quod corruptit omnia, extinctum. vt suprà rem exposuit.

MESOPOTAMIAE REGIONI) in qua Babylon, vbi feruida tela diei, vt Lucretius loquitur, etiam animalia in campo deprehensa feriunt & occidunt.

TANTVS EST VAPOR SOLIS ET COELI) ita suprà lib. 7. cap. 9. descripsit Susiana deserta: Arenas, inquit, vapor astui solis accedit, quæ vbi flagrare cœperunt, haud secus quam continentis incendio cuncta torrentur.

FONTES AQVARVM ET RARI SVNT, ET INCOL. FRAVDE CELANTVR.) Strabo in XVI. Mesopotamiae partes ad meridiem vergentes, & à montibus remotas, siccas & steriles, Arabes Scenitæ incolunt. Et mox infra ait; cisternas ibi ab incolis haberi, quas certè peregrini ignorant, vel aquis, inquit, apportatis vtuntur.

VT TANDEM CORPVS CVRARE) vt miraculum augeret, hæc de calida regione præmisit.

VIGOR) Nam aliæ spiritu & anima excedente è corpore, statim expallescit corpus, vultus horret, artus obrigescunt, incipitque mox putre, scotere, tabescere, corrumphi.

ITAQUE AEGYPTII & CHALDAEI IVSSI CORPVS SVO MORE CVRARE.) Morrem Aegyptiorum hunc purgandi cadauera, & odoribus imbuendi, exponit diserte Herodotus, cuius ex interprete verba subdo: *Luctus, inquit, eorundem ac sepultura tales sunt; Quibusunque aliquis ex domesticis decepit, Homo alicuius momenti, ibi omnes feminæ, illius familia, caput sibi & vultum oblinuit luto. deinde relicto domi cadauere, ipso per urbem vagantes se plangunt, succincta, nudata manu illis, & cum eis proxima queaque. Altera ex parte viri, & ipsi expectorati se verberant. His actis ita demum ad condendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipsum constituti, qui hoc artificium factitant: qui cum ad ipsos cadauer portatum est, ostendunt ipsis, qui portauerunt, exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata. & eorum vnum accuratissime fabrefactum esse aiunt, (cuius ego numen si nuncupauero, haud faciam sanctè) alterum illo inferius, ac vilioru pretijs, tertium vilissimi. Quibus expositis sciscit antur ab ipsis, ad quod exemplum velint effigi mortuum suum. isti vbi de pretio conuenerunt, illinc abeunt. At hi relicti in adibus, hunc in modum diligentissime condunt corpus. Ante omnia incuruo ferro cerebrum per narcs educunt, vt quamque partem educentes, ita locum eius medicamentis explentes. Dehinc acutissimo lapide Aethiopico circa ilia consindunt, atque illac omnem aluum protrahunt: quam vbi repurgarunt, ac vino palmeo eluerunt, rursum odoribus contusis proluunt: tum aluum compleentes contusa myrrha pura, & cassia, & alijs (excepto thure) odoribus, iterum consuunt. Vbi hac fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies. nam diutius salire non licet. Ex his septuaginta diebus cadauer vbi abluerunt, sindone byssina totum incisis loris inuoluunt, gummi illinentes, quo Aegyptij glutinis loco plerunque vnuuntur. eo deinde recepto, propinquique ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox inserunt mortuum, inclusumq. ita reponunt. Eos autem qui mediocria volunt, nimium fugientes sumptum, ita apparant: Clysterem vnguine, quod è cedro gignitur, compleant, deinde ex hoc aluum mortui, ipsam neque scindentes, neque extrahentes, sed per secessum, prehendo via posterioris hiatu, inferciunt: & tot, quot dixi, diebus sale condunt, quorum dierum ultimo cedrinum vnguen, quod prius ingesserant, ex alio egerunt, quod tantam habet vim, vt una secum aluum atque intestina tabefacta educat. nitrum autem carnes tabefacit, mortuq. tantum cutis & ossa relinquantur. Vbi ista fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negoij suscipiunt. Tertia conditura hac est, qua adornantur eorum mortui, quia tenuiori sunt fortuna, ablutionibus ventrem abstergunt, arefaciuntq. sale septuaginta per dies; deinde tradunt reportandum.*

Scriptus & Lucianus de hoc more περὶ πτύος de luctu, Nam Græcus, inquit, exurit, Persa defudit, Indus adipe suillo oblinuit, Scytha deuorat, Aegyptius muria condit. Atque hic quidem (rem à me visam narro) desiccatum cadauer coniuam & compotorem adhibet. Vbi sunt veteres in condendis corporibus mortuorum sale, nitro, cedro, asphalto, melle, cera, myrra, balsamo, gyppo, calce. Caput octauum Ioannis Kirchemanni lib. primo de funeribus Rom. confule. Alexander quoque Neapolit. lib. 3. cap. 7. & ad eundem auctorem Tiraquellum. Gretserum de funebri Christianorum ritu.

VT IVS FAS ESSET MORTALIBVS ATTRECTARE EVM) quid si legas Deum pro eum. comparat enim quodammodo hic mortales cum diis, & se mortales, Alexandrum immortalem, quod corpus eius nec contabuiset, nec vlla labé tot diebus asperium appareret, & viuus ipse pro Deo se gerebat, & corpus etiam viuentis gratissimum spargebat odorem, & mortui viuo similius videbatur.

VENENO NECATVM) an veneno perierit suprà cap. 7. copiosè disputatum est nobis, vbi ex Plutarcho docuimus, visum naturali mörbo, vel potius per ebrietatem extinctum.

FILIVM ANTIPATRI) Aristoteles vt s. p. ex Plutarcho docui, auctor fuisse traditur Antipatru, vt Alexandro per Iollam filium Antipatri & pocillatorem Alexandri, venenum per Cassandrum missum misceretur.

^{p. 601. de vita Alex.} ANTIPATRVM REGIVM AFFECTARE FASTIGIVM) testatur idem Plutarchus: Ceterum animo ipse anxio atque erga deos dissidenti iam euasit, aduersus amicos vero suspiciose. Antipatrum in primis formidabat eiusq. filios, ex quibus Iolas princeps pincerna erat, Cassander nuper aduenerat. Qui cùm barbaros venerabundos illum salutantes confexisset, vir in libertate enutritus Graca, atque huiuscmodi spectaculi hactenus insolens, in cachinnum est effusus. Ea re exarsita Alexander, vt arreptum crinibus caput eius ambabus manib[us] vehementer contuderit ad parietem. Alias respondere Antipatri accusatoribus aliquid parantem interpellans Cassandrum: Quid ait, inquit, tam longa via homines nil laos tantum ad calumniandum venisse? Quum respondeisset Cassander, esse id ipsum calunnia indicium, quod procul probationibus venissent: cachinnans Alexander, Hac illa, inquit, commenta Aristotelis sunt, in vrramque partem dicendi: p[ro]nam luetis si parum eos conuincemini lessisse. Breui ingentem terrorem aiunt Cassandi animum s. bisse & pertinaciter infedisse, vsque adeo, vt insecuris temporibus regnum Macedonie obtinens & Gracia potiens, quum Delphis inambularet, contemplaretur q[ui] statua simulacro conspecto Alexandri, subito horrore toto contremuerit corpore, & ad illius imaginis conspectum astuans, egre colligeret se. Et Curtius ipse de Sparta vitoria s. p. a: Quippe Alexander hostes vinci uoluerat: Antipatrum vicisse, re tacitu quidem indignabatur, ad quem I. cum plura cognoscis. Et lib. 4. cap. 4. Agū Lacedemoniorum rex octo milibus Graecorum, qui ex Cilicia profugi domos repetierant contractū, bellum Antipatru Macedonia praefecto moliebatur. Creenses has aut illas partes secuti, nunc Spartanorum, nunc Macedoniū in præsidis occupabantur. Sed leuiora inter illos fuere discrimina: vnum certamen, ex quo certa pendebant, intuente fortuna.

^{p. 583.} ^{p. 119. sed edit. Glar.} ^{p. 123.} Plura Arrianus in septimo, p. 167. p. Diodorus *de Antipatro iam ab Alexandre alieno: Per filium igitur suum, qui regi à cyathis erat, mortifero regem pharmaco potionasse. Sed quia summa eius in Europa post Alexandri obitum fuit potentia, & Cassander in regno successit, plerosque scriptores, veneni mentionem in monumentis suis facere non sive ausos. cùm tamen ex factu constet, Cassandrum rebus Alexandri maximè sive inimicum: quod & Olympiadem post eadem in sepultam abiecerit, & Ibebas, ab illo funditus eneras, magno studio & opere instaurari. Iustinus: Aut or in fidiarum Antipater fuit, qui cùm clarissimos amicos eius interfectos videret, Alexandrum generum suum Lycaistarum occisum, se magnis rebus in Gracia gestis, non tam gratum apud regem, quam inuidiosum esse à matre quoque eius Olympiade varijs se criminationibus vexatum: huc accedebant ante paucos dies supplicia in prefectos deuictarum nationum crudeliter habita: ex quibus rebus se quoque à Macedonia non ad societatem militia, sed ad p[ro]nam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum regem, Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrari regi solebat: cuius venenitanta v[er]a fuit, vt non aere, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in vngula equi potuerit: præmonito filio ne alijs quam Thessalo & fratribus crederet. hac igitur ex causa, apud Thessalum payatum repetitum q[ui] conuicuum est. Philippus & Iolas preguistare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam preguistatamiam potionis supermisserunt.

^{p. 155.} CREDEBANT ETIAM CRATERVM) mislus certè Craterus est in Macedoniam, vt Antipatrum euocaret: Arrianus, Ita tandem salutatos annes, lacrymans lacrymantes etiam ipsos dimisit, Craterumq[ue] eos ducere, deinde Macedonia, Thracia, & Thessalia, ac libertati Graecorum præcesse iubet. Antipatrum vero in eorum, qui dimisi essent locum, alias Macedones etate ac viribus florentes adducere iubet. Polyperchontem etiam cum Cratero misit, qui secundus à Cratero dux est, ne si quid humanitas Cratero in itinere accideret (quippe qui cùm mitteretur corpare erat parum firmo) ducem itineris desiderarent. Plura ibidem idem Arrianus, maximè de Olympiade & Antipatro, iuratis inter se hostibus.

^{p. 212. f. & seq.} VIM AVTEM VENENI.) Nemo Pausaniam accuratiis hunc stygis fontem describit; Fuit, inquit in Arcadicis, olim Nonacris Arcadum opidulum, cui nomen Lycaonis filia dederat. sola etate nostra ruina extant, & eæ quidem magna etiam ex parte obruta. Ab ijs ruinis non longe crepido montis tam aliè se attollit, vt locum nusquam viderim celsiorem. Ex ea, aqua stillatim definit, quam stygis aequaliter.

Aqua sanè illa, qua ex prærupta rupe ad Nonacrin guttatum in præclusum saxum cadit, inde per meato sasso in Cratin fluvium delabitur. mortifer a illa quidem est cum homini, tum cuius alij animalium generi; nam & capellæ sapientis eius aqua potu extincta sunt; quod tamen ex interuallo temporis cognitum

cognitum est. accedit & aliud eius aqua miraculum. Vasa & pocula omnia, siue vitrea, siue cristallina, siue myrrhina, seu è lapide, aut testa sunt fictili, aqua illius vi franguntur, quin etiam cornea & ossa vasorum item, as, plumbum, stannum, argentum, & electrum ea aqua infusa soluuntur. Ipsum quoque aurum, quod neque situ, neque rubigine vitiari, & Lesbia poëtria testatur, & res ipsa indicio est, aqua tamen huius virus non sustinet. At enim vilioribus & abiectioribus plerunque rebus vim eam Deus indidit, ut ea superarent, quæ maxima effent inter homines estimationes. nam & aceto vñiones resoluuntur, & Adamantem lapidum omnium aduersus quemlibet iustum peruvicacissimum, hirci sanguis tabefacit. Consimilimodo Stygis aqua vngulam equi superare non potest. hac enim sola ita continetur, ut vasculum non findat. Fuerit ne hoc veneni genere enectus Alexander Philippi filius, pro comperto non habeo: memoria certè proditum scio.

Idem vno versu Iustini, quem iam suprà posui. Strabo in Arcadia lib. 8. extremo: Propter Penum est etiam ea, quæ Stygis dicitur aqua, stillicidium aquæ perniciose, quam sacram habent. Plinius lib. 2. cap. 103. Iuxta Nonacrim Arcadia Styx, nec odore differens, nec colore, epota illico necat. Et lib. 30. cap. 16. Vngulas tantum mularum apertas, neque aliam vllam materiam, qua non perfrondetur à veneno stygis aqua, cum id dandum Alexandro M. Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Plutarchus alini vngulam vocat. & in Alex. ὅς χαλκός. Plinius lib. 10. de ἡμίονες pro ὅς legit. Aelianus in cornu Afini Scythici seruatum ait, & à Sopatro, Alexandro M. animal. ca. allatum, ab eoque Delphis Pythio cum hoc epigrammate consecratum:

Σοὶ τὸδι³ Ἀλέξανδρε Μακεδῶν κέρας ἀνθετο Παγάν

Κάνθων⁴ Σκυθικός * κτῆμα τὸ δαιμόνιον.

ἢ Στυγός ἀρχέραντ⁵ * λύσινο⁶ οὐκ εἰδαμάση,

Πένυμαλ⁷, Βάσαζενδή⁸ θάτ⁹ ηνόρεην.

Hoc tibi Alexander Macedo mirabile cornu

Dedicat, ὦ Ποέαν, ex astino Scythico

Illæsum quod aquam Stygis est pote claudere solum,

Inuictamq; alias vincere vim laticis.

* σχέμα.

* λύσινος

* λύσινο-

δη

* λύσινος

Nemo quod meminerim præter Curtium notauit Aquam stygiam in Macedonia existere.

Non subijcam hic quæ noster Andreas Schottus nobilissimus scriptor, in parallelis docte¹⁰ annotauit de hoc veneno, à nobis iam pleraque prælibata, sed ille plenius omnia, quem videbis, pag. 126. pt.

REGNUM ENIM MACEDONIAE ANTIPATER ET GRAECIAM QVOQVE IN VASIT) Iustinus Antipatrum mortuo Alexandre consilio publico procerum per Aridaeum & Perdiccam Macedoniæ præpositum affirmat in xiiii. Dexippus Macedonibus, Græcis, Illyrijs, Triballis præfectum ait. Orosius: Antipatro, cui Gracia sorte obtigerat. Diodorus Siculus: Macedonia, inquit, cum vicinis populis Antipatru attribuitur. Paulianas etiam testatur commissam Antipatru imperij administrationem, in Macedonia nempe & Gracia, Non inualit ergo Græciam Antipater, sed Graci, & inter hos primi Athenienses ipsi bellum mouerunt. Pausaniam adi. p. 20.

Teftis horum etiam Iustinus lib. 13. p. 137. & ex illo Orosius, plura de eodem argumento Diodorus in xvii.

SOBOLES DE INDE EXCEPIT) Cassander Antipatri filius successit quidem patri, sed non ex testamento vel decreto patris, nec statim à patris morte. Aridaeus enim sex annis auctore Iustino & Diodoro, qui sex menses addit, regnum Macedonia post Alexandri mortem obtinuit, nec Cassander curator regū, nec supremus Macedonia dux institutus fuit. Sed Polyperchon seu Polysperchon vt à * Siculo appellatur. Polypérchon vbi Cassandri co[n]atus animaduertit, vt p. 625: Macedones in potestate haberet, Olympiadem Alexandri matrem ex Epiro, quo confugerat, reuocat, quæ impotenter abusa imperio in Cassandi stirpem & priuignum Aridaeum eiusque Euridicen vxorem defœuit, omniumque animos ab se abalienauit, quod Diodorus testatur, p. 659. l. 19.

Hoc cum Cassander cognovisset, cum ingenti exercitu in Macedoniam properauit: quæ Olympias fugiens cum magno fœminarum agmine Pydnam se contulit: Occupata Cassander Macedonia pulso Olympiadem etiam ad deditiōnem coegit.

INTERFECTIS OMNIBVS QVTC. ALEX. ETIAM LONG. COGN. ATTIGERANT.) Cùm Alexander Babylone extinctus esset, reliquit imprimis superstites matrem Olympiadem, sororem Cleopatram, Alex. Epitrotæ olim coniugem, Herculem ex Barsine, Alexandrum postea natum ex Roxane, Thessalonicens Philippi Amyntæ filiam Alexandri ex Philippo sororem: Iunius Aridaei filiam atffirmat. Aridaeum fratrem, & q[ui] in Macedonia post Alexandrum regnauit; Euridicen vxorem Aridaei, nouem omni[n]d corpora. Quomodo tinguli exhibit perierint exponit. Atque de nece Aridaei & Eurydices, quos quidem Olympias interfecit, Diodorus narrat. Nunc de Olympiade quo fato perierit cognoscamus. Cùm Cassander Pydnam arcta obſidione ita premeret, vt obſensi cum Olympiade fame propè conficerentur, ipsa se victoris arbitrio permisit. qui fugam ei fuaſit; recusantem & cauam apud Macedonas dicere parentem interfecit, veritus ne flecteret Macedones. Nata ita Diodorus: Olympias igitur de rebus suis pag. 693.

desperans, legationem de pacificatione ad Cassandraum mittit. Cumq; arbitrio victoris se permittendam censisset, agre obtinuit, vt corporis tantummodo incolumentem haberet exemptam. Hac vrbe potitus Cassander, qui Pellam & Amphipolim quoque reciperent, misit. Monimus ergo, qui Pellam tenebat, statu Olympiadis cognito, vrbum dedidit. Aristonous verò regiam tutari causam initio statuerat. Cum & muleros in armis haberet, & nuper felicem habuisset successum, paucis enim diebus ante acie cum Crateua duce Cassandi collata, plurimos hostes ceciderat, ipsumq; Crateuam, cum duobus milibus in Bisaltia vrbum Bedym fuga elapsum, copys eo translati obsederat, & expugnatum, armisq; exustum, data acceptaq; sive dimiserat. His rebus elatus dum Eumenem quoque superesse arbitratur, Alexandriq; & Polyperchonis auxilia sibi non defuturas sperat, Amphipolim se traditurum negat. Simulac verò per literas Olympias fidem ab eo datam reposcens vrbum restituere iusit, imperatis obsequendum arbitratus, & vrbum tradidit, & incolumentis fidem accepit. Sed Cassander in magna illum dignatione ob honores ab Alexandro tributos esse videns, cum alias è medio tollere, qui cunque noui quippian moliri possent, maturaret, propinquorum Crateuas opera hunc etiam interfecit. tum consanguineos ab Olympiade sublatrum instigauit, vt in omnium Macedonum conuentu mulierem accusarent. Hi mandatis conficiendu operam nauant sedulam, at licet neque adesset, neque qui causam pro se agerent, haberet: Macedones tandem capite multandam decernunt. Ibi missis ad Olympiadem quibusdam amicorum, vt clam se subducat, consulit, se nauit ad hoc parata Athenas deportaturum illam pollicitus. Id verò non idè factum, vt saluti eius consuleret, sed vt fuga se dignam professa, si inter nauigandum periret, iustum incurrisse vtionem putaretur. nam & dignitatem eius, & inconstantiam Macedonum reformidabat. Olympias contraria fugitam se negauit, & ad dicendam apud omnes Macedonas causam esse paratam respondit. Mezuens igitur Cassander ne si vulgus regina defensionem audiret, & Alexandri Philippiq; in totam gentem merita recordaretur, animos mutaret: ducentos milites rei maximè accommodatos ad illam mittit, absque mora necem malieri afferre iussos: qui subito in regiam domum irruptione facta, vbi Olympias in conspectum venit, maiestatem eius reveriti, negotio infecto pedem retulere. At occisorum propinquoi, vt & gratiam apud Cassandraum inirent, & necem suorum vlciscerentur, reginam iugularunt, qua tamquam nihil ignava muliebrisq; precis emisit. Ad hunc ergo modum Olympias, quæ maximam inter suæ etatis feminas dignitatem obtinuerat, & Neoptolemi regis Epirotarum filia; Alexandri, qui expeditionem in Italiam suscepit, soror; Philippi, qui potentia cunctos ante se Europa principes vicit, vxor; Alexandri deinde, quo nemo plures maioresve res gesit, mater fuerat, vitam suam finiuit. Cassander ergo dum ex animi sententia negotiorum procedit, spe regnum Macedonia complectitur. Ideo Thessalonice Philippi similiam, & Alexandri ex eodem patre sororem, in matrimonium ducit, affinem se ac necessarium regiae familiæ ostentare properans.

In fine libri 14.

Audiamus etiam Iustinum paululum à Diodoro discedentem: Hac cum nunciata Cassandra essent, statim citato cursu Pylnam venit, & ut bem obsidione cinxit. Cum fame ferroq; virgeretur Olympias, longæ obsidionis radio, pacta salute, victori se tradidit. Sed cum Cassandra ad concionem vocato populo sciscitatus, quid de Olympiade fieri vellent, subornat parentes interfectorum, qui sumptu lugubri ueste, crudelitatem mulieris accusarent; là quibus accensi Macedones, sine respectu pristina maiestatis, occidendam decernunt: immemores prorsus, quod per filium eius, virumq; non solum vitam ipsi interficiatos turam habuissent, verum etiam tantas opes imperiumq; orbis quefissent. Sed Olympias vbi obstinatos venire ad se armatos vident, ueste regali, duabus ancillis innixa, vltro obviam procedit. Qua visa, per iussores attoniti fortuna maiestati prioris, & tot in eam memoriæ occurribus regum suorum noninibus, substiterunt, donec à Cassandra missi sunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium, nec vulnera, aut muliebriter vociferantem: sed virorum more fortium, pro gloria veteris prosapia, morti succumbentem, vt Alexandrum posset etiam moriente in atre conspicere. Insuper expirans, capillus & ueste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri. Hac Iullinus. Merita est Olympias vt male periret, scemina feræ propior quam homini; quoties per literas instigauit Alexandrum filium ad cædem eorum quos oderat: vt Alexander etiam matri rescriplerit, illam nimis magnum pretium propter decem mensium hospitium exigere: fortium nempe virorum cædem & funera, quot illa Macedones dum imperfecto Aridaeo regnaret, interfecit. Omnes feras immanitate longè superauit Olympias, testem accipe* Paulaniam: Postea verò, inquit, Alexander Neoptolemi filio in Lucania extineto, Antipatri metu in Epirum reveram Olympiadem Aeacides Arybbæ filius cum alijs est officiis prosecutus, tum verò eam suis copys iuuit ad bellum cum Aridaeo & Macedonibus gerendum, atque ita inuitus etiam ac sequi recusantibus Epirotis. Olympias victoriam adepta, multa in morte Aridaeo inferenda, pluraq; ac magis nefaria, dum Macedones infectatur, immanitas exempla edidit. quo minus cuiquam mirum fuit, eam paulo post graves quidem, sed meritas sceleris & crudelitatis suæ Cassandra pœnas dedisse. Eius certè iniuria Aeacida, quo minus statim ab initio in regnum ab Epirotis recuperetur, maximè obfuit.

Et in Arcadicis: Philippo interempto rege & marito Olympiadis, parvulum eius filium, quem ille ex Cleopatra, cui pater fuerat Attali frater, suscepserat, vna cum matre in æneo vase ignibus circumdatius cruciatum Olympias cremauit. En alteram Medeam, imò atrociorē, quæ innocentem regum

pue-

pag. 203.

Hoc præclarè. Sic ante Luretia cedit, sic Julius Caesar in Cœlia. pag. 9.

Puerum feruenti coxit aheno. Eadem paucis post annis Arideum etiam de medio fustulit. Habes de Olympiade cum Arideo & Euridice. Libet etiam effigiem ex antiquis monumentis subiicere.

OLYMPIAS ALEXANDRI MATER.



Diodorus. Animum quidem Cassander induxerat, Alexandri filium, Roxanenq; matrem eius interficere, ne quisquam successor in regno supereret. At cum in præsentia, qui vulgi sermones essent de cade Olympiadis aduertendum statueret, nec dum aliquid de rebus Antigoni exploratum haberet, Roxanen tum puer in arcem Amphipolis translatum custodia tradit: cui Glauciam, ex illis quibus fidem haberet, vnum prefecit. pueros etiam ad eundem coniunctum adhiberi solitos auulsi, cultumq; vita non amplius regium, sed ad cuiusvis priuati conditionem restrictum esse iuss:t.

Et infra de utriusque nece: Cassander equidem cum Alexandrum Roxanæ adolesceret videre, & sermones per Macédoniam à quibusdam spargerentur, decere, vt puer, è custodia producto, regnum paternum traderetur, sibi ipsi metuens, Glaucia custodia prefecto imperauit, vt Roxanen obtruncaret cum rege. Et cadaveribus occultatis factum nemini mortaliū enunciaret.

Habes de Roxane & Alexandro F. de Barsine & Hercule, restant Cleopatra & Thessalonice. hanc Antipater Casandri F. Antipatri nepos, matrem inquam suam impius matricida trucidavit. Post Cassandri regis, inquit Iustinus, filijq; eius Philippi continua mortes, Thessalonice regina, vixor Cassandri, non magno post tempore ab Antipatro filio, cùm vitam etiam per vbera materna depre- l.16. initio taretur, occiditur. Causa parricidij fuit, quod post mortem mariti in diuisione inter fratres regni, pro- ipso p.136. pensior fuisse Alexandro videbatur. Quod facinus eo grauius omnibus visum est, quod nullum materna fraudis vestigium fuit. Quamqua in parricidio nulla satie iusta causa ad sceleris patrocinia praetexi potest.

Et Pausanias in Boeoticis: Restituisse vero Thebas Cassandrum crediderim Alexandri maximè odio. eius enim domum totam funditus euertere contendit. nam & Olympiadem Alexandri matrem ipsi Mace- P. 243. 222 donum, qui in eam acerrimi flagrabant odij, lapidibus obruendam tradidit: & Alexandri filios, Hercu- te mi- lem ex Barsine, Alexandrum ex Roxane suscepitos, venenis perenit. Neque ipse tamen satis fortunatus è vita discessit. ex morbo enim aqua subter cutemfusa; viuens etiamnum erumpentibus vndique vermis bus extabuit. Ex eius vero liberis Philippum natu maximum, regno iam inito, tabida corporis lues

lues sustulit. cui cùm successisset Antipater, Thessaloniken matrem interfecit. Philippo Amynta filio, & Nicaspolide genitam. Parricidij ea fuit causa, quod ea plus benevolentia Alexandro, qui erat Antipatri liberorum minimus, impertiret.

Superevit ultima stirpis Cleopatra ab Antigono cum Cassandro interfecta, uti Siculus denarrat: *Dum hac geruntur, Cleopatra Antigono infensa, propensione sua ad Ptolemaum inclinavit, Sardibusq; vt transportaretur ad ipsum, exceperit. Erat hac Alexandri Persarum debellatoris soror, Philippi Amynta nata, & Alexandri, qui expeditionem in Italiam suscepserat, coniux. Ob generis ergo nobilitatem Cassander, & Lysimachus, Antigonos etiam & Ptolemaeus, denique praestantissimus quisque ducum, post Alexandri obitum eius matrimonium ambiebat. Cum enim Macedones coniugium hoc seculi aturos vnuquisque speraret, familiam regiam, tanquam summum hac ratione imperium ad se translaturus, affectabat. Ad Sardium praefectus, cui attinenda Cleopatra mandatum dederat Antigonos, discessum eius inhibebat. Et principis deinde iussu muliercularum quarundam operâ dolose illam necauit. Antigonos verò se necis auctorem diffamarci nolens, quasdam ex mulierculis, quasi virtute illias infidias, capite plexit, & funus regia munificentia curauit. Talem ergo Cleopatra, certatim à nobilissimis ambiis ducibus ante nuptiarum conciliationem, vita exitum sortita est.*

Itaque tota stirps Alexandri, partim ab ipsa Olympiade, partim Cassandro, partim deniq; ab Antigono funditus excisa interiit. Nec Cassandri genus perennauit. Reliquerat Antipater tres filios Cassandru, Iollam, Philippum. Cassander itidem tres, Philippu, Alexandrum, & Antipatrum,

p. 136. lib.
16. vel edit.
Glareani
p. 151.

qui oës post paucos annos, cum tota etiâ familia, perierunt, uti cœlestis vindicta talionē parricidis & sicarijs per Demetriū reddidisse videatur. Iustinū audi hunc locū ita concludentē: Ob hac igitur Alexander in vltionem materna necis, gesturus cum fratre bellum, auxilium à Demetrio petit, nec Demetrius spē inuadendi Macedonici regni moram fecit. Eius aduentū verens Lysimachus, persuadet genero suo Antipatro, vt malit cum fratre in gratiam reuerti, quam paternum hostem in Macedoniam admitti. Inchoat am igitur inter fratres reconciliationem cum præfensi set Demetrius, per infidias Alexandrum interficit: occupatoq; Macedonia regno, cädem apud exercitum excusaturus, in concionem vocat. Ibi priorem se petitum ab Alexandro allegat, nec fecisse se, sed occupasse infidias. Regem autem se Macedonia, vel statim experimentis, vel causis iustiorum esse. Patrem enim suum & Philippo regi, & Alexandro Magno socium in omni militia fuisse. Liberiorum deinde Alexandri ministrum, & ad perseguendos defensores ducem extitise. Contrà Antipatrum auum horum adolescentum, amariorem semper ministrum regni, quam ipsos reges fuisse. Cassandrum verò patrem extinctorem regia domus non fæminis, non pueris pepercisse, nec cessasse, quoad omnem stirpem regia sobolis deleret. Horum scelerum vltionem, quia nequifset ab ipso Alexandro exigere, ad liberos eius translatam. Quamobrem etiam Philippum Alexandrumq; (si quis manum sensus est) non interfectores suos, ac stirpis sua, sed vltiores eorum, Macedonia regnum tenere malle. Per hac mitigato populo, rex Macedonia appellatur. Lysimachus quoque cum bello Doriceti regis Thracum premetur, ne eodē tempore, & aduerjus Demetrium dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte Macedonia, qua Antipatro eius genero obuenerat, pacem cum eo fecit. Igitur Demetrius totis Macedonia viribus instructus, cùm Asiam occupare statuisset, iterato Ptolemaeus, Seleucus, & Lysimachus experti priore certamine quanto vires concordia essent, pacta societate, adiunctiq; exercitibus, bellum aduersus Demetrium transferunt in Europam. Hū comitem se & belli socium iungit Pyrrhus rex Epiri, sperans non difficilius Demetrium Macedoniam amittere posse, quam acquisierat. nec spes frustra fuit: quippe exercitu eius corrupto, ipsoq; in fugam acto, regnū Macedonia occuparat. Dum hac aguntur, Lysimachus generum suum Antipatrum, regnum Macedonia ademptum sibi socii fraude querentem interfecit, filiamq; suam Euridicen, querelarum sociam in custodiā tradit, atque ita vniuersa Cassandri domus, Alexandro M. seu necis ipsius, seu stirpis extincta pœnas partim cœde, partim suppicio luit.

CAETERVM CORPVS EIVS) Fini Curtius totam historiam cum corpore Alexandri, pri-
mum Memphis Aegypti, deinde Alexandriam translato, de qua re supra quidem ex Aeliano
retulimus; hic omnia pleniū ex Diodoro explicabimus, & Alexandrum cum Curtio Alexan-
driæ relinquemus; nec enim hic vlerius est progressus. Cūm incredibili enim pompa compa-
ratus ab Aridæo currus est, in quo collocatae Alexandri exuiae corporis Alexandriam sunt de-
portatae.

Ergo Olymp. cxi v. anno 111. Philocle Athenis Archonte, Romæ Cosl. C. Sulpitio & Q.
Siculus lib. Aulio, Arrhidæus corporis Alexandri deportationi praefectus, curru quo regium cadauer transuebendum
28. p. 608. erat iam projecto, ad translationem eius se preparabat. Quia vero ita opus illud concinnatum erat, ut Alex-
andri maiestate dignum fuit, nec solū magnificientia impensarum (multa enim talentis constat) alia
longè superauit, verum artificij quoque excellentia celeberrimum fuit; aliquid de eo literis commendare
bonestum iudicamus. Principio autem, cadaueri loculus mallei ductura ita fabricatus erat, ut probè qua-
draret, quem usque ad medium aromati, qua & fragrantiam & durationem cadaueri præberent, refer-
serant. Supra capulum, aureum erat tegmen exactè adaptatum, quod summum circumquaque ambi-
tum complectetur. Suprà hoc circumiecta erat chlamys punicea, per quam decora, & auro variega-
ta, iuxta quam arma defuncti posuerant, eo confilio, ut speciem illam totam rebus ab eo gestis accommo-
darent. Tum pilentum, quo funus transuebendum erat admouerunt: in cuius vertice aureus fornix,
Iqua-

Iquam à habens è lapillis nobilibus coagmentata, 8. cubitum latitudine & longitudine 12. extrectus erat; Huic fastigio subiectum erat solum ex auro, figurā quadratum: in quo Tragelaphorum capita expressa, q̄d aurei binorum palmorum circuli annexi, vnde corolla ad pomparam concinnata varijs coloribus pulcherrimè tanquam flores remidebant. In summo fimbria exstabat reticularis, tintinabula eximia magnitudinis continens, vt ex longiore interualllo sonus ad propinquantium aures perferretur. Ad angulos testudinis fronicata in singulis lateribus vitoria stabant tropaeum gestans, peristylum, quod forniciem excipiebat, ex auro conflatum Ionica capitella habebat. Extra quod aureum rete crassitudine contextus digitali, tabulas ex ordine 4. animalibus depictas & parietibus equales prefereret. In prima erat currus tornoe laboratus, & residens in hoc Alexander, sceptrumq; manu decorum tenens. circa regem satellitum erat armis instructum, hinc Macedonum, inde Persarum malfororum: & ante hoc armigeri. In secunda stipatores sequebantur elephantes, bellico ritu exornati, qui in fronte indos, in tergo Macedones, armis consuetis induitos vehebant. In tertia visebantur equitum turma, qui conglomerationes acierum imitarentur. In quarta naues ad pugnam expeditas stabant. ad testudinis ingressum aurei leones ad intrantes resperabant. Medium columna vniuersi cuiusque aureus obtinebat acanthus, paullatim ad capitella se usque extendens, supra cameram, circa verticis medium aureus crat tapes subdialis, auream oleacoronam habens magnitudinis eximia, quam sol radiis suis verberans, fulgidum tremulumq; efficiebat splendorem, vt fulguris ex interualllo speciem exhiberet. Sella testudini subiecta axes duo suberant, quos circumvoluerbant Persica rotæ quatuor: quarum modioli radii inaurati erant. Pars autem terram allapsu contingens ferrea: extrema axium prominentia, constabat ex auro, leonumq; facies hastam mordicus tenentes præferebant. Circum medianam verò longitudinem in medio fornice mechanica arte polus (cardo) adaptatus erat, vt per hunc testudo in successionibus & iniquitate locorum sine iactatione esse posset. Quatuor temones cum essent, vnicuique ordo iugorum quadruplex erat adiunctus, quaternis mulis iugo alligatis, ita ut omnium mulorum numerus esset LXXV. robore ac proceritate corporis selectissimorum. Quisque horum corona deaurata redimitus erat, & virisque maxilla tintinabula ex auro, & monilia gemmis constipata collis appensa erant. Huiusmodi apparatum currus habebat: qui aspectu magnificientior quam fama, celebritate vbique perulgata multos attrahebat spectatores. Nam populus ex urbibus ad quas identidem peruentum esset, ceteruatim occurrit, & rursum funus deducens spectandi voluptate exsaturari non potuit. vtque consentaneum erat, tanta magnificētia, ingens opificium, & aliorum qui vias aperirent, & pompam deducerent, multitudo comitabatur. Atque sic Arridaeus biennio in operis structura consumto, corpus regis è Babylone in Aegyptum deportauit, ubi Ptolemaeus in honorem regis, cum exercitu ad Syriam usque obuiam processit, & acceptum corpus maxima cura prosecutus est. Illud enim in presenti ad Hammonem non transuehēre, sed in condita ab illo urbe omnium ferè per totum orbem clarissima, depolare secum constituerat. Quapropter delubrum, cum magnitudine, cum structura, maiestate & gloriæ Alexandri dignum illi fecit: in quo exequiarum iustus & sacrificiis heroicis, ludisq; magnificentissimus sepultum veneratus, non ab hominibus tantum, sed dīs etiam remynerationem præclararam accepit. Homines enim liberalitate ac animi magnitudine Ptolemai inuitati, vndique Alexandriam confluebant, magnaq; animorum alacritate nomina sua ad militiam (cum tamen regius Ptolemaeo exercitus bellum inferret) profabantur. Et licet magna iam pericula manifestè imminenter, suo tamen discrimine omnes efficiebant prompti, vt salus eius integræ maneret. dī verò propter virtutem & aequitatem erga omnes maximis ereptum periculis conseruarunt.

De eodem paucis verbis Eulathus ad Dionysium: ἡ τὸ Μακεδόνα Αλεξάνδρος διμόνιον πόλις, οὐ δέ φη, Πτολεμαῖς κομισαντ, τεθεῖς εἰ πτυχὴ χρυσῆ. ἐν συλήσας Κόκκινο ἐπικληθεὶς παρέταχος Πτολεμαῖ, εἰ διατί πτυχὴ τὸν νεκρὸν θέτο. Cuius quæ ab Alexandro Macedone cognomen accepit, in qua & situs est, deferente Ptolemaeo in aureo solio collocatus, quod postea Ptolemaeus Coccoes, cognomento Parisactus seu aduena sustulit, qui surrepta aurea vrna in vitrea illum depositit.

Augustus Imperator cum Alexandriæ corpus Alexandri M. prolatum è penetrali subiecisset Sueton. ad Augusto c. 18. p. 746
oculis, corona aurea imposta ac floribus alpersis veneratus est: consultusque num & Ptolemaeum Seuer. lib. 21. p. 328:
inspicere velle regem, ait, se voluisse videre, non mortuos, perinde quasi viueret adhuc Alexander, & Iolus regio nomine dignus esset. Dio Cassius addit tacitam quoque ab illo particolam nasi & fractam. Alexander Seuerus cum Alexandriam venisset Alexander monumentum Xiphilium clausit, ne quisquam corpuseius videret in posterum, neve ea, quæ in eo scripta sunt, légeret, Seuer. lib.
Pat est ergo vt nos quoque cum monumento nostros labores finiamus & claudamus.

Namq; opus exegi, quod numinis ira, vel ignes,
Vel tinea poterunt, vel edax abolere vetustas:
Omnia si chartis parcant, tamen ultima mundi
Omnes ingenij delebit flamma labores.

Δέξας Δεῦ, μερόπεσοι χάρης, χατάπαυμα θευχής;

INDEX IN Q. CVRTII

HISTORIAM, RERVM MEMORABI-

LIVM COPIOSSISSIMVS.

A

- A** Barita qui 6. 6
 Abaron fluvius 616. Abij qui 440
 Abisares India rex dedere se Alexandro reformidat. 567. eius inconstantia 568
 Abdalonynus homo priuatus fit rex Sidonis 116. & 120
 Abisaris India rex Alexandro deditur 550
 Absidem vbi Alexander posuerit 290
 Acarnania vbi sita 26. eius bellicositas ibid.
 Acesines India fluvius quantus 525
 Acidalus corrigitur 52. 62. Modium reprehendit 452
 Achaia duplex & vbi sita 158. eius vrbes ibid. & seq.
 Achilles Briseida amauit & quomodo 501
 Acies Alexandri contra Darium 76
 Acies versatilis qualis 232
 Acies Pori & Alexandri 559
 Acinaces Scytharum gladius, pro numine ab ipsis cultus 31
 Adorationis diversitas 504
 Aduersa homines pios faciunt 590
 Adulatores multos reges perdiderunt 21
 Adulator sacerdos Louis Hammonis Alexandrum filium Louis appellat 180
 Adulator hoste peior 504
 Aegypti Persis infest & cur 166. & 168. eorum mos in curandis cadaveribus 677. quibus paruerint 169. syderalis scientia peritiati iactabant 202
 Aestus maris unde & qualis 349. 614. quomodo eum Romani appellarent 350
 Aetas quot annos capit 479
 Aetolia Gracia gens fortis 26
 Aethiopes quomodo capiant elephantos 577. & seq.
 Aduersa vulnera honesta 85
 Agasones qui 510
 Agathoclis modestia 119. bellum cum Carthaginem sibus 144. solertia 202
 Agema quid sit 229
 Agis Lacedemoniorum rex quis 123. vincitur ab Antipatro Alexandri duce 326 & seq.
 Agidis adulatoriis dictum ad Alexandrum 505
 Agmen Persarum quod ordine procedere solitum 32
 Agriani ceduntur 607
 Alarici stratagem 363
 Alciati emblemata armis Mediolanensem, in prolus ca. 8.
 Alexandria conditur 183. quanta & quam insignis vrbs 184. eius situs 185. & 188. eius hodiernus situs & status 185
 Alexander Magnus unde genus traxit 1. regnum vicennis capessit 2. Triballos & Illyrios superat 2. in Asiam traicit 3. Persas deinceps, ibid. Miletum superat ibid. Pamphilia mare transit 6. Legatis Atheniensum respondet 9. Gordiani

nodum quomodo soluerit ibid. ad castra Cyri venit 42. Pylas intrat & stultitiam hostium miratur 46. Tarsum Cilicia conseruat ibid. vita periculum ob litionem 48. suis quam maxime carus 48. & seq. Solos urbem & alia loca occupat 58. & seq. sollicitudo contra Darium pugnatur 70 & seq. eius prudentia in instruenda acie contra Darium 76. oratio ad milites 77. pugna contra Darium 81. Darium vrget 83. Vulneratur 85. sequitur fugientes 88. castra Darii occupat, eiusq; vxorem & proles capit 88. centum milia Persarum cadit ibid. Darii vxorem captiuam consolatur 94. eam ipsem vissit at 97. moderatio eius laudatur ibid. prospicit pudicitia & captiuarum ibid. cum Dario comparatur illiq; praeferunt 100. Aradum insulam capit 110. rescribit Dario 110. eius epistola 115. à Tyriis vrbe excluditur 124. eos obsidet 136. in Arabiam tendit ibid. eius clas is contra Tyrios 140. de Tyri occupacione propter modum desperat 146. eos classe vincit 148. vi superat & extindit 150. Gazam obsidet 144. & seq. cum magno vite & periculo capit 16. Louis Hammonis templum cum magno vite & periculo adit 167. vult Louis filius appellari ibid. & seq. & 180. Memphis occupat 16. Alexandria condit 183. Aegyptum prefectis committit 183. ad Euphratem & Tigrim tendit 195. eius perpetua felicitas ib. & 197. responsum legatis Darij pacem petens datu 212. 214. Panicu terrorē exercitus excutit 219. non noctu, sed claro die pugnandū censet 221. ordo exercitus eius pugnaturi 228. pugna cum Dario 241. & seq. victoria 248. Arbel a occupat cum omni regia suppellectile 254. Babylonem deditio ne occupat 257. copias auget & regnum Babylonis satrapis committit 273. Susa occupat cum thesauro 277. matri Darij vestes donat, eamq; consolatur 279. Vxios subigit 280. ad preces matris Darij ipsi veniam & iniunctatem concedit 81. Persidem petit, sed cum clade regredi cogitur 283. alia tamen via illam intrat ibid. Persepolim properat 291. capit & spoliat 295. incendit 301. Pasagardas capit 297. interiora Persidis petit 298. eius multa virtutes 300. Medianum intrat & supplementum accipit 303. Darium persequitur 319. in maxima siti & quam oblatam respuit 323. ebrietati & voluptatis se dedit 328. animat milites ad ulteriorem profectionem 331. & seq. enumerat gentes & se deuictas 336. Hyrcaniam petit 340. Persarum Satrapas in fidem accipit 351. Mardos servam gentem domat 353. cum Amazonum regimur concubit 356. totus abit in vita, & leges mutat 359. habitum mutat. ibid. & seq. Persicum habitum assumit, & luxum imitatur, & cur 361. quot pelicos aluerit ibid. in Bessum castria monet 362. Satibarzanem satrapam desicen-

INDEX

tem persequitur ibid. sarcinas comburit ibid.
 rapem expugnat 362
 Artacarnam oppugnat & ciubus ignoscit ibid.
 Drancas adit 365. insidijs petitur 367. Philotam
 apud milites coniurationis accusat 374. eius
 duces omnes in luxum effusi 389. Philotam cum
 alijs coniuratio occidit 391. item Alexandrum
 Lyncestem 397. Amyntam absolvit ibid. Pa-
 ropanisadas adit 410. Alexandriam condit
 pro veterana iuxta Caucasum montem 413.
 in Bactrianos tendit exercitu inopia laborante
 422. in illa regione octo vrbes condit 424.
 Bessum persequendo in aqua penuriam incidit
 426. Oxum flumen vribus transit 429. Bran-
 sidarum oppidum excidit 432. Bessum captum
 occidi iubet 436. vulneratur 435. Maracanda
 vrben occupat 438. Scytharū legatos audit 439.
 periculum apud Sogdianos 441. ad Tanain vr-
 bem condit 444. cum Scythis bellum gesturus
 ad superstitiones deuoluitur 445. Scythes inua-
 dit 463. & seq. triginta dannatos liberat 467.
 Sogdianos subigit 470. leonem interficit 478.
 Clitum temulentus occidit 481. & seq. eius ob
 hoc sera pœnitentia 488. arduā quandam petrā
 expugnat 491. Gazabam petit & horrendam
 tempestatem experitur 497. Roxanem vxorem
 ducit 499. iter in Indiā adornat 502. vult Deus
 credi 504. in eum coniuratio Hermolai & alio-
 rum 509. irrita ibid. eius apophthegma 510. con-
 iuratos capit 512. Hermola respondet 517. eum
 occidit & Callisthenem philosophum, quæres ei
 peperit inuidiam 518. in Indianam mouet 521. eum
 deuincit 535. Nyssam oppugnat & occupat 536.
 varias vrbes capit 539. vulneratus hominem se
 fatetur 540. Aornum petram occupat 543. &
 548. usque ad Indum penetrat 543. Hydaspen
 transire nititur 553. & superat stratagemate
 554. Porum India regem vincit & capit 556. ei
 parcit & maiorem regem facit 557. duas vrbes
 ad Hydaspen condit 567. interiorem Indianam pe-
 rit 568. ad Hypasim peruenit & Phegelis regnum
 ditione occupat 573. vult ulterius ad Gangem
 rendere inuitis militibus 575. signat terminos
 expeditionis sua & retrocedit 583. duo oppida
 ibi condit ibid. multa oppida vi occupat 584. pe-
 riculum in flumine ibid. eius periculum apud
 Oxydracis 589. difficilis & periculosa curatio
 594. monetur ne se in periculum conuiciat 596.
 eius responsum 597. varias India gentes expug-
 nat 604. eius nimium gloria studiū 612. Ocean-
 um Indicum nauigat ib. & 613. apud Aracho-
 sios vrben condit 617. defectores vincit & pu-
 nit 619. Bacchi triumphum emulatur ibid. sex-
 centos milites occidit 622. eius infinita molatio-
 nes 623. Cyri sepulchrum auti spe delalus frustra
 aperit 628. Orsinem Persarum immeritum occi-
 dit ibid. eius crudelitas & cruentitas taxatur
 630. de eius nupris multa 632. soluit as alienum
 suis exercitus 634. seditione militare sedat 635.
 monetur a variis, & varijs prodigijs terretur
 ne Babylonem intrat 542. & seq. ante mortem

quid dixerit & fecerit 642. morbove an veneno
 perierit 644. an crupula ibi. eius bilacitas ibid.
 varios ante mortem audit legatos 643. annu-
 lum signatorium Perdicce tradit 642. & 645.
 quid hoc facto voluerit ibid. quam diu insepu-
 tus iacererit, & cur 646. quando mortuus ibid.
 eius virtutes, fortuna, fama & gloria 650.
 sex funebres orationes in eum ibid. castior in
 sœminas quam viros fuit 652. eius ex Arriano
 encomium ibi. Iesus philosophorum in illum 653.
 dissensio principum post eus mortem 658. diui-
 si regnorum eius inter principes 669. eius stirps
 tota funditus excisa pergit 682. corpus eius Ale-
 xandriam delatum 682. Alexandri res gestas
 quinā scripserint In prolusionibus cap. 4. de e-
 ius nomine ibid. ca. 5. de eius cognomine ibid. 1. 6.
 eius res gesta per Olympiadis ibi. ca. 7. que mira
 si euenerint ibid. ca. 8. septuaginta vrbes con-
 didit ibid. qui honores illi viuo & mortuo habeti
 ibid. ca. 9. eius apophthegmata ibid. ca. 10. apoph-
 thegmata aliorum de illo ibid. cap. 11. epigram-
 mata varia ibid. 12. eius forma & corporis ha-
 bitus ibid. ca. 13. cum varijs imperatoribus, regibus
 & dys comparatus ibid. 14. quinam illum carpe-
 vint ibid. ca. 15.

Alexander Lyncestes quis & cur in vinculis habi-
 tus 397. & 399. occiditur ibid.

Alexander Molossorum rex, auunculus Alexandri
 Magni 486. in Italia bellum gerens occiditur
 ibid & seq.

Amynta varij 230

Amyntas perfidus & transfuga Persas deserit 128.
 ab Aegyptijs occiditur 121.

Amynta varij 166

Amyntas Alexandri prefectus 230. accusatur con-
 iuratio & se defendit 397. absolvitur 398.
 plura de eo 400. cruentam victoriā reportat
 de Bactrianis 490

Ancyra qua vrbs 14

Angaria unde dicta 30

Aman quibus artibus Hebraeos & Mardochaeum per-
 dere voluerit 373

Amanicæpyla vbi & quales 68. describuntur 69

Amazonum regina ad Alexandrum venit & cum
 eo concubit 355. eius cultus ibid. de ijs proli-
 xior dissertatio 356. an unquam fuerint 357

Animalia Indica 527

Aunona necessitas in bello 44

Andromachus præses Samaria ab incolis occiditur
 183. & 189

Annulus regum signatorius 645

Annus apud veteres quot dies habuerit 34

Antigonus regem se appellari iubet 675. occiditur
 ibid.

Aornis petra descriptio 543. unde sic dicta 544.

Antiochii actantia ab Hannibale irrisa 21

Antigonus Daris prefectos Lydiā tentantes sun-
 dit 122

Antipater Alexandri dux vincit Lacedamonios
 326. Alexandre inuisus 670. matrem suam oc-
 cedit 675

I N D E X.

- Antuerpiensem natus mirabilis 138
 Aquila regium insigne 37. eius origo ibid.
 Apophthema Alexandri regium 214
 Aqua stygia quid 643. & 678
 Aqua penuria Alexandri exercitum affigit 426
 Arabia vbi sita & quam fertilis regio 254
 Arachosia vbi 409
 Aradus in insula Phenicia 111
 Araxes fluvius vbi 287
 Arbelae vicus Darii clade nobilis vbi situs 193
 Ara Alexandri in India 466. 584. in Asia ad Pinorum annem 101
 Arbores India maxima 534
 Argentum factum ab insecto quomodo differat 107
 Ardeas in regem designatur 656
 Arimazes Sogdianus in crucem actus 472
 Argivaspides qui 229
 Ariana regio qua 408
 Ariaspis qui 408
 Ariobarzanes Darii in Perside prefectus occiditur 285. & 290
 Arioli à Cicerone traxi 447. varia eorū genera ib.
 Arion equus quis 26
 Aristander Alexandri aruspex 224. 445. 161
 Ariston Satrapacem Darii prefectum occidit 195.
 Perdiccam regem cap 656
 Aristoteles an Alexandro venenum paravit 644.
 eius praeceptor. in prolus. cap. 8
 Armiger quis 95. 374. eorum olim frequens vsus ib.
 Arsaces Parthorum regnum condidit 306. de eo plura ibid.
 Arsames Ciliciam vastat & cur 42
 Artabazus Darii prefectus fidelis, eiusque dictum 308. ultimum cum Davio colloquium 317. recipitur ab Alexandro 351. plura de illo 352
 Artaxerxes vestis quam pretiosa 38
 Artacarna regia Areorum 365
 Artes bellī & pacis qua 388
 Artes aulicae in perpenduū inimicis 573
 Aruspices unde dicti 447
 Aruspices & arioli quomodo differant, ibid.
 Afinus pro agasone ab Alexandro mactatus. in profusionib. ca. 8.
 Aspastis Persa desfectionem molitur 619. interficitur ibid.
 Assyriorum reverentia erga reges & principes 227
 Athesis fluvius Tiroleos 525
 Attalus Alexandri inimicus quis 378. occiditur 379. an fuerit frater Alexandri 386
 Attali diuersi 378
 Athenien estergueruntur recipere exiles 630. & cur 633
 Attinas cum trecentis ceditur 477
 Avaritia multorum malorum radix 207. & seq.
 Avarorum miseria 120
 Auenticum Helvetiorum oppidum solertia legati ab excidio seruatum 493
 Auentinus mira singit de exercitu Alexandri Magni 216
 Auerni laci descriptio 544. & seq.
 Augustus Imp. imagine Alexandri usq. in prolus. ca. 9.
- Auii Scytha qui 4:8. & seq.
 Auriferax an India 528. tribus modis ab Indis evanescit 529
 Axis quid sit 412
- B.
- B** Abylon se dedit Alexandro 257. eius descrip-
 pto 260. corrupti mores 270. à multis de-
 scripta ibid. eius condatores 261. in ea duæ regie
 262. muri eius quales 262. quam ampla 263. qua-
 lis in ea pons 264
- Bactriani populi imitantes 160. pro aliqua victoria
 contra Alexandrum nimis cito triumphum can-
 nunt 243. eorum potentia 312. regio describitur
 422. mille vrbes olim habuerunt 424. Ninus il-
 lius primus bellum intulit, ibid. unde dicti iuxta
 Goropium 423. & seq. Alexander apud eos octo
 vrbes condidit 424
- Bacchus cur Liber dictus 466. quot fuerint ibid. &
 539. exustus inter deos relatus 507. eius trium-
 phum Alexander imitatus 619. quod negat Ar-
 rianus 620
- Bagoas Eunuchus veneno regem suum tollit, & ve-
 nem bibere cogit 338
- Bagoas spado Nabazanem Alexandro conciliat
 355. Orsimi Persa mortem procurat 627
- Balenarum magnitudo 615
- Barbari Gracis qui 94
- Barbarorum dictum ad Alexandrum 437 & seq.
- Barcani qui 18.
- Barsene quis ab Alexandro ducta 105. eius filius post
 Alexandri mortem in regem postulatus 656
- Barzantes Drancarum praetor ad Indos fugit 366.
 Alejandro vincitus traditur 550
- Batis praetoris Gazensis supplicium 161
- Bazara in Indiae vrbs ab Alexandri duce capti 541
- Beati Rhenani hallucinatio 216
- Belephantes vates Alexandro mortem predicit 642
- Belgicalingua qualis 537
- Beli templum in Babylone quam magnificentum 262
- Bella debent esse rusta 114
- Belonis oratio in Philotam 388
- Belluarum conspectus ominosus 147
- Bellum & prelium quomodo differant 238
- Bessus Bactrianorum prefectus proditor 160. 304.
 311. eius simulata excusatio 316. Darium capit
 317. & valnerat 321. regium diadema sibi im-
 ponit 362. fugit Alexandrum 416. & seq. capi-
 tur 431. occiditur 436
- Bion transfuga Alexandrum depericulo monet 235
- Bilingues qui 434 in Taprobana an fuerint ibid.
- Bipennis quid 18
- Bidermanni epigramma de Friderico aenobarte
 in Cydro flumine submerso 50
- Biblus ab Alexandro occupata 116
- Bitumen vbi erumpat 254. quam firmum & tenac-
 256. erus copia circa Babylonem 257
- Boristhenes fluvius qualis 334
- Bosphorus Thracius quis 33. & 440
- Brachmanni Indorum philosophi 533. de his plura
 ibid.
- Branciarum excidium 432. unde dicti 433
- Buba.

I N D E X.

- Bucaces ipsado Darii unde nomen habuerit 314
 Buccina quid 33
 Bucephalus Alexandri equus mire docilis 354. capit
 tus à Mardis & redditus 353. dominum suum
 vulneratus deponit 557. maximè celebratus & in
 moriam eius vrbis exstructa 563. 582. unde si
 dictus in prolus. ca. 8. eius imago, ibid.
 C.
Caduceus quid sit 8
 Cadulii populi qui 218
 Cæsar is dictu visa. Alexandri imagine. in prolus. ca. 9
 Cambaia litoris natura 614
 Carnania que regio eiusque termini 620
 Canacula Romanorum quot lec̄tos habuerint 598
 Cœni oratio ad Alexandrum 579. quis fuerit 780.
 mors 582
 Charidemi Atheniensis de exercitu Darii iudicium
 20. consilium Dario datum 27. supplicium 28
 Calanus Brachmannas Alexandro mortem prædict
 642. eius cùm Alexandro colloquium 533
 Calanitas querula est 292
 Callisthenis imago 520
 Callisthenes obſtit adulatoribus qui Alexandrini
 deum credi volebant 503. eius grauitas Alexan
 dro inuisa 506. capit 512. occiditur 518. eius
 imago, 520
 Cambysis temeritas in educendo exercitu 66. expe
 ditio in Aethiopiam temeraria 169
 Canes India quam vasti 571. & seq.
 Canopicus sinus 69
 Capella avis qua 570
 Capitis velatio luctus indicium 210
 Caranus trophyum erigit 484
 Carnaria vbi sita 620
 Caroli V. Imp. laus & fortitudo 71
 Caroli Magni in Hispania periculum 44. peritia
 lingua Graeca 314
 Cartago quando condita 131 & à quo 153
 Carthaginenses animant Tyrios contra Alexan
 drum 30 nihil tamen præstant 144. eorum sa
 cra leges sacra 145
 Carthagena comparat Christum cum Alexandro. in
 prolusa. 8
 Cassander Alexandro venenum propinat 642. eius
 potentia 678. crudelitas ibid. & seq. Alexandri
 rebus gestis infestus ibid.
 Caspium mare quod 19. eius amplior descriptio 347.
 eius aqua dulcis & cur 349. Caspia portæ qua
 les. in prolusib. ca. 8
 Caſtra Cyri quis locus & vbi 42. & seq.
 Catilina exercitus quam fortis 85.
 Cauerna vbi bitumen erumpit 254
 Caucasus mons describitur 413
 Caunus oppidum Carie morbis infame 60
 Catonis temperantia in siti 427. & seq.
 Catenes insignis sagittarius Bessuni capit & vincit
 432. & 436
 Ceballinus coniurationem contra Alexandrum ini
 tam delegit 367. quibus modis peccauerit 373
 Cedri vſus in nauibus & cur 303
 Celene vrbis ab Alexandro Magno deuicta 5. eius
 descriptio 6
 Celeſtitulus ſeu cognomen Darii quid sit 112
- Celeritas Alexandri & Iulii Cæſaris, victorias pe
 perit 291
 Cetra quid sit 8
 Cerceta vbi sit 345
 Cheronea vbi Baotiae, & quis eius conditor 484
 Chaldaei qui & quales 31. 159
 Chærili duo, unus poeta, alter adulator 505
 Chosroes Persarum rex quam doctus 314
 Chalybes qui populi 346
 Chius inſula vbi sita & quam magna 159
 Christophori Columbi sagacitas ex Astronomia ex
 ercitu ſuo prouidentis 202
 Cedaris quid 39
 Choaphes fluuius vbi 277
 Chorines Alexandro ſe dedit 493
 Christianorum mos in floribus ſpargendis 258
 Ciceronis insignis ſententia de Superſtitione & diis
 gentilium 204
 Cilicia unde dicta eiusque ſitus 43. tres aditus ha
 bet 68
 Cedra quid 18
 Clafis Alexandri contra Tyrios 140
 Clafis quid sit 141
 T. Cladius occiſus praefentibus & non ſententibus fi
 liis 385
 Cleander ab Alexandro Magno ad conducendum
 nilitem mittitur 1. homo ſceleratus 6. Parme
 nionem ad necem ſuſtinendam, officio percuffori
 bus praefito, impellit 405. eius ſcelera & accuſa
 tio 622. mors ibid.
 Cleo adulator vult Alexandro tanquam deo thui a
 doleri 503. 506. eius peſtifera machinatio in Cal
 liſthenem philoſophum ibid.
 Cleophe regina Indorum ab Alexandro victa 539.
 & 542
 Clitus ab Alexandro occiſus 481. & seq. quis fuerit
 ibid. qualia fecerit pro Alexandro ibid. eius
 verba ad Alexandrum 481. arrogantia 483. ab
 Apelle depictus. ibid. maiestatis reus & quomodo
 486. eius cades Alexandro magnam conſlauit
 infamiam 487
 Colesyria unde ſic dicta 111
 Cobares magus ſuader Besso deditio nem 416
 Cohortanus ſe & ſua dedit Alexandro 499
 Columna Herculi & quales 128. 626
 Commeatus in bellu magna cura habenda 66
 Comparatio Spartanorum & Macedonum 326. &
 328. Alexandri & Darji 100
 Conimbricensium ſententia de fato 315
 Conſcientia vbi 397
 Conſilia quomodo danda 65
 Conſolatori qui dicantur 378
 Conuerſiones & circuſiones in acie varia 25
 Coniuia intempeſtiva qua 331
 Coniuix benevolentia multi perdi 373
 Copides quid 562
 Coqui cur odore paſci dicantur 57
 Cornua in acie duo 25
 Corona cingere vrbem quid 442
 Corona in vrbibus quid 591
 Coruus instrumentum bellicum quale 132
 Corui duces Alexandri in deſerto 176. & 174
 Corui captus Alexandro quid portenderit 161

INDEX

- Corylus species eiusq; descriptio 46
 Cossai latrones 218
 Creta que insula 123
 Cretenses vrina sicut sedarunt 427
 Craterus Alexandri dux contra Sogdianos 467. Alexander intimus 372
 Critorum virtutum 18
 Critobulus Alexandri medicus 594
 Culpm maiorum aliquando posteri luitit 433
 Cultus frugalitas in regibus commendabilis 50
 Cumani lacus descriptio 545
 Cuniculi in bellis qui 162
 Curru solis apud Persas qualis 34
 Curtius quis fuerit, quo tempore vixerit & scripsit. In prolationibus cap. I. Curtius varijs, ibid. iudicia & elogia variorum de eo, ibid. cap. 2. quod libros scripsit ibid. ca. 3.
 Curtius Phrases peculiares 206. quantus & qualis historicus 332 quando vixerit 666. eius regnum Alexandri inter principes diuisio 670. orationes artificiosissime 21
 Cydnus fluens quis & qualis 45. regibus fatalis 50. eius frigida aqua ibid.
 Cypri reges & ciuitates olim 627
 Cyrenenses Alexandro se subdunt 167. & 173
 Cyri sepulchrum ab Alexandro apertum 628. eius aeterna memoria 443
- D.**
- D**ædalagens Indica 540
 Damonium meridianum quid 348. & seq.
 Dahæ qui populi 216. & 454. capiunt Dataphernem & Alexandro trahant 495
 Damascus à Parmenione capitulū 101 quanta vrbs 102. vrbs antiquissima ibid. qua ibi visenda ibid. & seq.
 Dares & Entelli parœmia 425
 Darj quatuor 79
 Darius regn. & populos sibi subiectos ignorabat 20
 Darij exercitus contra Alexandrum Magnum quantus 15. & seq.
 Darius Charidemi Atheniensis bonum consilium suo male repudiavit 27. eius mite ingenium ibid. Charidemum iubet interfici 28. somnia 29. Thymondam conducto exercitu præficit ibid. in Ciliaciam properat 58. regressum fugam interpretatur 64. crudelitas in captiuos Macedonas 68. trepidatio in eis exercitu 73. eius acies contra Alexandrum 74. fuga 84. & 86. primum eius peccatum 42. epistola ad Alexandrum 110. item alia 154. bellum renouat 160. iterum Babylone copias colligit 191. Lycium traicit ibid. quantus eius exercitus 192. eius litera intercepta 207. vxor moritur & acerbe tam ab Alexandro quam Dario defletur 207. ultima eius legatio ad Alexandrum pacem petentis sed frustra 211. postrema acies contra Alexandrum 215. solicitude ante pugnam 224. oratio ad milites 236. strages & fuga 248. alia oratio ad milites 253. Medium intrat ibid. Ecbatanis ad ultimum certamen se preparat 303. eius exercitus ibid. oratio qua suos ad extreum prælium hortatur 306. Nabazarem proditionem occidere nititur, sed inhibetur 310. Grace sciuit 313. & seq. à Besso vincitur, sine ligatur 317. aureis compedibus ibid. seipsum occidere non vult 317 vulneratur à suis proditionibus 321 de ea re plura ex Plutarcho 323. morituri mandata ad Alexandrum 324
 Dataphernes vincitus traditur Alexandre 465.
 Davidis in siti tolerantia 42
 Defectio luna describitur 198. & seq.
 Delineatio loci ubi Alexander cum Dario conflixit 73
 Delta ubi 169
 Demarati Lacedemonij ad Xerxem responsum 22. prudentia ibid.
 Democritus recens cocti panis odore triduo vitam fugientem seruauit 57
 Demophoon vates Alexandro dissuadet oppidi cuiusdam oppugnationem 589
 Dentatus quot vulnera adulera ostentari 85
 Demosthenis dictum de superstitione 205. auctor belli inter Philippum & Athenienses 484. fuga ib.
 Descriptio petra apud Sogdianos ab Alexandro superata 472. item alterius 491
 Destituere quid sit 189
 Deus unde dictus 462
 Dialectus Græcorum varia, ut & Germanorum 383
 Dialogus Alexandri, Hannibalis & Scipionis apud inferos ex Luciano. In prolationibus ca. 14
 Dido an Aeneam viderit 131. de ea Ausonij epigramma ibi.
 Dilegatio ducum Alexandri post eius mortem 675
 Dij indigites qui 507
 Dimachæ qui 320
 Dinocrates architectus ad Alexandrum quomodo renit 185. Alexandriam adificat ibid.
 Diphalangia quo milites contineat 23.
 Diogenis dictum de sua habitatione 305
 Dioxyippus Atheniensis Macedonem duello vincit 604 furti accusatus seipsum occidit ibid. de eo plura 605
 Discrimen inter agasonem, equisonem & mulionem 510
 Ditio quid significet 293
 Diuissio regnum Alexandri post eius mortem iuncta Curtium & altos 670 & seq.
 Diuortium quid sit 256
 Domi nobilis quis dicatur 106
 Dominatio multorum noxia 668
 Doriscus Thracielitus & campus 16
 Draco visus concubere cum Olympiade Alexandri 170. & cum matre Scipionis 171. & in prolationibus ca. 8
 Drance qui 366 ab Alexandro subacti ibid.
 Dromades quales 278
 Duces Darj quinæ & quæ multi ad Granicū casi 15
 Duellum Alexandri & Pori 564
 Dioxyippi & Macedonii 604
 Duorum iuuenum infelix audacia 553
 Dyardenes Indi & fluius 525
 Dymnus quidam Alexandrum interficere statuit 367. seipsum interficit ibid. & seq.
 E.
Erietas mala. in prolationibus ca. 15
 Ecbatana Mediae vrbs & regia 303. & 304. describitur. ibid. quanta fuerit 305

INDEX.

- Ecclipses variae & quid portenderint 203
 Elephantorum multitudo in India 528. in acie Pori
 556. an in bello utiles 561. eorum docilitas 563.
 quomodo capiatur 577. quomodo mitigentur 578
 Empusa quid 348
 Epigramma Bidermannii de interitu Friderici AE-
 nobarbi 50
 Epimenes aperit Alexandro coniurationem 512
 Epistola quomodo olim claudi solita 406
 Eponina mirabilis fides in virum 387. occiditur. ibi.
 Equitatus Thessalorum laudatissimus 26
 Equus pretiosissimus Philippo donatus. in prolu. ca. 8.
 Equi albi olim visitati 35
 Erici Puteani de Curtio sententia. in Proluisionibus
 cap. 1. & 2
 Erydice crudelitatis 393
 Ergyus Satibarz. anem duello vincit 424. expediti-
 onem in Schytas Alexandro dissuadet 449. mo-
 ritur 494
 Euclemonis oratio ad mutilos Gracos 292
 Euergeta qui 408
 Eumenides tres 385
 Euphratis & Tigris fluminum descriptio 254
 Euripidis versus à Clito recitati 485
 Exercitus Alexandri Magni elogium 25. senatus
 Reipub. similis ibid.
 Exercitus Alexandri Pori Indiae regis 559
 Exercitus lustrandi mos 667
 Extremae dicantur 448. quando latet 452
 Ezechieli vaticinium de euersione Tyri quomodo
 intelligendum 152
- F.
- F**abius ob silentium non seruatum obiurgatus 162
 Fabula de primis equis 26
 Fama in bellis quant a vis 66. eius cura habenda ib.
 Fati descriptio, & de eo doctrina veterum & nouo-
 rum 314. & seq. quinā de fato scripserint ib. & se.
 Faouinus ventus quis 365
 Femora & femina quid sint 328
 Fera Indica que & quales 527
 Ferrea manus que 132
 Fertilitas Hyrcania 350
 Festinationis & trepidationis exemplum 73
 Fidem habere & adhibere diuersa 164
 Flores spargere quam antiquum & visitatum 258
 Fæminarum spolia in casris Darij 89
 Forerius laudatur 427
 Forma vis 358
 Forma & habitus Alexandri. in proluisionib. ca. 13
 Formicæ vulpibus similes aurum eruentes 528
 Fortia sèpè vincuntur ab inuidis 455. & 458
 Fortuna vis in principes 27. mos 71. 90. an virtute
 potentior 250
 Fortitudinis Alexandri & aliorū exempla 594-595
 Fridericus II. quot linguas calluerit 314
 Fridericus Aenobarbus in Cydro submersus 50
 Frigus infestat Alexandri exercitum 410. & frig.
 Frigus aque vrit ac ignis 526
 Fulmen cur Alexandro appicitum. In proluisionib.
 ca. 8
 Fundarum vis 26. eius descriptio 27
 Funditores qui 26
- Fundus & fundum differunt 136
 Furia vera que 385
 Furiosus an Latine dicitur 637. quid significet 638
G.
- G**abara regio qua & vnde dicta 498
 Gades ubi sita 626
 Galtherus carmine scriptis res gestas Alexandri. in
 prol. ca. 4. quando vixerit ibid.
 Galtheri versus de Alexandri periculo 592
 Gangis fluij Indiae descriptio 574. maximus Indiae
 fluviorum 573. quinam populi ultra illum habi-
 tent ibid.
 Gazæ vox Persica 103
 Gazæ vrbs ab Alexandro obsessa 145. & capta 161
 Gazæ diuersa 162
 Gedrosi qui 616 dedunt se Alexandro ibid. 618
 Gemmarum discriminis 529
 Genus Alexandri maternum 165
 Genibus hominum religio quadam inest 543
 Genius à Pythagoricis cuique loco attributus 72
 Germani quid Alexandro Magno responderint 2
 Germanorum intemperantia circa potum 428
 Geta varij 631
 Glareanus ob iniquam in Curtium censuram per-
 stringitur 559
 Gloria vnde petenda 598
 Granicum flumen vbi situm, & ad eum Alexandri
 de Dario victoria 198. Asia minoris fluvius 483
 Gordæ montes qui 205
 Gordius nodus ab Alexandro Magno quomodo solu-
 tus 6. quid portenderit ibid.
 Gordius quis & historia de illo 11. ex oratore rex
 ibid.
 Goropij Becani sententia de Prometheus quem Noe
 fecit 415
 Gortua gentes que 218
 Gracia sub Dario Histaspis & Xerxe multas cla-
 des passa 113
 Graci mutili petunt ab Alexandro agrum 292. Per-
 fasi inuan contra Alexandrum ne libertate sua
 spolientur 326
 Gracorum lenitas 158. eorum quinquaginta milia
 Dario militantes ad mille quingentos redacti 352
 Gymnici ludi vnde dicti & qui 60
 Gymnosopista quales & eorum mores 533
- H.
- H**ages adulator vult Alexandrum Deum credi
 503. de eo 505
 Halicarnassus vrbs caput Cariae ab Alexandro ex-
 cisa 60. de ea plura 275
 Halys fluijus vbi fluat 154
 Hannibalis prudentia & auctoritas 485
 Harpalus occisus 630. quis fuerit 632. cur ei Ale-
 xander infestus 633
 Haruspices vnde dicti 447
 Hecatompylos vrbs à Gracis condita & cursus dicta
 331. & 335
 Hecate quomodo solita apparere 349
 Hegelochus quis 390. & 392
 Hegeſimachus cum socio ab Indis occiditur 553
 Hellanice soror Cliti 481

I N D E X

- Hellesponte vnde dictus 13
 Heluetiorum legati quomodo Vitellium eiusq; milites placariunt 403
 Heluidius fidelissimus consiliarius & cui vix vli pares 65
 Heneti vnde dicti 14
 Hercules Alexandri filius occiditur 665
 Hercules plures 505. exustus inter deos relatus 507 columna 627
 Hermolaüs puer honorarius verberibus affectus occidendi Alexandrum consilium capit 509. capitur 512. contra regem perorat 514. & seq.
 Hephestion Alexandri imitus 97. & 99. oblatum regnum respuit & alteri tradit 116. 371. & seq.
 Indianum subigit 535. eius diligentia 547. & 548. mors 633. infiria quam sumptuosa 469. & 633.
 Hector mortuus ab Achille quomodo tractus 165.
 Hibernia quam pinguis 255
 Historia ex Cicerone de T. Claudio occiso presentibus duobus filiis adolescentibus nec sentientibus 385
 Hominis longitudo 559
 Honores Alexandro habiti in proflus. ca. 9.
 Honor in bello cadentibus habitus 98
 Horratus Macedo Dioxyppum prouocat 604
 Hospitales dij qui 279
 Hospites qui dicantur 117
 Hostis & inimici differentia 470
 Humanas hostias quinam gentilium olim obtulerint suis diis 145. & 468
 Humanum ingenium in aduersis 447
 Hyarotis annis in India 569
 Hydaspis fluvius India describitur 450. ab Alexander transiit 554. dua vrbes iuxta eum cōdita 567
 Hypasis fluvius 573.
 Hyrcania perit Alexander 340. qualis regio ibid. eius mira fertilitas 350
- I.
- I** addius Pontifex Iudeorum negat Alexander sub fidum cōtra Darium 124. ieunio indictio Alexander ab euersione Hierosolyma auertit 166. & in proflusionibus cap. 8.
 Iaponiorum verecundia 436
 Ignominia fortibus odiosior quam mors 407
 Ignotis non fidendum presentim perfugis 164
 Illyrica regio qua & qualis 78
 Imaus Indie mons 523
 Immortales apud Persas qui 35
 Imperatorum quorundā Christi anorū sanctitas 100
 Impedimenta belli ab Alexander combusta 362. cur sic dicta 363
 India descriptio 521. & 522. quam multi eam descripsierint 522. eorum philosophi duplices 522. hominū quatuor genera 523 inferioris descriptio 568. regum luxus 530 fluminis 525
 Inferia quid 468. quam sumptuose & etiam impie à gentilibus peracta. ibid.
 Inhibitio remorum quid 149. vox nautica ibid.
 Insula quid sit 11. vnde dicta 128.
 Inuidia descriptio 550
 Iolas Alexandri pincerna vēncnum ei porrigit 678
 Iannus Heruarti laus 179. eius interpretatio de oraculo Iouis Hammonis 169. & seq.
 Iouis Hammonis templum ab Alexander visitatum,
- eiusq; descriptio 157. 169. & 177. oraculum numerum & fallax 168. & 182
 Iosephus Scaliger taxatur 189
 Iphicrates quis 106
 Ira nulla nouit iura 487
 Issos qualis vrbs 61. eius sinus ibid.
 Isthmus quid 155
 Isthmij ludi 145. 157. eorum celebritas 157
 Isthmi perosso frustra tentata à diuersis 156. & seq.
 Iudei an ab Alexandro Caphis portis inclusi. in profusionibus cap. 8.
 Iugum quid sit, eiusq; varia notio 12. & 37
 Iulius Sabinus dux rebellionis nouem annis in lunca cum uxore delitescit 387. occiditur 388
 Julius Caesar cautor Alexandro 429
 Iumentum vnde dictum 107
 Impiter Hammon vbi cultus, eiusq; loci descriptio 167 & 175. quis eum condiderit 178. que eius forma ibid. quale oraculum 179
 Iupiter Lybicus à Gracis Hammon vocatus 183
 Ius gentium quod 134. aliud à iure naturali, ib. & 442
 Iusti Lipsii iudicium de Curtio. in proflusionib. ca. 2.
- L.
- L** acedemonii ducere non sequi soliti 158
 Lacedemoniorum fortitudo 85. pugna contra Antipatrum Alexandri ducem 326. eorum ad Darium legati ab Alexander in custodiā datū 351. deficiunt ab Alexander 424
 Lans Alexandri ob continentiam 98
 Letticarum vſus 438
 Legati Oxydracarum ab Alexander coniunctio excipiuntur 604
 Legati iure gentium sacrosancti 442
 Lemibus quid sit 159
 Leones a muscis in Mesopotamia perduntur 458
 Leonatus Alexandri prefectus consolauerit captiuos 94
 Legati Oxydracarum cum magna magnificentia veniunt ad Alexandrum 604. excipiuntur coniunctio ibid.
 Leonidas Alexandri praeceptor 407. alius militum prefectus ibid.
 Lex Macedonum de reorum propinquis 392
 Lesbos insula 13. quinque oppidis inclita 159. multi in ea tyranni ibid.
 Lessus philosophorum in Alexandrum 653
 Leucosyri vbi siti 347. postea Cappadoces dicti ibid.
 Libanus mons describitur 136. quanto eius longitudo ibid. latronum receptaculum 137
 Liberalitas Alexandri quant a 300
 Libri Indorum quales 527
 Liceri quid sit 316
 Linea Indorum vestis qualis 527
 Literarum inuentio quibus ascribenda 152. & seq.
 Litera Darja ad Alexan. & huius ad illū superba 110
 Lix quid 41
 Lixa qui 375. & 41
 Loca auerba diuersis locis 544
 Lorica in muris quid 591
 Lucretius sub nomine superstitionis religionem tollit 205
 Lucius immensus ob mortem Alexandri 647
 Ludere

INDEX.

- Macer & illudere quid significet 100
 Lugubres ritus apud gentiles 91
 Luna defectio ab ariolis quomodo explicata in favorem Alexandri 198. de eare plura 199
 Luna effectus in mari 349. & seq.
 Luxus Persarum & Romanarum foeminarum 38
 Lyci fluij tres vbi siti 247
 Lycaonia vbi sita 158
 Lyncestes Alexander ob coniurationem occisus 347
 Lysimachus Alexan. praefectus leonē occidit 478. quis fuerit 480. eius in senectute ambitio 675. Antipatrum generum occidit ibid. occiditur ibid.
M.
Macedonia regum successio 510. 128
 Macedona reges ab Hercule Tyrio se oriundos gloriabantur 127
 Macedones olim Illyrijs tributarij 638. eorum imperium vnde coepit 128
 Macedonum severa viuendi disciplina 25. acies qualis 32. praelata vicitoria de Persis 88. mos in iudicio sanguinis 376. eorum lingua qualis 382. lex de regicidis 342. & 481. tergiuersatio & tumultus 575. item 585. amor in Alexandrum 585. famis & pestis in India 617. luctus & mœror ob morbum & mortem Alexandri 642. & 645. ius iniusta Alexandri diuinitas 182
 Microbii qui populi, & vnde sic dicti 169
 Madates Vxiorum praefectus Dario fidelis 280. ab Alexandre in gratiam receptus 281
 Magi apud Persas quales 33. triplices 34. 258
 Magocreontis Abderita dictum 80
 Magni nomen cur Alexandre tributum, & quibus aliis. in prolusionibus ca. 6
 Malli Indiæ populi 586
 Mallus oppidum vbi situm 60
 Mantichora Indiæ animal quale 527
 Maracanda vrbs ab Alexandre occupata 438. regia Sogdianorum 468
 Mardi qui 217. & 299. ab Alexandre domiti 553
 Marathonia pugna valde celebris 113
 Mareoticus lacus vbi sit 173
 Mare quotuplex 588
 Mare Cæpium describitur 347
 Margaritarum discrimin 529
 Marginia vrbs Indiæ 420. & seq.
 Marii magnanimitas 664
 Marsias fluius qualis, eiusq; descriptio 5. & 7
 Massagetae qui 216. vbi sita ibid.
 Materia qua dicatur 542
 Matheos præstantia 202
 Matutino tempore cur maius frigus quam nocte 427
 Mazaga vrbs Indiæ munita ab Alexandre expugnata 540. 542
 Mazæus Darij praefectus 191. regionem vastat. ibid. Macedones strage afficit 195. eius negligentia in custodiendo Tigri ne hostis transiret 196. aciem Alexandri turbat 241. fugit 246. dedit se & Babyloniam Alexandro 257
 Media inculpata vocatur 204
 Media vbi sita 256. eius descriptio 304
 Medici cuiusdam solertia in curando agro 57
 Medici varij generis 585
 Medicina repertores pro dñs culti 57
 Medius fidius que iuris iurandi formula 658
 Megalopolitani mulieram persoluere coguntur & quibus & cur 326 & 329
 Meleagri conatus in rege constituendo 660. cædes 662
 Memacene fortiter obsidionem tolerant 441. legatos Alexandri occidunt. ibid. & 442
 Menedemus Alexandri praefectus occiditur 453
 Mennonis regia vbi, eiusque descriptio 186. statua loquax ibid.
 Memnon. Darij praefectus Alexandro formidabilis 13. eius fides erga Darium. 105. vxor capta & ab Alexandre ducta ibid.
 Mennones tres incliti 410
 Memphis ab Alexandre occupata 169
 Menses Indorum quales 534
 Menses Macedonum 667
 Meron mons quis 538. & 539. in eo templum Bacchus & alia mira ibid.
 Mesopotamia vbi sita, & quomodo hodie appellatur 256
 Melihymnus Lesbi ciuitas 159. multi in ea clari viri ibid.
 Midas, quis & omnibus poetarum fabulis decantatus 10. eius epitaphium ibid.
 Miletus Ioniæ ciuitas 433
 Miles Alexandri Magni senatui Reipub. similis 25
 Miles sine Duce qualis & cui rei similis 640
 Milites quot dierum alimenta portare soliti 289
 Militum & populi in omni re immoderatio 403
 Milites Alexandri auditus aquam bibentes moriuntur 429
 Mira quæ Alexandre euenerint. in prolusionib. ca. 8.
 Miraculum maris in Peruana regione 6
 Missiones militares varia 433
 Mithra Persarum deus idem qui sol 33.
 Mithrenes Sardium traditor 94
 Mithridates 22. linguatum peritus 314
 Mithridatis stratagem in distinendis Romanis 363
 Moderatio Alexandri laudatur 97
 Modius salje perstringitur 18. 289. in multis Curtij corruptor 452
 Monomachia Erygij & Satibarzanis 424
 Montes & alia loca veteribus sacra 72
 Morbi insanabiles qui 638
 Mors corpora extendit 585
 Mortuos sepeliendi mos apud Persas 96
 Mos principum iuuentutis eorumq; manus 59
 Mosambican tormentis bellicis Lusitanorum territi 542
 Moschi ne crucifixum quidem nudum videre sustinent 436
 Mosini qui & quales 346
 Mulier quadam Alexandre vitam conseruat 509. de hac 511
 Multitudinis impotentia 205
 Munificentia Alexandri 300
 Muri Babylonis an arei 262
 Musicani qui 609. deficiunt 607
 Mutatio pugna in acie qualis 25
 Myndus ciuitas Carie, & in eam iacus Diogenis 60
 Myrobathrij qui 531
 Mythra id est sol, Persarum deus 33

INDEX.

N.

- N**abarzanes prator Darij 61. & 63. Alexan-
dri exercitum premut 84. & 86. contra
Darium cum Besso coniurat eiusque proditoria
oratio 308. obiurgatur à Dario 310. simulat pœni-
tentiam 311. ab Alexandro in gratiam recipi-
tur 355.
Naphta idem quod bitumen 256. eius apud Baby-
lonem copia 257.
Narratio de Clito ab Alexandro occiso 481.
Nasamones vbi 176. qualis gens 167.
Naumachia Alexandri & Tyriorum 148.
Naves à remorum ordine nomen sortiuntur 141.
Nauigatio Alexandri in Oceano Indico 612. & seq.
Naus Tyriorum mirabilis & Antuerpiensem 138.
& seq.
Nearchus Alexandro Oceani Indici naturam nar-
rat 623. quant a in illo itinere passus 624. eius
reditus ad naues quam difficilis 625 post mortem
Alexandri Barsenes filium dicit regem sed fru-
stra 656.
Nebulæ beneficio Samnites Romanos vincunt 209.
Nectanebus Aegypti rex fugit in Macedoniam 170.
& seq. de eo multa fabulosa sparsa ibid.
Necessitudo quomodo accipiatur 208.
Nero quo artificio matrem occiderit 385.
Nicanor Parmenionis filius moritur 362. oportune
mortuus 364.
Nicanor iuuenis cum socio ab Indis occiditur 513.
Nicia Atheniensis error ob eclipsim 200.
Nicolaus Trigautius de Iaponiorum martyrum ve-
recundia quid narrat 436.
Nicomachus coniurationem contra Alexandrum
detegit 367.
Ninus primus Bactrianis bellum intulit 424.
Nix exercitum opprimit 413.
Nobilitatis differentia 106.
Nora Indiae vrbs ab Alexandro occupata 543. est
etiam Sardinia civitas 544.
Nouem coniurati Alexandrum occidere statuum
509. & 511.
Nouendecim ariolandi genera 447.
Nox in quatuor militia vigiliis distributa 72.
Noctium dñ ab Indis culti 531.
Nuditas quantum opere omnibus hominibus exosa 436.
Numa populum Ro. superstitione cicurauit 205.
Numidia quæ regio & vbi sita 626.
Nyse à Baccho condita in India descriptio, &
de-
duo 536. vnde dicta ex sententia Goropij Be-
cani ibid.

O.

- O**bliquum agmen quod 241.
Obsidio vrbum duplex 163.
Ochus quis, eiusq; crudelitas 105. octoginta fratres
Sisgamibis Persarum regina occidit 650.
Ochus Indiae fluuius 470.
Occidere seipsum non licet 318.
Oceanus Indicus varia nomina sortitus 237.
Ochus Darij filius sexennis ab Alexandro captus
97. 101.
Ootto vrbes ab Alexandro apud Bactrianos conditæ
424.
Octodecim Alexandria ab Alexandro conditæ. in
proluso ca 8.

- O**culos quando Deus hominibus aperit 293.
Olympias Alexandri Magni mater qualis 170. eins
dictum ad Alexandrum filium 171. draco iuxta
eam eis 170. eius crudelitas 679. occiditur
ibid. & seq. eius sortitudo in ferenda morte ibid.
Omnia felicitatis Alexandriae 188.
Omphis Indorū rex se Alexandro dedit 547. & 538.
Oppugnatio vrbum duplex 442.
Oraculum Louis Hammonis quid & quale 179. tem-
pore Strabonis desertum 181.
Oratio legati Darii ad Alexandrum 211. Alexandri
qua Philotam coniurationis accusat 374. Phi-
lotam qua se defendit 381. Belonis in Philotam 388.
Amynta accusati ad Alexandrum 397. Alexan-
dri ad Hermolaum coniurationis principem 517,
ad milites in interiori India 575.
Orestes matricide furie 385.
Orgyia qua mensura 130.
Orientaliunimos in floribus spargendis 258.
Orsines Persa, eiusq; virtutes & cades 6. 7. & seq.
Oxatres Persa Media prefectus 330. & seq.
Oxidates quis 330 & seq.
Oxyartes suadet deditioinem 493.
Oxydrace Indie populi ab Alexandro impugnat
586. se dedunt 60+.
Oxus fluuius quis & vnde sic dictus 417. & seq.
quomodo ab Alexandro superatus 429. & 470.
item à Scybis 430.
Ozines Persa defectio molens interficitur 619.
P.
Paganorum flutitia circa deos suos 144.
Palloris causa 51.
Pamphiliū mare ab Alexandro transitum, deque
eari Iosephi & aliorum authorum testimonia
& censura 6.
Panicus terror quid sit 219. eius memorabile exem-
plum 220.
Paphlagones quales 389.
Paricida quis proprie dicendus 56.
Paropamisida qui & quales 410. ab Alexandro de-
bellati ibid. vnde dicti 411. & 412.
Paropamisus mons quis 411.
Parmenio Damascum proditione capit 101. Syrie
præficitur 110 eius filius in Nylo submergitur
181. tres habuit filios 189. suadet ne litera Darij
palan legantur 207. suadet ut matrem & filias
Darij accepto prelio reddat 212. eius filii omnes
mali perierunt 230. proditionis insimulatur
374 & seq. occiditur 405. eius praconium ibid.
& 407.
Parthi qua gens 332. Romanis infesti 333.
Parthyene Parthia regio 319 qua & qualis 331.
Pasigris descriptio 280.
Pasigarda capta ab Alexandro 297. Persicagens 627.
Patera vnde dicta 418.
Patron Gracorum dux apud Darium 310. aperit ei-
nsidas suorum 313.
Pecudes an alibi satietate perimantur 255.
Pecora & armenta quomodo differant 500.
Pedes vngendi quam visitatus mos in Oriente 531.
Pellices Alexander quot aluerit 361.
Pelopenesus describitur 5. vnde dicta ibid. & 47 est
peninsula 147. 231. quas regiones contineat 425.
Pelo-

I N D E X.

- Correspondi deficiunt ab Alexandro 424. & cur
 425
 Pelusium Aegypti ciuitas ubi sita 168. clavis Aegypti
 ibid.
 Perdiccas Indiam subigit 535. annulum ab Alexandro morituro accipit 642. illo mortuo de subrogando rege agit 654. libenter regnum suscepisset si ausus fuisset 656. eius constantia in repellendis sciaris 660. calliditas 665. diuidit provincias 669
 Persa oderunt pederastiam, id est masculorum conubitum 627. Atheniensibus infesti & cur 80
 Persarum acies quomodo procedere solita 32. eorum centum milia ab Alexandro causa 88
 Persa solem adorare soliti 33. Mythram vocabant
 ibid. illorum centum milia peditum, decem milia equitum causa ab Alexandro 88. regum arcana silentio tegere soliti 161. eorum mos mortuos sepeliendi 96
 Persarum regum luxus 271
 Persarum obseruantia erga reges 312. tributum ex India 529. luxuria 530. infelix conditio ibid. nunquam in publicum prodire soliti ibid.
 Persepolis Persarum regia vrbs clarissima 290.
 & 302. capta & spoliata ab Alexandro 295. incensa 301. an unquam restaurata 302
 Persidis descriptio 283 & seq.
 Petra Arimazis descriptio 472. item Aornis 544
 Peucestes periclitati Alexandro succurrit 187. 590.
 593
 Phalanx Macedonica 23. à Romanis quomodo victa
 24
 Pharus insula Aegypti 184
 Phegeles regnum occupat Alexander in interiori India 573
 Philippus Acarnan medicus Alexandri 49. à mul-
 tis laudatus 54
 Philippi Macedonia regis modestia 181. uxores 378.
 mors ei & cur inficta 51. à quibus 113
 Philotas Parmenionis filius coniurationem contra Alexandrum initam celat 357. capitulatur 370. &
 seq. accusatur 374. se defendit 381. torquetur &
 occiditur 390 eius laus 396
 Phrirates ab Alexandro in gratiam receptus 350.
 occiditur 630
 Phrataphernes Darý prefectus ab Alexandro in gratiam receptus cum alijs 351
 Phyton Perdicce sententiam in rege post Alexandrum eligendo sequitur 656
 Pythium vox an Latina 592
 Pila qua & qualia 542
 Pinarus annis ubi 70. locus pugnae inter Alexandrum Magnum & Darium 74
 Pinne quid sint 591
 Pisidia ubi sita 338
 Pythia qua 288
 Plitimetus fluvius ubi 469. sub terram se condit
 ibid. & 469
 Pœone gentes ubi sita 222
 Pœnitentis principis hypotyposis 488
 Polenta quid sit 188
 Polydamas Parmenionem occidit, amicus amicum
 404 & seq.
 Polipercon magnus Alexandri amicus 230. in pericu-
- lum incidit ob negatam Alexandro diuinitatem
 504. 508. in India res gerit 543
 Polyxena ab Achille quomodo amat 501
 Pons Babylonis quam insignis 264
 Porus India rex contra alexandrum bello se ac-
 git 410. eius frequens memoria 551. eius proceri-
 tas 552. & 558. quomodo Alexandro circa Hida-
 spem obstiterit 553. & seq. vincitur ab Alexan-
 dro & capitulatur 556. 564
 Prae quid 288
 Porticanus rex occisus 607
 Praecepta militaria brevia & que 24
 Principis intersectior paricida & cur 56
 Princeps sine discrimine audiat tam male, quam
 bene consulentes 66
 Principis praesentia est anima exercitus 84
 Præcoce fructus cum ingenij comparantur 506
 Precox qua vox 506
 Prælium Alexandri cum Poro Indiæ regi 556
 Principes iuuentutis eorumq; munus 509
 Prodigium sanguinis circa Tyrum 130. aliud de bel-
 la 147
 Proditor Damasci occiditur, eiusq; caput ad Da-
 rium preservatur 102
 Proditores detestabiles 108
 Proditores Darý quinam 207
 Proditores à desertoribus differunt 599
 Prometheus Caucaso alligatur 414. cur. 415
 Ptolomæus in India multas vrbes capit. 519. & seq.
 eius sententia de rege post Alexandrum eligen-
 do 656
 Pudor omnibus gentibus à natura insitus 436
 Pugna Alexandri cum Dario 243
 Pugna Marathonia valde celebris 113
 Pyla quid sit 43
 Pyla in Cilicia dicens 68
 Pyla Syria qua ibid.
 Pyla ad Ison describuntur ibid.
 Pyla Amanica describuntur 69
 Pyramus fluvius qualis 45. & 60
 Q.
 Quidam falcatæ quales 192
 Quidam ignorat, principibus post Alexandri
 mortem regem Aridaum Philippi filium regem
 designat 656
 Quinque Persarum regia & que 277
 Quinque milia vrbi in India 540
 Quintianus Stoa supplementum Curti scripsit 1
 Quippe Curtio ystatum 206
 R.
 Ecipere quid significet 117
 Reges à Macedonib; valde culti, sed magis à
 Persis 51
 Regibus videndum quomodo & quibus imperent 510:
 eorum periculum 511
 Reginarum amor erga Darium 91
 Regnorum Alexandri post eius mortem diuiso in-
 cta Curtium 670
 Reiparentes aut filios ad iudicium adducere soliti
 387
 Religio in viramque partem sumi potest 205
 Religiosus quis olim dicebatur ibid. quis dicendus
 ibid.
 Reges quomodo alloquendi 520

Reges

INDEX.

- Reges reprehensionum insolentes 21
 Reges multi ex bonis malis facti 27
 Regum veneratio unde 58
 Regium Alexandri responsum 212. 214
 Rex foris beatus non domi 52.
 Reverentia antiquorum erga reges 226. & seq.
 Reus plectendus ubi deliquit, quomodo intelligendum 437
 Rhinoceros ubi generetur 528. cur ita dictus 567
 Rhodus ab Alexandro capti 155. describitur ibid.
 Rodolphi I. temperantia in siti sustinenda 428
 Romanorum mansuetudo 153. triclinia quo lectos habuerint 503. legiones quomodo instructas 24
 Roxane ab Alexandro in uxorem ducta 499. & 500. pregnans relinquitur 654
 Rubrum mare unde dictum 623. 526. an eius aqua rubeant 526
 Rupes ab Alexandro expugnata 362
 S.
Sagittariorum exempla 436. & 437
 Sagae qui populi 309
 Sambus India fluvius 610
 Samothrace insula ubi sita 485. eius mysteria ibid.
 Sanctus apud Curtium quis dicatur 65
 Sapientia prima qua 42.
 Sardes qua ciuitas 95
 Satibarzanes Satrapa ab Alexandro in fidem receptus sua regioni preficitur 362. deficit ab Alexandro ibid. Anaxippum interficit 364. ab Erigio duello vincitur 424
 Satrapa vox Persica, etiam Latinis usitata 103. quid significet 361
 Satyrus per quietem Alexandro alludere visus quid portenderit 133
 Scrinium Darum pretiosum in quo Alexander Homeri carmina deposita 89
 Scotti impulsu clarissima ciuitas & regia Persopolis excinditur 301
 Scytha per acinacem iurare soliti 31. an in exercitu Alexandri 215. qua & qualis gens 332. & seq. urbem ab Alexandro conditam diruere conantur 444. eorum descriptio 445. libera ad Alexandrum oratio 455. Aegyptum inuadunt 459. quomodo vicitent 461. ab Alexandro oppugnat; 463. & seq. perunt connubia Macedonum 478
 Sardanapalus quam luxuriosus 272
 Satrapene qua regio 275
 Satyrus per quietem Alexandro ostensus quid portenderit 133
 Scenae populi qui & ubi 176
 Seditionis marii fluctibus comparantur 588
 Seianus quomodo occisus 403
 Seleucus cum Lysimacho bellum gerit senex cum senne 675. occiditur ibid.
 Semiramus an Babylonem considererit 261. eius arce quam magnifica 267. horti pensiles 269. laus 443. gloria 600. eius imago, 601
 Senex quidam Alexandrum docet Aornis petra expugnationem 545
 Sententia consiliariorum debent esse libera & 65
- Sepulchrum Cyri ab Alexandre apertum 623. & seq.
 plura ibid. eius epigraphe 629
 Sepultura & cura plenisque gentibus innata 286
 Serpentes inusitatæ magnitudinis 567
 Sesamium quid 422
 Seuthes Odrysiorum dux deficit ab Alexandre 630
 Siculi an adulatores, & quales 505. eorum lingua confusa 386
 Sidon ab Alexandro occupata, abdicata eius rege 116. quam clara & antiqua ciuitas 117
 Sinarum regis opulentia 157
 Sine externos excludunt, sed patres S. I. admiserunt 411. & 496
 Sileni quanta cura apud Persas & Romanos 161.
 162
 Sigismundus Imp. à Bohemis casus 220
 Sigismundi Herbesteinij de Tanai & montibus Rheni sententia 446
 Siri apud Bactrianos quales fossa 423
 Sisenes Persa falsa suspicione oppressus occiditur 61
 Sigismundus Darum mater 40. eius verba ad Alexandrum 97. suis relinquitur & vestibus donatur 279. visitatur ab Alexandro ibid. Vixi veniam & tributi immunitatem impetrat 281. ex luctu ob mortem Alexandri moritur 648. syllabus maiorum eius ibid. & 649. gloriam Alevandri valde auxit ibid. eius prudentia 241. & seq.
 Sisimithris deditio 491. flagitosus incestus ibid. ab vxore occiditur 494. perfidus 495
 Sitalces accusatur & capit 622
 Sitis quantavis 427. quam patienter ab Alexandro tolerata 426. & seq.
 Spadones unde dicti, & quod eorum officium 41
 Spitamenes adducit nudum Bessum ad Alexandrum 435. deficit ab eo 441. Menedemum Alexandri prefectum occidit 453. ab uxore occiditur 494. caput eius Alexandro offertur 495
 Sobij qui 584
 Soebida tolerantia in siti, & quomodo hostes elisierit 428
 Sogdiani deficiunt ab Alexandro 441. describuntur 467. ab Alexandro subiunguntur 470
 Sol a Persis pro Deo cultus 33
 Solos viros ab Alexan. occupata 58. a quo condita 59
 Solcismus unde dictus & ubi ortus 59
 Somnia Darum 29
 Somnia quadam diuina, quadam naturalia 29
 Somnium Alexandri de Satyro ei alludente, quid portenderit 133
 Sophii qui 571. eorum regnum deditur Alexandre ibid.
 Spartanorum & Macedonum comparatio 326. & 328
 Speculator quis 206
 Stadium quod passus continet 72
 Stasirates Alexandriae edificator 185
 Statua qua dicantur 368
 Statua Memnonis loquax ubi 186
 Statyra vxor Darum capti 97. mortua 207
 Stratones diuersi 110. & seq.

I N D E X .

- Stratagemata Mithridatis 363. & Alarici ibid.
 Stultitia est timore mortis mori 318
 Stygis fons quam noxius 678
 Superstitionis viii 199. & 205. de ea Ciceronis sententia 204
 Supersticio vitium religioni contrarium 205
 Subsidiorum vsus & necessitas in praelijs 75
 Sasa Alexandro cum thesauro traduntur 277. vbi sita ibid.
 Sufiani seu Sufitani vbi sunt 426
 Sufide pyle qua 285
 Syburtius Persiae praefectus 619
 Synopsis rerum ab Alexandro gestarum per Olympias & annos digesta in proflusionib. ca. 7
 Syrtis vnde dicta & quid sit 176
 Sysimiris petra deditio, & vbi sit 492. & seq.
 T.
T Abe oppidum vbi 319
 Talentum quantum valeat 13. 213
 Tanais fluvius vbi oriatur 334. triplex 446. an ad verum Tanain Alexander peruenierit ibid. à Mo schis Don vocatur ibid. Bactrianos à Scythis dividit 445
 Tapri qua gens & quomodo incedat 351
 Tarsus Cilicia vrbs ab Alexandro conservata 46. quam præclaræ 47
 Tartessus Colonia Phœnicum, & fluvius, qui nunc Betis 128
 Tauron Alexandri praefectus Vxios vincit 281
 Taurus mons vbi sita 285. & 286. quantus ibid. & 413. 314
 Taxilis India rex se Alexandro dedit 547. eius dictum ad eam. in prolus. ca. 10
 Testa domorum in Germania carina vniuersa similia 413
 Telargia quo milites contineat 23
 Tempestatis nomine quid intelligendum 7
 Tempestatis descriptio 497
 Tempestua conuiua qua 482
 Tenedos insula vbi sita 159
 Thalestrys Amazonum regina ad Alexandrum venit, eiusque cultus & petitio 355. imago 359
 Thebae ab Alexandro euerse 79
 Tenedos vbi sita 59
 Testudo in re militari duplex 282
 Thaeteti Atheniensis ad milites miltos oratio 292
 Theodosij iunioris temperantia 428
 Hessalorum equitatus laudabilis 26
 Thracij Bosphori delineatio 440
 Thraasyboli septem vulnera 85
 Thomyris Scythia regina Cyrum ad internectionem cedit 477
 Thymondas perfuga exercitui Darij praefectus 29. eius, exercitusq. eius consilium Dario datum & reprobatum, deque eo dissertatio 63
 Tigis qualis fluvius & cur sic dictus 195. & seq.
 Tillij humanitas erga milites & victoria 499
 Timor semper ultima minatur 96
 Titboni regia vbi 186
 Tituli quam anxie à principibus obseruentur 112
 Torrens quid sit 469
 Trepidatio in exercitu Darii 73. in exercitu Caesaris apud Neruios, ibid.
 Trepidatio conscientia indicium 397
 Tribuli quid 234
 Triclinia vnde dicta 508
 Triginta millia mulorum thesaurum Alexandri portant 514. & 518
 Tripoles multæ 121
 Troglodite vbi 175. & seq.
 Tropaea statuta à diuersis 450. 484
 Tunica manica que & probrose 36
 Turris Babylonica eiusque icon 268
 Tyndis que ciuitas 491
 Tyriotes Dario mortem uxoris nunciavit 209
 Typho quid sit 46
 Tyrides Darii thesaurarius Alexandrum initiat 291
 Tyrus quanta vrbs 124. prolixè describitur, eiusq. obſidiones recensentur 25. & seq. portus duo 148. Tyrii Alexandrum excludunt 124. eius legatos occidunt 134. eorum stratagema & artes 138. capiuntur & exciduntur 150. literarum inuentores 152
 Tyrus duplex 125 & 151.
V.
 V aleudo in utramque partem accipitur 67
 Veneni quo Alexander periisse dicitur quanta vis 678
 Venenarii acriter à Plinio exagitati 610
 Veneti vnde dicti 13
 Verbena vsus in precibus olim 225
 Veritatis vis 27. molesta est ibid.
 Vespaſiani morientis dictum 507
 Veteres quomodo pugnarint 193 ante mortem se ornare soliti 297
 Vexoris Aegypti rex Scythis bellum infert, sed fugatur 459
 Victus quis dici possit 114
 Virtutem & uarum magnitudo apud Indos 471
 Vlysses quomodo in vrbe Troiana se ostenderit 376
 Vmbilicus quid 179
 Vmbo quid 79
 Voluptatis vis 330
 Vtres quomodo conficiantur 4300 ijs stramentis referti Alexander Oxum flumen traxit cum exercitu 429
 Vlnera aduersa honesta 85
 Vxii ab Alexandro subacti 280. vbi siti, ibid. duplices, ibid.


F I N I S.

31411











1
2
3
4
5
6
7
8
9
0

F . A .
089